Τί ἔτι πληγῆτε προστιθέντες ἀνομίαν; πᾶσα κεφαλὴ εἰς πόνον, καὶ πᾶσα καρδία εἰς λύπην· Ἀπὸ ποδῶν ἕως κεφαλῆς, οὐκ ἔστιν ἐπ' αὐτοῖς ὁλοκληρία, οὔτε τραῦμα, οὔτε μώλωψ, οὔτε πληγὴ φλεγμαίνουσα; οὐκ ἔστιν μάλαγμα ἐπιθεῖναι, οὔτε ἔλαιον, οὔτε καταδέσμους.

D VERS. 5. *Quid percutiamini ultra, addentes iniquitatem? Omne caput in labore et omne cor in mœrore : a pedibus ad caput usque non est in eo integritas, neque vulnus, neque livor, neque plaga tumens, non est malagma imponere, neque oleum, neque alligaturas.*

Ὡς ἐφ' ἑνὸς σώματος τῶν Ἰουδαϊκῶν συστημάτων, μικρῶν τέ φημι καὶ μεγάλων, καὶ τῶν ἐν μεσότητι νοουμένων ποιεῖται τοὺς λόγους. Ἔοικε δὲ κεφαλὴν μὲν ὀνομάζειν, τὸν τοῖς βασιλείας αὐχήμασιν εὐπρεπῆ. Καρδίαν δὲ, τὴν ἱερὰν καὶ ἀπόλεκτον φυλὴν, τουτέστι τὴν Λευϊτικὴν, ὡς τῷ νόμῳ σεσοφισμένην, καὶ τοῦ παντὸς σώματος ἔχουσαν τὴν φροντίδα. « Χείλη γὰρ ἱερέως, » φησὶν, « φυλάξεται

De uno velut corpore Judaicæ societatis, de pravis, inquam, et magnis et mediocri sorte præditis hominibus sermonem instituit. Caput videtur dicere eum, qui regni prærogativis ornatus est : cor vero, sacrosanctam et selectam tribum, id est, Leviticam, veluti lege eruditam, et curam totius corporis gerentem. « Labia enim sacerdotis, » inquit, « custodient judicium, et legem requirent ex ore ejus [12]. »

[9] Matth. III, 7. [9] Joan. VIII, 21. [10] Matth. XXIII, 32. [11] Joan. XIX, 15. [12] Malach. II, 7.

Pedes demum eos esse ait, qui in postremis sunt, et qui tanquam infimam in populo stationem obtinent. Proinde cum terra Judaica calamitates non ferendas sustinuisset, depopulantibus eam nunc Babyloniis, nunc finitimis gentibus, et propter impietatem in Christum, Romanorum manibus esset concremanda, cum eorum etiam regnum evertendum esset, (alienigenæ enim eos subegerunt) cumque sacerdotii munia apud eos cessarent, sacrificiis subversis, templo sublato non aris manentibus, non sacerdotio, non declarationibus, juxta prophetæ vocem, hinc dicit: Quid percutiamini ultra, addentes iniquitatem? Inflictum est, inquit, vobis omne genus iræ et supplicii a Deo, diras continuasque alias super alias pœnas deposcente: 7 nihilo tamen minus contemptores estis, et alumni iniquitatis. Ergo quid percutiemini ultra? quænam ultionis mensura vobis erit satis ad emendationem? In summa quæ acerbitas, quæ calamitas inferri possit, quæ jam non accidit? Omne caput dolet, omne cor mœret, a pedibus ad caput usque. Etenim qui regia dignitate pollebant, laboribus haud parum affligebantur, cum ad resistendum impressionibus hostium pares non essent. Sacerdotes item dolore affecti afflictique sunt abolito, ut dixeram, sacrificio. Pedes quoque, hoc est, extremi homines et infimi percutiebantur, tam hostili gladio concisi, quam fame et sterilitate domiti, et in summæ miseriæ discrimen adducti. Dicit itaque: Non est vulnus, livor, plaga tumens, nec est malagma quod apponas, non oleum, non alligaturæ. Quando scilicet modicæ plagæ humanum corpus infestant, et unum tantummodo membrum pervasit læsio; tunc moderatæ curationes eorum qui rei medicæ gnari sunt, puta malagma, ligamenta, et olei inunctio contentas partes ac rigidas resolvens, esse poterunt usui. Cum autem corpus totum corruptum est, quodnam curationis genus proderit? Superat enim omnem remediorum vim ac virtutem artis magnitudo morbi. Itaque populus Judaicus jam consauciatus sanari non potest: et inveteratis morbis cum laboret intolerabiliter, nec ullo modo ei succurri possit, omnino periit. Unde et divini prophetæ dixerunt: « Curavimus Babylonem, non est sanata, deseruimus eam [11]. » Babyloni siquidem gentium urbi; et hæc urbs licet sancta dicta sit, propter impietatem in Christum maxime, et quia eam manufactis oppleverunt, comparata est: utpote cum a consuetudine institutoque Babyloniorum neutiquam recederet: quæ dicta est etiam civitas sculptilium.

Vers. 7. *Terra vestra deserta, civitates vestræ igni crematæ sunt, regionem nostram in conspectu vestro alieni devorant. Et vastata est, eversa a populis alienis.*

Quod dictum videbatur quodammodo obscurius, quam dici oportuit, id planum et apertum facit. Quid enim hoc significat, non est malagma quod

[11] Jerem. LI, 9.

A χρίσιν, καὶ νόμον ἐκζητήσουσιν ἐκ στόματος αὐτοῦ.» Πόδας δὲ εἶναί φησι τοὺς ἐν ἐσχάτοις, καὶ οἷον κατωτάτω λαχόντας τάξιν ἐν τοῖς λαοῖς. Οὐκοῦν ἐπειδήπερ δύσοιστον μὲν ἤδη ταλαιπωρίαν ἡ τῶν Ἰουδαίων ὑπομεμένηκε γῆ, καταδῃούντων αὐτήν, ὅτε μὲν Βαβυλωνίων, ὅτε δὲ τῶν προσοίκων ἐθνῶν, ἔμελλε καταπίμπρασθαι ταῖς Ῥωμαίων χερσὶν διὰ τὴν εἰς Χριστὸν ἀσέβειαν, καὶ ἀνατραπήσεσθαι μὲν ἡ παρ' αὐτοῖς βασιλεία, κεκρατήκασι γὰρ αὐτῶν ἀλλογενεῖς, ἀπρακτήσειν δὲ παρ' αὐτοῖς, καὶ τὰ τῆς ἱερωσύνης ἔργα, θυσιῶν ἀνατετραμμένων, καθῃρημένου τοῦ ναοῦ, θυσιαστηρίων οὐκ ὄντων, οὔτε ἱερατείας, οὔτε δήλων, κατὰ τὴν τοῦ προφήτου φωνήν, ταύτῃ τοί φησι, Τί ἔτι πληγῆτε προστιθέντες ἀνομίαν; ἐπενήνεκται, φησίν, ὑμῖν πᾶν εἶδος ὀργῆς,
B καὶ αἰκία παρὰ Θεοῦ, σκληρὰς καὶ ἀλλεπαλλήλους ἐξῃτήσθε δίκας, ἀλλ' οὐδὲν ἧττον ἐστὲ καταφρονηταὶ καὶ ἀνομίας σύντροφοι. Τί οὖν ἔτι πληγῆτε; ποῖον ὑμῖν αἰκίας ἀρκέσει μέτρον εἰς ἐπανόρθωσιν; τί δὲ ὅλως ἐπενεχθήσεται τῶν δεινῶν, ὃ μή πως συμβέβηκεν; πᾶσα κεφαλὴ εἰς πόνον, καὶ πᾶσα καρδία εἰς λύπην ἀπὸ ποδῶν ἕως κεφαλῆς. Οἱ μὲν γὰρ τὴν βασιλίδα τιμὴν λαχόντες πεπονήκασιν οὐ μετρίως, ἀντισχεῖν οὐκ ἔχοντες ταῖς τῶν πολεμίων ἐμβολαῖς. Λελύπηνται καὶ οἱ ἱερεῖς ἀργούσης ὡς ἔφην θυσίας. Ἐπλήττοντο δὲ καὶ οἱ πόδες, τουτέστιν οἱ τελευταῖοι καὶ κατώτατοι. Τοῦτο μὲν τοῖς τῶν πολεμίων ξίφεσι δαπανώμενοι, τοῦτο δὲ καὶ λιμοῖς τε καὶ ἀκαρπίαις κατατρυχόμενοι, καὶ τῆς ἀκράτου
C ταλαιπωρίας εἰς πεῖραν ἐνηνεγμένοι. Τοιγάρτοι φησίν, Οὐκ ἔστι μάλαγμα ἐπιθεῖναι, οὔτ' ἔλαιον, οὔτε καταδέσμους. Ὅτ' ἂν μὲν γὰρ σύμμετροί τινες τῷ ἀνθρωπίνῳ σώματι συμβαίνωσι πληγαί, καὶ καθ' ἑνὸς ἴοι μέλους ἡ βλάβη, τοτηνικάδε χρήσιμα τῆς τῶν θεραπεύσειν εἰδότων ἐπιεικείας τὰ εὑρήματα, οἷον μάλαγμα, καὶ κατάδεσμοι, καὶ ἐλαίου χρίσις χολῶσα τὰ συντεινόμενα. Ὅταν δὲ δι' ὅλον τὸ σῶμα νοσῇ, καὶ ἐφ' ἑαυτῷ καταφθείρηται, ποῖος αὐτῷ θεραπείας ὀνίνησι τρόπος; νικᾷ γὰρ πάντως τὴν ἐκ τέχνης ἐπικουρημάτων τὴν δύναμιν, τῆς νόσου τὸ μέγεθος. Ἀνίατος τοιγαροῦν ἡ τῶν Ἰουδαίων πληθὺς περιπεσοῦσα τραύμασιν, καὶ ἀφορήτως νοσοῦσα τὰ ἐξ ὀργῆς, ἀπόλωλεν ὁλοτρόπως, μηδενὸς αὐτοῖς βοηθήσαντος τρόπου. Τοιγάρτοι ἔφασκον καὶ οἱ θε-
D σπέσιοι προφῆται· « Ἰατρεύσαμεν τὴν Βαβυλῶνα, καὶ οὐκ ἰάθη, ἐγκατελείπομεν αὐτήν.» Βαβυλῶνι γὰρ τῇ τῶν ἐθνῶν παρεικάζεται, καίτοι πόλις ἁγία κατωνομασμένη, διά τοι μάλιστα τὴν εἰς Χριστὸν ἀσέβειαν, ἢ καὶ ὅτι τῶν χειροποιήτων ἐνεπίμπλασαν αὐτήν, ὡς κατ' οὐδένα τρόπον τῇ Βαβυλωνίων παραχωρήσειν, ἢ καὶ ὠνόμασται γῆ τῶν γλυπτῶν.

Ἡ γῆ ὑμῶν ἔρημος, αἱ πόλεις ὑμῶν πυρίκαυστοι, τὴν χώραν ὑμῶν ἐνώπιον ὑμῶν ἀλλότριοι κατεσθίουσιν αὐτήν. Καὶ ἠρήμωται κατεστραμμένη ὑπὸ λαῶν ἀλλοτρίων.

Τὸ ἀσαφέστερόν πως ἢ χρῆν εἰρῆσθαι δοκοῦν καθίστησιν ἐναργές. Τί γὰρ ἂν βούλοιτο δηλοῦν τὸ, οὐκ ἔστι μάλαγμα ἐπιθεῖναι, οὔτε ἔλαιον, οὔτε κατα-

δέσμους· διερμηνεύει λευκῶς, ἠρημῶσθαι τὴν γῆν A λέγων αὐτῶν, ἐμπρισθῆναι δὲ καὶ τὰς πόλεις καὶ ὑπόχειρα γενέσθαι τῶν ἐχθρῶν, καὶ τοῦτο ἀλλογενῶν, ὡς μονονουχὶ καὶ ἅπασαν ἐκ βάθρων αὐτῶν ἀνατετράφθαι. Πλειστάκις μὲν οὖν συμβέβηκεν ἁλῶναι τὴν Ἰουδαίαν, ὑπό τε Ἀσσυρίων καὶ Αἰγυπτίων, Σύρων τε καὶ Μωαβιτῶν, Ἰδουμαίων τε καὶ τῶν καλουμένων Φιλιστιεὶμ, ἤτοι Παλαιστινῶν. Ἀλλὰ ὀλίγα παθοῦσα, καὶ συμμέτροις ἐσθ' ὅτε περιπεσοῦσα συμφοραῖς πάλιν ἀνήνεγκεν ἐπαμύνοντος Θεοῦ, καὶ αὐτοῦ μοτοῦντος τοῦ πλήξαντος. Ἀπόλωλεν δὲ ὁλοτρόπως μετὰ τὸν τοῦ Σωτῆρος σταυρὸν, καταδῃούντων αὐτὴν Οὐεσπασιανοῦ τε καὶ Τίτου. Τότε γὰρ δὴ συμβέβηκεν κατεμπρισθῆναι μὲν πόλεις, ἅπασαν δὲ τῶν ἐνοικούντων κενὴν γενέσθαι τὴν χώραν, καὶ ὑπὸ χεῖρα πεσεῖν τῶν κεκρατηκότων, B παμμοχθηρὸν δὲ τὸ ἐνώπιον αὐτῶν ἤγουν ὁρώντων καὶ ἀλγυνομένων, ὑφ' ἑτέροις εἶναι τὴν γῆν κατεσθιομένην τρόπον τινὰ καὶ δαπανωμένην. Τὸ μὲν γὰρ ἀπόντας ἀκοῦσαι μόνον τάχα που φορητὴν αὐτοῖς ἂν ἐνεποίησε τὴν λύπην. Τὸ δὲ καὶ παρόντας ὁρᾷν, εἶτα μηδὲν ἐπαμύνειν δύνασθαι κατηχῆσθαι δὲ ὥσπερ ταῖς ἐξ ἀνάγκης συμφοραῖς δύσοιστον ἔχει καὶ παμπολὺ τὸ λυποῦν. Δεῖ δὴ οὖν ἡμᾶς μὴ παροργίζειν τὸν ἅγιον τοῦ Ἰσραὴλ, ἵνα μὴ ὁρατοῖς τε καὶ ἀοράτοις περιπίπτωμεν ἐχθροῖς εἰς τὰ τῆς ἀτιμίας καταβιβάζουσι πάθη, καὶ πᾶν ὀχύρωμα τοῦ ἐν ἡμῖν ὄντος νοῦ καταστρέφουσιν, ὡς κατανέμεσθαι τρόπον τινὰ τὴν ἀθλίαν ψυχὴν, καὶ πάντας αὐτῆς δαπανᾷν τοὺς καρποὺς, ἵνα οἷον ξηρά τε καὶ ἄτιμος ᾖ, καὶ C ἀκανθοτόκος εὑρίσκηται γῆ, ἧς τὸ τέλος εἰς καῦσιν, κατὰ τὴν τοῦ μακαρίου Παύλου φωνήν.

Ἐγκαταλειφθήσεται ἡ θυγάτηρ Σιὼν ὡς σκηνὴ ἐν ἀμπελῶνι, καὶ ὀπωροφυλάκιον ἐν σικυηλάτῳ, ὡς πόλις πολιορκουμένη.

Ἐλεεινὸν τὸ χρῆμα· πῶς γὰρ οὐ θρήνου τε καὶ οἰμωγῆς ἄξιον; ἡ γὰρ πάλαι θυγάτηρ, καὶ τῇ κλήσει τοιᾷδε τετιμημένη, καὶ οἷον ὑπὸ πατρὶ φιλοστοργοτάτῳ πράττουσα τῷ Θεῷ, ἡ φειδοῖ καὶ ἀγάπῃ τῇ παρ' αὐτοῦ μεθύουσα, καὶ ταῖς εἰς λῆξιν εὐκλείαις παρ' αὐτοῦ στεφανουμένη, καὶ καταχρατοῦσα τῶν ἀνθεστηκότων, καὶ ἀμετρήτῳ πλήθει τῶν ἐνοικούντων αὐτὴν περιεχομένη, ἡ παμμακαρία καὶ διαβόητος Σιὼν, ἤγουν Ἱερουσαλὴμ, ἐγκαταλειφθήσεται, φησίν. Τουτ' ἔστιν, ἔρημος ἔσται. Γυμνή τε ἀπομε- D νεῖ καὶ τῆς τοῦ σώζοντος εὐσθενείας, καὶ τῶν ἐνοικούντων αὐτήν. Ἐγκαταλειφθήσεται δὲ οὕτως, ὡσεὶ σκηνὴ ἐν ἀμπελῶνι, καὶ ὡς ὀπωροφυλάκιον ἐν σικυηλάτῳ καὶ ὡς πόλις πολιορκουμένη. Οἱ μὲν γὰρ τῶν ἀμπελώνων τεταγμένοι φύλακες, ἐντεθηλότων αὐτοῖς τῶν βοτρύων ἔτι, πλείστην τε ὅσην ποιοῦνται τὴν ἀσφάλειαν, καὶ τοὺς ἀποκείρειν ἐθέλοντας καταπτοοῦσι λῃστάς. Καὶ τὰ τῶν θηρίων ἐλαύνουσι γένη. Ἔθος δὲ τοῦτο δρᾷν καὶ τοῖς τῶν σικυηλάτων ἐπιτηρηταῖς ἤτοι δεσπόταις. Συγκεχομισμένων δὲ τῶν βοτρύων, καὶ πεπατημένων, καὶ τῶν ἐν σικυηλάτοις ἐξῃρημένων, τὸ τῶν φυλαττόντων ἐπιεικὲς ἀνεῖται

[13] Hebr. vi, 8.

apponatur, non oleum, non alligaturæ? Terram eorum vastatam esse candide et perspicue interpretatur, dicitque urbes incensas, in manuque esse hostium atque adeo alienigenarum, totamque modo non a **8** fundamentis excisam esse. Sæpenumero quidem accidit, ut caperetur Judæa, ab Assyriis et Ægyptiis, Syris et Moabitis, ab Idumæis, et ab his qui Philis'him seu Palæstini vocantur: at levia pertulit, et in mala incidit tolerabilia, et opitulante Deo ipsoque vulnerante percutientem, rursus emersit. Verum post Servatoris crucem Vespasiano ac Tito eam populantibus funditus est deleta. Tunc enim evenit, ut urbes incenderentur, universa etiam regio incolis vacua vastaque redderetur et in manum victorum recideret, quodque omnium miserrimum est, in conspectu ipsorum, ipsis scilicet coram spectantibus, atque dolentibus terram esse aliis subditam, et exesam quodammodo atque consumptam. Nam absentes auribus haurire solum, dolorem afferret fortassis, at tolerabilem: præsentes vero intueri, nec tamen quidquam opis afferre posse, necessariisque quasi ingemiscere calamitatibus, intolerabilius quidem est, et sane quam molestum. Quare non est nobis sanctus Israelis concitandus, ne in hostes tam aspectabiles, quam inaspectabiles incidamus, qui in fœdas perturbationes demergunt, et omne propugnaculum mentis nostræ subvertunt, ut miseram animam depascant quodammodo omnesque ejus fructus absumant, ita ut arida quasi ac ignobilis et senticosa terra reperiatur, cujus finis combustio, secundum beati Pauli dictum [13].

VERS. 8. *Derelinquetur filia Sion, ut casa in vinea, ut tugurium in horto cucumerum, ut urbs obsessa.*

Misera res profecto: qui enim non sit lamentis et luctu digna? Nam quæ filia quondam fuit, et tali vocatione ornata, quæ sic egit sub patre indulgentissimo Deo, quæ misericordia et charitate ejus ebria quodammodo facta est, nobilissima sorte ab eo coronata, quæ hostes subjugavit, et innumerabili multitudine incolentium referta et cincta fuit, perbeata illa quidem et percelebrata Sion, Jerusalem videlicet: hæc, inquam, derelinquetur, nempe deserta erit, et cum robore corporis, tum incolis suis nudata: et ita derelinquetur, ut casa in vinea, ut tugurium in cucumerario, **9** et ut urbs obsessa. Qui vinearum enim custodiis præficiuntur, racemis jam vigentibus ut in tuto ac securo sint, plurimum adnituntur, et fures, qui decerpere volunt, terrent, et ferarum genera arcent: quod etiam factitare in more est excubitoribus, seu dominis cucumerariorum. Racemis vero comportatis et calcatis, et fructibus qui in cucumerariis sunt ablatis, sedulitas custodientium in posterum remittitur, et illi, suis relictis umbraculis, liberam irrumpendi potestatem faciunt quibuscun-

que, qui ea perlustrare voluerint. Tale quiddam in misera Sion fieri propheticus nos sermo docet. Dum enim adhuc fructus justitiæ haberet, secura munitione et custodia et omni eam misericordia dignatus est Deus. Dixit enim : « Ego ero illi, ait Dominus, murus ignis circumclusus, et gloria ero in medio ejus [14]. » Canit etiam beatus David: « Ecce non dormitabit, nec dormiet, qui custodit Israel [15]. » Quandiu erat Israel, vinea Domini Sabaoth, obvallabatur et sepimento digna judicabatur. Peperit autem spinas, traditaque est a Deo opprimentibus; inquit enim : « Auferam sepem ejus, et erit direptioni : et auferam maceriam ejus, et erit conculcationi, et relinquam vineam meam, et non putabitur, neque fodietur [16]. » Fuisse etiam illam ab apro silvestri depopulatam, et ab asino agresti depastam, desertamque a Deo vineam ac derelictam, Servator docet hisce verbis : « Jerusalem, Jerusalem, quæ occidis prophetas, et lapidas eos qui mittuntur ad te : quoties volui congregare filios tuos, quemadmodum gallina congregat pullos suos sub alas, et noluistis.! Ecce relinquitur vobis domus vestra deserta [17]. » Exclamavit et hoc ante per vocem prophetæ, dicens : « Dereliqui domum meam, dimisi hæreditatem meam, dedi dilectam animam in manus inimicorum suorum. Facta est hæreditas mea mihi, ut leo in silva; edidit contra me vocem suam, propterea odi eam [18]. » Josephus item Judaicæ terræ mala tragice amplificans, cum jam in proximo erat ut caperetur Jerusalem, commemorat audivisse in templo vocem sacerdotes, velut angelorum in eo clamantium : **10** Migremus hinc. Obsessa vero urbe, modum effugii ab omnibus qui in ea erant, quæsitum fuisse, qui dubium id quiddam esse potest? Hinc conjicere licet, quæ Judaicæ regionis mala fuerint. Nam obsessis ter optabile videbatur, vel vitam conservare : de domo autem et facultatibus, vel etiam de civitate nulla illis omnino cura erat. Sciendum præterea hominis animam derelinqui a Deo multifariam : nisi præscripta recte exsequatur, et Domini oraculis cervicem submittat, pietatisque fructus pariat. [Etenim si quis nostrum ab initio probus fuerit,] si nuncupatus filius aut filia Dei, si etiam Sion, hoc est, specula exstiterit, nimirum animo excelso et mente purissima, mysteria intuente ac considerante : si vero deinde, quæ fas non est perpetrare, et sanctum Israel exacerbare conspiciatur : ab ipso deseretur, ac velut incustodita vinea prodetur Satanæ, et carnis affectibus, omnique virtute vacuus, præclarisque vitæ instituendæ ac conversationis decoribus nudus, omnibus onustus malis efficietur.

A λοιπόν· οἳ καὶ αὐτὰς ἀφέντες τὰς ἑαυτῶν σκηνὰς, ἐλευθέραν τοῖς ἐθέλουσι περιεργάζεσθαι τὰ λοιπὰ ποιοῦνται τὴν εἰσβολήν. Πεπράχθαι τι τοιοῦτον καὶ ἐπὶ τῇ ταλαιπώρῳ Σιὼν ὁ προφητικὸς ἡμᾶς διδάσκει λόγος. Ἔτι μὲν γὰρ τοὺς τῆς δικαιοσύνης ἔχουσαν καρποὺς, ἀσφαλείας τε καὶ παραφυλακῆς καὶ φειδοῦς ἁπάσης ἠξίου Θεός. Ἔφη γὰρ ὅτι « Ἔσομαι αὐτῇ, λέγει Κύριος, τεῖχος πυρὸς κύκλωθεν, καὶ εἰς δόξαν ἔσομαι ἐν μέσῳ αὐτῆς. » Ψάλλει γὰρ καὶ ὁ μακάριος Δαβίδ· « Ἰδοὺ οὐ νυστάξει, οὐδὲ ὑπνώσει ὁ φυλάσσων τὸν Ἰσραήλ. » Ἐπειδὴ δὲ καίτοι γεγονὼς ὁ Ἰσραὴλ ἀμπελὼν Κυρίου Σαβαὼθ, κεχαράκωται μὲν καὶ ἠξιώθη φραγμοῦ. Τέτοκε δὲ ἀκάνθας, καὶ δέδοται παρὰ Θεοῦ τοῖς ἀδικεῖν εἰωθόσιν, « Καθελῶ γὰρ, φησὶ, τὸν φραγμὸν αὐτοῦ, καὶ ἔσται εἰς B διαρπαγὴν, καὶ καθελῶ τὸν τοῖχον αὐτοῦ, καὶ ἔσται εἰς καταπάτημα, καὶ ἀνήσω τὸν ἀμπελῶνά μου, καὶ οὐ μὴ τμηθῇ, οὐδὲ μὴ σκαφῇ. » Τοιγάρτοι καὶ ἐλυμήνατο αὐτὴν κάπρος ἐκ δρυμοῦ, καὶ ὄνος ἄγριος κατενεμήσατο αὐτὴν, ὅτι δὲ ἀνῆκε τὸν ἀμπελῶνα Θεὸς, καὶ ἐγκαταλέλειπται παρ' αὐτοῦ διδάσκει λέγων ὁ Σωτήρ· « Ἱερουσαλὴμ, Ἱερουσαλὴμ, ἡ ἀποκτενοῦσα τοὺς προφήτας, καὶ λιθοβολοῦσα τοὺς ἀπεσταλμένους πρὸς αὐτὴν, ποσάκις ἠθέλησα ἐπισυναγαγεῖν τὰ τέκνα σου, ὃν τρόπον ἐπισυνάγει ὄρνις τὰ νοσσία αὐτῆς ὑπὸ τὰς πτέρυγας, καὶ οὐκ ἠθελήσατε· ἰδοὺ ἀφίεται ὑμῖν ὁ οἶκος ὑμῶν ἔρημος. » Προανακεκράγει δὲ τοῦτο καὶ διὰ φωνῆς προφήτου λέγων· « Ἐγκαταλέλοιπα τὸν οἶκόν μου, ἀφῆκα τὴν C κληρονομίαν μου. Δέδωκα τὴν ἠγαπημένην ψυχήν μου εἰς χεῖρας ἐχθρῶν αὐτῆς. Ἐγενήθη ἡ κληρονομία μου ἐμοὶ, ὡς λέων ἐν δρυμῷ, δέδωκεν ἐπ' ἐμὲ φωνὴν αὐτῆς, διὰ τοῦτο ἐμίσησα αὐτήν. » Διαμέμνηται δέ που Ἰώσηπος, ὁ τὰ τῆς Ἰουδαίων γῆς ἐκτραγῳδήσας πάθη, ὅτι μελλούσης ἁλῶναι τῆς Ἱερουσαλὴμ, ἤκουον οἱ ἱερεῖς ἐν τῷ ναῷ φωνῆς, ὡς τῶν ἐν αὐτῷ βοώντων ἀγγέλων, Μεταβαίνωμεν ἐντεῦθεν. Ὅτι δὲ πόλεως πολιορκουμένης, φυγῆς παρὰ πάντων ζητεῖται τρόπος τῶν ἐν αὐτῇ, πῶς ἔστιν ἀμφιβαλεῖν; ἐντεῦθέν ἐστι τὰ τῆς Ἰουδαίων χώρας διατεκμαίρεσθαι πάθη. Τριπόθητον γὰρ τοῖς πολιορκουμένοις κατεφαίνετο καὶ τὸ μόνην δύνασθαι διασῶσαι ψυχήν. Οἴκου δὲ καὶ περιουσίας ἢ καὶ τῆς πόλεως αὐτῆς οὐδεὶς ἦν αὐτοῖς παντελῶς λόγος. D Ἰστέον δὲ ὅτι καὶ τὴν τοῦ ἀνθρώπου ψυχὴν ἐγκαταλείπεσθαι παρὰ Θεοῦ συμβαίνει πολλάκις, εἰ μὴ ἕλοιτο διορθοῦν τὰ διατεταγμένα, καὶ δεσποτικοῖς θεσπίσμασιν ὑποφέρουσα τὸν αὐχένα, τοὺς τῆς εἰς αὐτὸν εὐσεβείας ἀποτίκτει καρπούς. Εἰ καὶ κεχρημάτικεν υἱὸς ἢ θυγάτηρ Θεοῦ, εἰ καὶ γέγονε Σιὼν, ὅ ἐστι σκοπευτήριον, τοῦτ' ἔστιν ἐν ὑψηλῇ διανοίᾳ καὶ νῷ καθαρωτάτῳ καὶ ὁρᾷν εἰδότι μυστήρια· εἶτα δρῶν, ἃ μὴ θέμις, παροτρύνων ὁρῷτο τὸν ἅγιον τοῦ Ἰσραὴλ, ἐγκαταλειφθήσεται παρ' αὐτοῦ, καὶ οἷά τις ἀφρούρητος ἀμπελὼν ἐκδοθήσεται τῷ Σατανᾷ, καὶ τοῖς πάθεσι τῆς σαρκὸς, ἔρημός τε ἁπάσης ἀρετῆς ἀναδειχθήσεται, καὶ γυμνὸς αὐχημάτων τῶν ἐκ πολιτείας ἀγαθῆς, καὶ παντὸς ἀνάπλεως κακοῦ.

VERS. 9. *Et nisi Dominus Sabaoth reliquisset no-*

Καὶ εἰ μὴ Κύριος Σαβαὼθ ἐγκατέλειπεν ἡμῖν

[14] Zach. II, 5. [15] Psal. CXX, 3. [16] Isa. V, 6. [17] Matth. XXIII, 37, 38. [18] Jerem. XII, 7, 8.

σπέρμα, ὡς Σόδομα ἂν ἐγενήθημεν, καὶ ὡς Γομόῤῥα ἂν ὡμοιώθημεν.

Καταπρησθείσης τῆς χώρας διά τοι τὴν εἰς Χριστὸν ἀσέβειαν, σέσωσται καὶ οὕτω τὸ κατάλειμμα τοῦ Ἰσραὴλ, Θεοῦ κατοικτείροντος, καὶ ταῖς τῶν πατέρων μνήμαις δῶρον καθάπερ τι καὶ τοῦτο μετὰ τῶν ἄλλων ἐξαίρετον ἀπονέμοντος. Οὐ γὰρ ἀπόλωλεν ὁλοτρόπως, οὔτε μὴν ἐξ αὐτῶν κατεσείσθη βάθρων, ἀλλὰ μεμένηκεν ἐν λειψάνοις. Ἦσαν γὰρ ἐξ αὐτῶν καὶ οἱ θεσπέσιοι μαθηταὶ, καὶ μὴν καὶ ὅσοι πεπιστεύκασιν εἰς τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν τὸν Χριστόν. Κληθήσονται δὲ καὶ ἐν ἐσχάτοις τοῦ αἰῶνος καιροῖς, καὶ οἱ μήπω πιστεύσαντες. Καὶ πρός γε τοῦτο ἡμᾶς πιστώσεται λόγος προφητικός. Λέγει δὲ οὕτως· « Ἔτι πολλὰς ἡμέρας καθήσονται οἱ υἱοὶ Ἰσραὴλ, οὐκ ὄντος βασιλέως οὐδὲ ὄντος ἄρχοντος, οὐκ οὔσης θυσίας, οὐδὲ ὄντος θυσιαστηρίου, οὔτε ἱερατείας οὔτε δήλων. Καὶ μετὰ ταῦτα ἐπιστρέψουσιν οἱ υἱοὶ Ἰσραὴλ, καὶ ἐπιζητήσουσι Κύριον τὸν Θεὸν αὐτῶν καὶ Δαβὶδ τὸν βασιλέα αὐτῶν. Καὶ ἐκστήσονται ἐπὶ τῷ Κυρίῳ, καὶ ἐπὶ τοῖς ἀγαθοῖς αὐτοῦ ἐπ' ἐσχάτου τῶν ἡμερῶν. » Καὶ μὴν καὶ ἑτέρωθι ὁ τῶν ὅλων Θεός· « Τί σε διαθῶ Ἐφραΐμ; Ὑπερασπιῶ σου, Ἰσραήλ; Τί σε διαθῶ; Ὡσεὶ Ἀδάμα θήσομαί σε, καὶ ὡς Σεβωείμ· μετεστράφη ἡ καρδία μου, ἐν τῷ αὐτῷ. Συνεταράχθη ἡ μεταμέλειά μου· οὐ μὴ ποιήσω κατὰ τὴν ὀργὴν τοῦ θυμοῦ μου. Οὐ μὴ ἐγκαταλείψω τοῦ ἐξαλειφθῆναι τὸν Ἐφραΐμ, διότι ἐγὼ Θεός εἰμι, καὶ οὐκ ἄνθρωπος· ἐν σοὶ ἅγιος. » Ἀκούεις ὅπως οὐ κατὰ τὸ μέγεθος τῆς ὀργῆς ποιήσειν κατ' αὐτῶν ἐπηγγείλατο, προὐπισχνεῖτο δὲ μᾶλλον πλημμε . . . .

. . . . ἠπείθησαν μὲν γὰρ καὶ κατὰ τὴν ἔρημον οἱ ἐξ Ἰσραὴλ πρὸς αὐτοῖς γεγονότες τοῖς τοῦ Ἰορδάνου νάμασι, καὶ κληρονομεῖν μέλλοντες τῆς ἐπαγγελίας τὴν γῆν. Ὅθεν ἔφη Θεός· « Ὡς ὤμοσα ἐν τῇ ὀργῇ μου, εἰ εἰσελεύσονται εἰς τὴν κατάπαυσίν μου. » Πέπτωκε γὰρ τὰ κῶλα αὐτῶν ἐν τῇ ἐρήμῳ, καὶ ἅπαντες δεδαπάνηνται, πλὴν Χαλὲβ υἱὸς Ἰεφονῆ, καὶ Ἰησοῦς ὁ τοῦ Ναυῆ. Συνεισέβησαν τῷ νέῳ λαῷ, καὶ διῆλθον τὸν Ἰορδάνην, καὶ κλῆρον ἐσχήκασι τὸν παρὰ Θεοῦ. Τύπος δ' ἂν εἶεν οὗτοι τοῦ καταλείμματος τοῦ Ἰσραὴλ, σεσωσμένου μὲν δι' ὑπακοῆς πίστεως τῆς εἰς Χριστὸν, διαβιβασθέντος δὲ μεθ' ἡμῶν τὸν ἅγιον Ἰορδάνην, καὶ κληρονομήσειν μέλλοντος τὴν τῶν οὐρανῶν βασιλείαν. Εὐχαριστεῖ τοιγαροῦν ὁ προφήτης, λέγων· *Εἰ μὴ Κύριος Σαβαὼθ ἐγκατέλιπεν ἡμῖν σπέρμα, ὡς Σόδομα ἂν ἐγενήθημεν, καὶ ὡς Γομόῤῥα ἂν ὡμοιώθημεν.* Λελατρευκότος γὰρ εἰδώλοις τοῦ Ἰσραὴλ, ἀνελόντος δὲ καὶ προφήτας, ἀρνησαμένου τε Χριστὸν, μᾶλλον δὲ καὶ ἀπεκτονότος τὸν ἀρχηγὸν τῆς ζωῆς, τὸν εἰσάπαν ὄλεθρον καταψηφίσασθαι παντὸς γένους ἐχρῆν τὸν τῶν ὅλων Θεόν. Ἐπειδὴ δέ ἐστιν ἀγαθὸς ὑπὲρ λόγον, τετήρηκε τὸ κατάλειμμα, καὶ οὐ γεγόνασιν ἐν ἴσῳ τοῖς Σοδόμοις, οἱ παγγενεὶ τε καὶ πανοικεὶ καὶ αὐταῖς . . . .

A *bis semen, essemus ut Sodoma, et quasi Gomorrha similes essemus.*

Incensa regione propter impietatem in Christum, ita tamen reliquiæ Israelis servatæ sunt, miserante Deo; atque hoc quasi beneficium inter cætera eximium memoriæ patrum largiente. Nec enim prorsus interiit, nec ab ipsis fundamentis convulsus est, sed hæsit in reliquiis. Nam ex illis exstiterunt divini discipuli, et quidem quotquot in Dominum nostrum Jesum Christum spem fidemque conjecerunt: tum vocabuntur extremis sæculi temporibus et hi, qui nondum crediderunt. Ad hæc fidem nobis faciet verbum, quod ita habet: « Quia multos dies sedebunt filii Israelis, sine rege, sine principe, sine sacrificio, sine altari, sine sacerdotio, sine manifestatio-
B nibus. Postea revertentur filii Israel, et quærent Dominum Deum suum, et David regem suum, et stupebunt ad Dominum, et super bonis ejus, in novissimis diebus [19]. » Et alicubi universorum Deus: « Quid tibi, » inquit, « faciam Ephraim? Protegam te Israel? Quid tibi faciam? Ut Adama ponam te, **11** et ut Seboim. Conversum est cor meum in ipso, conturbata est pœnitudo mea, non faciam, juxta iram furoris mei, non relinquam ut deleatur Ephraim, quippe ego Deus sum, non homo, in te sanctus [20]. » Audin, quo pacto non pro iræ magnitudine se contra eos facturum polliceatur, at denuntiet ante potius clementiam delinquentibus, ac in paucis reliquiis Israelem remansurum? Quod eodem
C etiam modo superiori memoria nobis ostendit. Erant enim Israelitæ increduli in deserto, cum essent prope ipsum rivum Jordanis, jamjamque terram promissionis possessuri, unde Deus: « Sic juravi, » inquit, « in ira mea, Si introibunt in requiem meam [21]. » Ceciderunt membra eorum in deserto: et omnes consumpti sunt præter Calebum filium Jephone, et Jesu filium Nave, qui ingressi sunt una cum populo novo, et transierunt Jordanem, et a Deo sortem consecuti sunt. Figura esse possunt et hi reliquiarum Israelis, quæ per obedientiam fidei in Christum servatæ, trajectoque nobiscum sacrosancto Jordane, etiam regnum cœlorum hæreditario accipient. Gratias itaque agens propheta, dicit: *Nisi Dominus Sabaoth reliquisset nobis semen,*
D *essemus ut Sodoma, essemus Gomorrhæ similes.* Nam quoniam idolis serviit Israel, eque medio prophetas sustulit, ac negavit Christum, imo potius principem vitæ, vita privavit: omnino totam gentem morte damnare universitatis Deum oportuerat. Cum autem sit supra quam dici potest bonus, residuum servavit, et pari conditione cum Sodomitis non fuerunt, qui cum toto genere ac familia, cum ipsis urbibus igni consumpti sunt. Si qui etiam vitiorum sordibus teneri, peccatoque vix delebili contaminari volunt: his quoque hoc idem accidet; quibus a nobis dici potest non male: « An divitias bonitatis ejus, et patientiæ, et longanimitatis con-

[19] Osee III, 4, 5. [20] Osee XI, 8. [21] Psal. XCIV, 11.

temnis? ignorans quoniam benignitas Dei ad pœnitentiam te adducit? Secundum autem duritiam tuam, et impœnitens cor thesaurizas tibi iram in die iræ et revelationis justi judicii Dei.[22] Omnes enim nos repræsentari oportet apud tribunal Christi, ut referat unusquisque quæ per corpus gessit, sive bonum, sive malum.[23] »

A καὶ δυσαπόνιπτον ἔχειν τὴν ἁμαρτίαν. Καὶ μάλα ὀρθῶς εἰρήσεται πρὸς ἡμῶν· « Ἢ τοῦ πλούτου τῆς χρηστότητος αὐτοῦ, καὶ τῆς ἀνοχῆς, καὶ τῆς μακροθυμίας καταφρονεῖς; ἀγνοῶν ὅτι τὸ χρηστὸν τοῦ Θεοῦ εἰς μετάνοιάν σε ἄγει. Κατὰ δὲ τὴν σκληρότητά σου, καὶ ἀμετανόητον καρδίαν, θησαυρίζεις σεαυτῷ ὀργὴν ἐν ἡμέρᾳ ὀργῆς καὶ ἀποκαλύψεως, καὶ δικαιοκρισίας τοῦ Θεοῦ. Τοὺς γὰρ πάντας ἡμᾶς δεῖ φανερωθῆναι ἔμπροσθεν τοῦ Χριστοῦ, ἵνα κομίσηται ἕκαστος τὰ διὰ τοῦ σώματος πρὸς ἃ ἔπραξεν, εἴτε ἀγαθὸν, εἴτε φαῦλον. »

VERS. 10-14. *Audite verbum Domini principes Sodomorum, attendite legem Dei, populus Gomorrhæ. Quo mihi multitudinem sacrificiorum vestrorum, dicit Dominus? plenus sum victimis arietum.* **12** *Adipem agnorum et sanguinem taurorum, et hircorum nolo; neque veniatis, ut appareatis mihi. Quis enim quæsivit hæc de manibus vestris? Calcare atrium meum ne perrexeritis. Si offeratis similam, vanum incensum, abominatio mihi est. Neomenias vestras, et sabbata, et diem magnum non fero: jejunium, et otium, festa vestra odit anima mea.*

Ἀκούσατε λόγον Κυρίου ἄρχοντες Σοδόμων, προσέχετε νόμον Θεοῦ λαὸς Γομόῤῥας. Τί μοι πλῆθος τῶν θυσιῶν ὑμῶν, λέγει Κύριος; πλήρης εἰμὶ ὁλοκαυτωμάτων κριῶν, καὶ στέαρ ἀρνῶν, καὶ B *αἷμα ταύρων καὶ τράγων οὐ βούλομαι. Οὐδ' ἂν ἔρχησθε ὀφθῆναί μοι. Τίς γὰρ ἐξεζήτησε ταῦτα ἐκ τῶν χειρῶν ὑμῶν; Πατεῖν τὴν αὐλήν μου οὐ προσθήσεσθε. Ἐὰν φέρητε σεμίδαλιν, μάταιον θυμίαμα, βδέλυγμά μοι ἐστίν, τὰς Νουμηνίας ὑμῶν, καὶ τὰ σάββατα, καὶ ἡμέραν μεγάλην οὐκ ἀνέχομαι, νηστείαν καὶ ἀργίαν, καὶ τὰς ἑορτὰς ὑμῶν μισεῖ ἡ ψυχή μου.*

Cum futurorum malorum comminatione satis perterruerit, et illis hæc omnino ac certissime eventura, suo tempore, prænuntiaverit, nisi meliora sapere, simulque exsequi, quæ divinæ leges postulant, voluerint: commode transfert sermonem, ostenditque quod in rem est ut meliora cogitare et sentire velint, quo ab impendente pœna liberentur. Nam quia in Christum debacchati sunt Israelitæ, perierunt: et præterea dicimus, eos propter impietatem eorum qui præficiebantur docendi provinciæ, cecidisse. Licet enim illum hæredem esse noverint, interfecerunt tamen: nam ejus vineam, sortem suam facere voluerunt. Quod autem stupidus Israel, principum malignitati obsecutus, a spe in Christum deciderit, confirmat universitatis Deus, voce prophetarum loquens: « Pastores multi corruperunt vineam meam, polluerunt hæreditatem meam, dederunt partem meam desiderabilem in solitudinem inviam, redacta est ad interitum pessimum[24]. » Et rursus: « Quia pastores desipuerunt, et Dominum non quæsierunt, propterea omnis grex non intellexit, et dispersi sunt[25]. » Vere enim desipuerunt pastores, et populo suo interitum accersiverunt. Annon decebat eos potius, utpote per legem ac prophetas Christi mysterium probe doctos, aliis viam ad illi credendum patefacere? Atqui Servator dicit, gloriam eos ab hominibus accepisse, gloriam vero, quæ est a solo Deo, non quæsivisse. Si enim Mosi credidissent, credidissent et illi. De illo enim is scripsit. Facti sunt igitur cæci, et duces cæcorum, itaque præcipitati sunt, et in voraginem exitii corruerunt. Quid ergo conatur propheta bonis eos monitis mutare? Ut melius sapiant, et Servatoris dicto audientes sint. Illis vero admonitionibus territationem quoque utiliter admiscet: **13** variis quodammodo pharmacis adhibitis, curans

Καταπτοήσας ἀρκούντως ταῖς τῶν ἐσομένων ἀπειλαῖς, καὶ προσαγορεύσας αὐτοῖς τὰ πάντη τε καὶ πάντως ἐσόμενα κατὰ καιροὺς, εἰ μὴ ἕλοιντο φρονεῖν τε ὁμοῦ τὰ ἀμείνω καὶ δρᾷν, καὶ τοῖς θείοις νόμοις, μεθίστησι τὸν λόγον ἐπὶ καιροῦ, καὶ εἰσηγεῖται τὸ χρήσιμον, ἵνα τὰ βελτίω φρονεῖν ᾑρημένοι, τῆς ἐπηρτημένης αὐτοῖς ἀπαλλάττοιντο δίκης. C Ἐμπαροινήσαντες γὰρ ἐν Χριστῷ, διολώλασιν οἱ ἐξ Ἰσραὴλ, πεσεῖν τε πρὸς τοῦτο φαμὲν αὐτοὺς, διὰ τὴν τῶν καθηγεῖσθαι λαχόντων ἀνοσιότητα. Καίτοι γὰρ ἐπεγνωκότες, ὅτι αὐτός ἐστιν ὁ κληρονόμος, ἀπεκτόνασιν αὐτόν. Ἤθελον γὰρ ἴδιον ποιεῖσθαι κλῆρον τὸν ἀμπελῶνα αὐτοῦ. Ὅτι δὲ ταῖς τῶν ἡγουμένων δυστροπίαις ἀκολουθῶν, τῆς εἰς Χριστὸν ἐλπίδος διημάρτηκεν ὁ ἀπόπληκτος Ἰσραὴλ πιστώσεται λέγων ὁ τῶν ὅλων Θεὸς, διὰ φωνῆς προφητῶν. « Ποιμένες πολλοὶ διέφθειραν τὸν ἀμπελῶνά μου, ἐμόλυναν τὴν κληρονομίαν μου, ἔδωκαν μερίδα ἐπιθυμητήν μου εἰς ἔρημον ἄβατον. Ἐγενήθη εἰς ἀφανισμὸν ἀπωλείας. » Καὶ πάλιν· « Ὅτι ποιμένες ἠφρονεύσαντο, καὶ τὸν Κύριον οὐκ ἐζήτησαν, διὰ τοῦτο οὐκ ἐνόησε πᾶσα ἡ νομὴ, καὶ διεσκορπίσθησαν. » D Ἠφρονεύσαντο γὰρ οἱ ποιμένες ἀληθῶς, καὶ τοῖς ὑπὸ χεῖρα λαοῖς ὀλέθρου γεγόνασιν ἀφορμή. Καίτοι πῶς οὐκ ἔδει μᾶλλον αὐτοὺς ὡς διὰ νόμου καὶ προφητῶν τὸ Χριστοῦ μυστήριον μάλα πεπαιδευμένους, ὁδὸν γενέσθαι τοῖς ἄλλοις ἐπὶ τὸ χρῆναι πιστεύειν αὐτῷ; Ἀλλ' ἦ φησὶν ὁ Σωτὴρ, δόξαν παρὰ ἀνθρώπου ἐλάμβανον, καὶ τὴν δόξαν τὴν παρὰ τοῦ μόνου τοῦ Θεοῦ οὐκ ἐζήτουν. Εἰ γὰρ ἐπίστευον Μωσῇ, ἐπίστευον ἂν αὐτῷ, περὶ γὰρ αὐτοῦ ἐκεῖνος ἔγραψεν. Γεγόνασι τοίνυν τυφλοὶ καὶ τυφλῶν ὁδηγοί. Ταύτῃ τοι καὶ διωλισθήκασι, καὶ εἰς τοὺς τῆς ἀπωλείας πεπτώκασι βόθρους. Τί οὖν ὁ προφήτης ἀγαθαῖς αὐτοὺς νουθεσίαις μετασκευάζειν πειρᾶται; πρὸς τὸ δεῖν ἑλέσθαι τὰ ἀμείνω φρονεῖν, καὶ τοῖς τοῦ Σωτῆρος πειρᾶσθαι λόγοις. Ἀναμίσγει δὲ χρη-

[22] Rom II, 5. 6. [23] II Cor. V, 10. [24] Jerem. XII, 10. [25] Jerem. X, 21.

σίμως ταῖς εἰς τοῦτο νουθεσίαις τὴν ἐπίπληξιν, A μονονουχὶ ποικίλως ἐσκευασμένῳ φαρμάκῳ τὰ τῆς ἐν αὐτοῖς δυσβουλίας θεραπεύων τραύματα. Ταύτῃ τοι, φησὶν, ἀκούσατε λόγον Κυρίου, ἄρχοντες Σοδόμων, προσέχετε νόμον Θεοῦ, λαὸς Γομόῤῥας. Ἀκούεις ὅπως δήμοις καὶ ἄρχουσι τὴν ἐξ ἀγάπης ὁμοῦ καὶ θεοφιλοῦς φρονήματος ἐπιφέρει ῥάβδον, καὶ πλήττει πολὺ νοσοῦντας τὸ ἀπειθές. Πόλεσι δὲ ταῖς δυσσεβεστάταις παρεικάζει τὴν Ἱερουσαλὴμ, ὡς πλείστης μὲν ὅσης ἀνάμεστον ἁμαρτίας, καὶ ὡς οὐδένα παντελῶς ἔχουσαν ἐν ἑαυτῇ . . . .

. . . . ἐβουλεύετο μὲν γὰρ ὁ τῶν ὅλων Θεὸς τὰς τῶν Σοδομιτῶν κατεμπρῆσαι πόλεις, καὶ ἀνεκοινώσατο τὸ χρῆμα τῷ Ἀβραάμ· ὁ δὲ πρὸς αὐτόν· « Μὴ ἀπολέσῃς δίκαιον μετ' ἀσεβοῦς; καὶ ἔσται ὁ δίκαιος ὡς ὁ ἀσεβής; » B Ἐπηγγείλατο δὲ Θεὸς, εἰ εὑρεθεῖεν ἐν Σοδόμοις δέκα δίκαιοι, τῆς ἐπ' αὐτοῖς καταπλήξειν ὀργῆς. Ἀλλ' οὐχ ηὕρηνται. Τοιγάρτοι καὶ ἐκτετίκασι τὰς τοῖς ἑαυτῶν δυσσεβήμασιν ἰσομέτρους δίκας. Τοιαύτη τις ἦν ἡ κυριοκτόνος Ἱερουσαλὴμ πολλὴν ἔχουσα τῶν δικαίων τὴν σπάνιν. Καὶ γοῦν ἐλιπάρει μὲν ὁ προφήτης Ἱερεμίας περὶ αὐτῆς. Ἔφη δὲ Θεός· « Περιδράμετε ἐν ταῖς ὁδοῖς Ἱερουσαλὴμ, καὶ ἴδετε, καὶ γνῶτε, καὶ ζητήσατε ἐν ταῖς πλατείαις αὐτῆς, ἐὰν εὕρητε ἄνδρα, εἰ ἔστι ποιῶν κρῖμα, καὶ ζητῶν πίστιν, καὶ ἵλεως ἔσομαι αὐτῇ, λέγει Κύριος. » Ὅτι τοίνυν, ῥυπῶσά τε, καὶ τοῖς ἐκ φαυλότητος μολυσμοῖς πολυτρόπως κεκηλιδωμένη, καὶ πολλὴν ἔχουσα τῶν ἁγίων τὴν σπάνιν, Σόδομά τε αὐτὴν καὶ Γομόῤῥα καλεῖ, λαοῖς τε καὶ C ἡγουμένοις, τῆς Σοδομιτῶν ἀκαθαρσίας ἐπιφέρει τὸν μῶμον. Τί δὲ δὴ καί φησιν; ἀκούσατε λόγον Κυρίου, ἄρχοντες Σοδόμων, προσέχετε νόμον Θεοῦ λαὸς Γομόῤῥας. Ἀνανήψατε, φησὶν, βραχύ. Καὶ ταῖς τοῦ πανσόφου Μωσέως φωναῖς, τῆς ἑαυτῶν διανοίας τὸν ὀφθαλμὸν ἐνιδόντες, τὸ Χριστοῦ νοεῖτε μυστήριον. Ἔφη γὰρ ὁ Μωσῆς· « Ὅτι προφήτην ὑμῖν ἀναστήσει Κύριος ὁ Θεὸς ὑμῶν ἐκ τῶν ἀδελφῶν ὑμῶν ὡς ἐμέ· αὐτοῦ ἀκούσεσθε κατὰ πάντα ὅσα ἂν λαλήσῃ πρὸς ὑμᾶς. » Ἀκούσατε τοίνυν λόγον Κυρίου, προσέχετε τὸν τοῦ Θεοῦ νόμον· τοῦτ' ἔστι, νοήσατε καὶ αὐτοὶ τῶν εὐαγγελικῶν θεσπισμάτων τὴν δύναμιν. Τοῦτο προστέταχεν ὁ Μωσῆς· παιδαγωγεῖ γὰρ ἐπὶ Χριστὸν, καὶ τῶν νομικῶν θεσπισμάτων τὸ πέρας εἰς τὸ ἐπ' αὐτῷ βλέπει μυστήριον. D Ἀλλ' οἴεσθε, φησὶν, εὐαρεστεῖν τῷ Θεῷ, διὰ τοῦ πληροῦν ἐθέλειν τὰ ἐν τύποις καὶ σκιαῖς. Ἀκούσατε λέγοντος τοῦ καὶ αὐτὸν ὑμῖν τὸν πάλαι λαλήσαντος νόμον. Τί μοι πλῆθος τῶν θυσιῶν ὑμῶν, λέγει Κύριος. Πλήρης εἰμί. Εἰ μὲν γὰρ ὡς δεομένῳ προσάγετε, πεπλάνησθε τοῦ εἰκότος, σοφοῦ τε καὶ ἀληθοῦς διημαρτήκατε λογισμοῦ. Ἐνδεῖ γὰρ ὅλως οὐδὲν τῇ τὰ πάντα πληρούσῃ φύσει, ὅτι αὐτῆς τὰ πάντα, καὶ παρ' αὐτῆς τοῖς ἄλλοις. « Τί γὰρ ἔχεις ὃ οὐκ ἔλαβες; » πρέποι ἂν λέγεσθαι τῇ φύσει κτίσει. Ἀπέχω γὰρ νῦν, φησὶν, καὶ πεπλήρωμαι, καὶ οὐκ ἂν ἑλοίμην ἔτι τὰς παρ' αὐτῶν θυσίας. Ὀνή-

in illis hæc stultitiæ vulnera. Ideoque dicit: Audite sermonem Domini, principes Sodomorum, attende legem Dei, populus Gomorrhæ. Audisne quomodo plebi et principibus ex amore simul et pio affectu virgam inferat, et inobedientiæ morbo corruptos feriat? Urbibus autem perditissimis et maxime impiis Jerusalem comparat, ut multis coopertam vitiis, nec quidquam plane in se habentem, unde verisimile esset posse eam minarum vim impetumque effugere. Voluit enim universitatis Deus urbes Sodomitanorum incendere, remque cum Abrahamo communicavit. Cui ille: « Nunquid perdes justum cum impio? Et erit justus perinde ut impius [26]? » Promisit autem Deus, si in Sodomis decem justi invenirentur, se ab ira destiturum. Atqui non sunt inventi: itaque dignas ac suis flagitiis pares pœnas dederunt. Talis quoque fuit hæc Jerusalem Domini interfectrix, in qua magna erat justorum hominum penuria. Nam cum pro ea Jeremias propheta supplicaret, dixit Deus: « Circumcursate in viis Jerusalem et videte, et cognoscite, perque plateas ejus conquirite, si quem comperietis virum, qui jus faciat et fidem quærat, et propitius ero illi, dicit Dominus [27]. » Quia ergo inquinata esset, et in scelerum sordibus multifariam volutata, magnaque laboraret sanctorum inopia, Sodomam vocat eam, et Gomorrham, et cum populo tum principibus Sodomiticæ impuritatis labem aspergit. Quid enim ait? Audite verbum Domini, principes Sodomorum, attende legem Dei, popule Gomorrhæ. Evigilate, inquit, parumper, et sapientissimi Mosis verbis oculo mentis vestræ intento, Christi mysterium intelligite. Dixit quippe Moses: « Prophetam excitabit vobis Dominus Deus vester ex fratribus vestris similem mei. Ipsum audietis in omnibus quæcunque locutus fuerit vobis [28-29]. » Audite igitur verbum Domini, attendite legem Dei, id est, intelligite etiam ipsimet angelicorum oraculorum vim. Hoc Moses præcepit, pædagogus enim est ad Christum, et finis legalium oraculorum pertinet ad hoc de illo mysterium. Vel legem Dei, reprehensionem dicit (1). Verum existimatis, inquit, vos pulchre placere Deo, quod 14
typica et umbratica implere studeatis. Audite eum loquentem antiquam legem, vobisque dicentem, Quorsum mihi multitudo sacrificiorum vestrorum? dicit Dominus. Plenus sum. Nam si tanquam egenti offertis, jam ab officio recessistis, et a considerata veraque ratione aberrastis. Omnino enim nihil deest ei naturæ, quæ complet omnia, quia ejus sunt omnia, et ab ea aliis suppeditatur. « Quid enim habes, quod non accepisti? [30] » Id enim merito dici poterit creaturæ. Fastidio enim nunc, inquit, et plenus sum: nec cuperem ab illis sacrificia amplius. Quid? dic mihi, ecquid proderit universitatis Deo aries sacrificatus? Ecquid proderit agnorum adeps? Et si taurorum et hircorum sanguis offeratur,

[26] Gen. XVIII, 25. [27] Jerem. V, 1. [28-29] Deut. XVIII, 15. [30] I Cor. IV, 7.

(1) Desunt hæc verba in Græco cod.

quam voluptatem ex istis caperet Deus? Quis exegit hæc de manibus vestris? Etsi enim Moses locutus est de victimis et hostiis, ea tamen cultus ratio antiquitus Deo minime fuit accepta. Nimirum quia per figuram et umbram ad veritatem erudiri oportebat, legalia constituta sunt usque ad tempus instaurationis, nec ita tamen constituta, quasi vere Deo grata. Nec omnino et absolute de sacrificiis legalibus est locutus : at quia infirma mens erat eorum, qui hisce rudimentis tunc instituebantur, per typum et umbram ad veritatem quasi manu ducebantur. Sed adventante tempore, quo veritatis pulchritudinem oportebat enitescere, typus irritus est, umbra inutilis. Ideo ait : Calcare atria mea ne perrexeritis. Si obtuleritis similaginem, inane incensum est, abominatio mihi est. Nos enim fide in Christum illustrati, spirituales hostias Deo offerentes, sancta ejus implemus atria, nimirum ecclesias. Christus autem in ecclesiis Judaici cultus ritum minime recipit. Nam qui similaginem oleo maceratam et incensum cadens sub sensum offerre volent, nentiquam admittentur. Meminimus enim de eo locutum esse Deum : Abominatio est mihi. Et nos quidem certe sacrosancta in Christo festa celebramus. At Judæi a typicis significationibus non recedentes, in Neomeniis tubas inflant, diem feriatum putant esse Sabbatum, et diem quæ magna dicitur, colunt. Ea vero est festi, quod tabernaculorum fixio vocatur, dies extrema. Etiamsi Deo jejunent, pugnis humiliter se verberant. Quamobrem audiant ipsum dicentem : **15** Festa vestra odit anima mea. Hæc autem dicit, quo a typis ad veritatem traducat, persuadeatque ut Christi oraculis cervicem mentis supponant, ut nobiscum evangelice versentur, et suavitate odorum spiritalium Deum permulceant, quasique thymiama spirituale ei consecrent morum modestiam, charitatem, mutuum amorem, patientiam, temperantiam, et ante alia, fidem. His hostiis placatur Deus, et evangelicorum vaticiniorum virtus his ornamentis coronat credentes.

A σει γὰρ ὅπως, εἰπέ μοι, τὸν τῶν ὅλων Θεὸν κριὸς ὡλοκαυτωμένος; τί δὲ τὸ τῶν ἀρνῶν ἥσει στέαρ; εἰ δὲ δὴ καὶ τράγων καὶ ταύρων αἷμα προσφέροιτο, πῶς ἡσθείη διὰ τοῦτο Θεός; τίς γὰρ ἐξεζήτησε ταῦτα ἐκ τῶν χειρῶν ὑμῶν; εἰ γὰρ καὶ λελάληκεν ὁ Μωσῆς περὶ ὁλοκαυτωμάτων καὶ θυσιῶν, ἀλλ' ἦν καὶ πάλαι τῆς τοιᾶσδε λατρείας ὁ τρόπος ἀβούλητος τῷ Θεῷ. Ἐπειδὴ δὲ διὰ τύπου καὶ σκιᾶς παιδαγωγεῖν ἔδει πρὸς ἀλήθειαν, μέχρι καιροῦ διορθώσεως τέθειται τὰ ἐν νόμῳ, οὐκοῦν ὅσον ἧκεν εἴς γε τὸ ἀληθὲς ἀρέσκειν τῷ Θεῷ· οὐδ' ἂν ὅλως ἐλάλησε περὶ θυσιῶν τῶν κατὰ νόμον. Ἐπειδὴ δὲ τῶν τὸ τηνικάδε παιδαγωγουμένων ἀσθενὴς ἦν ὁ νοῦς, κεχειραγώγηντο διὰ τύπου καὶ τῆς κατὰ τὸ γράμμα σκιᾶς εἰς ἀλήθειαν. Ἐνεστηκότος δὲ τοῦ καιροῦ, καθ' ὃν ἔδει τὸ λοιπὸν τὸ τῆς ἀλη-
B θείας ἐκφαίνεσθαι κάλλος, περιττὸς ὁ τύπος, ἀνόνητος ἡ σκιά. Ταύτῃ τοι φησὶν, ὅτι Πατεῖν τὴν αὐλῶνά μου οὐ προσθήσεσθε. Ἐὰν φέρησθε σεμίδαλιν, μάταιον θυμίαμα, βδέλυγμά μοί ἐστιν. Ἡμεῖς μὲν γὰρ οἱ πίστει τῇ εἰς Χριστὸν ἐκλελαμπρυσμένοι, τὰς πνευματικὰς θυσίας προσκομιοῦντες τῷ Θεῷ, τὰς ἁγίας αὐτοῦ πληροῦμεν αὐλὰς, τοῦτ' ἔστιν ἐκκλησίας. Ἀπαράδεκτος δὲ παρὰ Χριστοῦ παντελῶς ἐν ἐκκλησίαις τῆς Ἰουδαϊκῆς λατρείας ὁ τρόπος. Εἰσδεχθεῖεν γὰρ ἂν ἥκιστά γε σεμίδαλιν ἐλαιόδευτον, καὶ τὸ αἰσθητὸν θυμίαμα προσάγειν ἐθέλοντες. Μεμνήμεθα γὰρ Θεοῦ λέγοντος περὶ αὐτοῦ· Βδέλυγμά μοί ἐστιν. Καὶ ἡμεῖς μὲν τὰς ἁγίας ἐπὶ Χριστῷ τελοῦμεν ἑορτάς. Ἰουδαῖοί γε μὴν τῶν ἐν τύποις οὐκ ἐξιστά-
C μενοι, σαλπίζουσιν ἐν Νεομηνίας ἡμέρᾳ, ἀργὸν ἡγοῦνται τὸ Σάββατον, καὶ τὴν καλουμένην μεγάλην τιμῶσιν ἡμέραν. Ἔστι δὲ αὕτη τῆς ἑορτῆς τῆς καλουμένης σκηνοπηγίας ἡ τελευταία, κἂν εἰ νηστεύσειαν τῷ Θεῷ, τύπτουσι πυγμαῖς ταπεινόν. Οὐκοῦν ἀκουέτωσαν λέγοντος αὐτοῦ· Τὰς ἑορτὰς ὑμῶν μισεῖ ἡ ψυχή μου. Ταῦτα δέ φησι μεθιστὰς ἐκ τύπων ἐπὶ τὸ ἀληθὲς, καὶ τοῖς διὰ Χριστοῦ θεσπίσμασιν ὑποφέρειν ἀναπείθων τὸν τῆς διανοίας αὐχένα, ἵνα πολιτεύοιντο μεθ' ἡμῶν εὐαγγελικῶς. Ταῖς νοηταῖς εὐοσμίαις κατευφραίνοντες Θεόν. Καὶ ὥσπερ τι θυμίαμα πνευματικὸν ἀνατιθέντες αὐτῷ τὸ ἐπιεικὲς εἰς τρόπους, τὴν ἀγάπην, τὴν φιλαλληλίαν, τὴν ὑπομονὴν, τὴν ἐγκράτειαν, καὶ πρό γε τῶν ἄλλων τὴν πίστιν. Τοιαύταις θυσίαις εὐαρεστεῖται Θεὸς, καὶ τῶν εὐαγγελικῶν θεσπισμάτων ἡ δύναμις τοῖς τοιούτοις αὐχήμασιν τοὺς πιστεύοντας στεφανοῖ.

VERS. 15. *Facti estis mihi in satietatem, nequaquam ultra dimittam peccata vestra. Cum manus expanderitis ad me, avertam oculos meos a vobis. Et si orationem multiplicetis, non exaudiam vos. Manus enim vestræ plenæ sunt sanguine.*

Quæ res satietatem et nauseam pariunt, fastidiri debent, et omnino parvi fiunt, imo in odium veniunt. Siquidem sapientissimus Salomon, inquit : « Tarde infer pedem tuum ad amicum tuum, ne satur tui oderit te [31]. » Dicit itaque universitatis Deus Judæis : Exsaturatus sum exsoleta umbra, vosque molestos mihi esse duco, si ingrediamini ad comparandum coram me. Aversor etiam solum con-

D *Ἐγενήθητέ μοι εἰς πλησμονὴν, οὐκ ἔτι ἀνήσω τὰς ἁμαρτίας ὑμῶν. Ὅταν τὰς χεῖρας ἐκτείνητε πρός με, ἀποστρέψω τοὺς ὀφθαλμούς μου ἀφ' ὑμῶν. Καὶ ἐὰν πληθύνητε τὴν δέησιν, οὐκ ἀκούσομαι ὑμῶν. Αἱ γὰρ χεῖρες ὑμῶν αἵματος πλήρεις.*

Τὰ εἰς πλησμονὴν ἤτοι κόρον ἥκοντα τῶν πραγμάτων καταφρονεῖσθαι φιλεῖ, καὶ ὀλίγου παντελῶς ἀξιοῦται λόγου, μᾶλλον δὲ ἤδη καὶ διὰ μίσους ἔρχεται. Καὶ γοῦν ὁ σοφώτατος Σολομὼν, « Βραδέως εἴσαγε, φησὶ, σὸν πόδα πρὸς τὸν φίλον, ἵνα μὴ πλησθείς σου μισήσῃ σε. » Ἔφη τοίνυν Ἰουδαίοις ὁ τῶν ὅλων Θεὸς, Κατακεκόρεσμαι τῆς ἑώλου σκιᾶς, ἡγοῦμαι δὲ ἤδη φορτικοὺς, κἂν εἰσέρχησθε ὀφθῆναί μοι. Παρ-

[31] Prov. XXV, 17.

αἰτοῦμαι δὲ καὶ μόνην ὑμῶν τὴν θέαν· οὐκ ἔτι ἀνήσω A τὰς ἁμαρτίας ὑμῶν. Πάλαι μὲν γὰρ οἱ ἐξ Ἰσραὴλ ἀνοσίως ἀπονενευκότες ἐπὶ τὸ ἑλέσθαι δεῖν τὸν τῶν ὅλων Θεὸν παροτρύνειν ἐφ' ἑαυτοὺς, διὰ τοῦ λατρεύειν τῇ κτίσει, προσκυνεῖν δὲ καὶ αὐτοῖς τοῖς ἔργοις τῶν ἰδίων χειρῶν, δέδονται τοῖς Βαβυλωνίοις καὶ ἀπεκομίσθησαν τῆς Ἰουδαίας αἰχμάλωτοι, καὶ κατῳκήκασιν ἐν τοῖς ὅρεσιν Περσῶν καὶ Μήδων, πικρὰν καὶ δύσοιστον ἀνατλάντες δουλείαν. Ἐπειδὴ δὲ αὐτοῖς ἑβδομηκοστὸν ἔτος τετέλεσται, κατηλέει πάλιν ὁ φιλοικτείρμων Θεός. Καὶ γοῦν ὡς ἐν τῷ Ζαχαρίᾳ γέγραπται, τὰς ὑπὲρ αὐτῶν ἐποιεῖτο λιτὰς ὁ μακάριος ἄγγελος, λέγων· « Κύριε παντοκράτωρ, ἕως τίνος οὐ μὴ ἐλεήσεις τὴν Ἱερουσαλὴμ, καὶ τὰς πόλεις Ἰούδα, ἃς ὑπερίδες; τοῦτο ἑβδομηκοστὸν ἔτος· » καὶ πρός γε ταῦτα Θεός· « Ἐζήλωσα τὴν Ἱερουσαλὴμ καὶ τὴν B Σιὼν ζῆλον μέγαν, καὶ θυμῷ μεγάλῳ ἐγὼ ὀργίζομαι ἐπὶ τὰ ἔθνη τὰ συνεπιτιθέμενα, ἀνθ' ὧν ἐγὼ μὲν ὠργίσθην ὀλίγα, αὐτοὶ δὲ συνεπέθεντο εἰς κακά[31]. » Οὐκοῦν ἀνῆκε μὲν τότε τὰς ἁμαρτίας αὐτῶν, λελύτρωται γὰρ, καὶ ἀνεκομίσθη πάλιν εἰς τὴν ἑαυτῶν. Μετὰ δέ γε τὸν τοῦ Σωτῆρος σταυρὸν, οὐκέτι τὰς ἁμαρτίας αὐτοῖς ἀνήσειν ἐπαγγέλλεται, διά τοι τὸ μακροὺς ἐφ' ἑαυτοῖς διαγενέσθαι καιροὺς, καθὼς μεμενήκασι τοῖς ἐξ ὀργῆς κινήμασιν ὑπενηνεγμένοι. Ὅτι μὲν γὰρ ἐν ἐσχάτοις ἐλεηθήσονται καιροῖς, τῇ εἰς Χριστὸν χάριτι μεθ' ἡμῶν δικαιούμενοι, διεκήρυξε τὸ γράμμα τὸ ἱερὸν, ἐπειδὴ δὲ, ὡς ἔφην, πολὺ τῶν πάλαι μακρότεροι γεγόνασιν ἐπ' αὐτοὺς οἱ τῆς ὀργῆς χρόνοι. Ταύτῃ τοί φησιν· Οὐκέτι ἀνήσω τὰς ἁμαρτίας ὑμῶν· καὶ C καθ' ἕτερον δὲ, εἰ βούλει, τρόπον, τῇ τῶν προκειμένων ἐννοίᾳ προσβαλεῖς. Προσεκόμιζον θυσίας κατὰ τὸν πάλαι νόμον οἱ ἐξ Ἰσραὴλ, τὰς ὑπέρ γε τῶν ἰδίων πλημμελημάτων. Ἔριφος δὲ καὶ ἀμνὸς ἐσφάζετο, καὶ συνεχώρει Θεός. Οὐκ ἀνικάνως ἔχοντος καὶ πάλαι τοῦ νόμου βοηθεῖν ἀρχαιοτέροις, ἐμορφοῦτο γὰρ ἐν αὐτῷ τὸ Χριστοῦ μυστήριον. Ἐπειδὴ δὲ ἐπέφανεν ὁ Χριστὸς, ἀπρακτεῖν ἔδει λοιπὸν τὴν ἐν τύπῳ κάθαρσιν, ὡς τῆς ἀληθείας ἤδη παρούσης. Ὅτι τοίνυν οὐκ ἀρκέσει πρὸς ἄφεσιν αὐτοῖς ἡ νόμου σκιὰ τὴν διὰ Χριστοῦ λύτρωσιν, οὐ προσιεμένοις, διδάσκει, λέγων· Οὐκέτι ἀνήσω τὰς ἁμαρτίας ὑμῶν. Οὔπω μὲν γὰρ παρούσης τῆς ἀληθείας, φησὶν, συγκεχώρηκα τοῖς τύποις ὠφελεῖν δύνασθαι τοὺς ἐνόχους ἁμαρτίαις, αἰδοῖ τῇ πρὸς τὴν ἀλήθειαν καὶ τοῦτο ποιῶν, παρούσης D δὲ ἤδη καὶ ἀναδεδειγμένης, ἀδρανὴς ὁ τύπος, ἀνόνητος ἡ σκιά. Καὶ ἀνήσω μὲν οὐκέτι τὰς ἁμαρτίας ὑμῶν, ἐπαιρόντων δὲ τὰς χεῖρας, ἀποστρέψω τοὺς ὀφθαλμούς μου, κἂν εἰ πλείστας ὅσας ποιεῖν ἕλοισθε τὰς λιτὰς, οὐκ εἰσδέξομαι. Ἆρ' οὖν ἀπέστη τοῦ εἶναι χρηστὸς ὁ τῶν ὅλων δημιουργός; ἤγουν ἐπελάθετο τοῦ οἰκτειρῆσαι Θεός; Οὐδαμῶς, φησὶν, εἰμὶ γὰρ, εἰμὶ χρηστός τε καὶ ἀγαθὸς καὶ φιλοικτίρμων, μόνον δὲ οὐχὶ ἄκων ἀποστρέφω τοὺς ὀφθαλμούς. Αἱ γὰρ χεῖρες ὑμῶν αἵματος πλήρεις. Ἀκούεις ὅπως τὸ τῆς μιαιφονίας αὐτοῖς εἰσκεκόμικεν ἔγκλημα, σιωπήσας τὰ ἕτερα τῶν πταισμάτων; καίτοι πολλοῖς

spectum vestri, non remittam amplius peccata vestra. Olim enim Israelitæ cum impie descivissent, ita ut universitatis Deum in se exacerbarent, creaturam colendo, ipsaque opera manuum suarum adorando, traditi sunt Babyloniis, et ex Judæa abducti sunt captivi, et in Persarum atque Medorum finibus habitaverunt, acerbam ac non ferendam servitutem subeuntes. Exacto demum septuagesimo anno, iterum misericors Deus commiseratus est. Siquidem ut in Zacharia scriptum est, preces supplices pro illis fudit beatus angelus, dicens: « Domine omnipotens, quousque tu non misereberis Jerusalem, et urbium Juda, quas despexisti? Hic annus est septuagesimus. » Et ad hæc Deus: « Zelatus sum Jerusalem et Sion zelo magno, et ira magna irascor super gentes quæ una conspirant. Pro eo quod ego iratus sum parum, ipsi una conspirarunt ad mala[31]. » Itaque tum remisit illorum peccata; liberatus **16** enim est, et denuo in suam ipsorum terram reductus. Post crucifixionem denique Servatoris, non amplius se peccata remissurum denuntiat, propterea quod in illis perseverarent longo tempore, quo quidem intervallo manserunt iræ ejus furori et ictui obnoxii. Quod tamen novissimis temporibus misericordiam consequerentur, gratia in Christum nobiscum justificati, sacræ Litteræ prædicant; sed, ut dixi, longe diutius quam ante, iræ tempus duravit; idcirco dicit: Non amplius remittam peccata vestra. Addas autem si placet et aliud huic sententiæ. Israelitæ ex veteri ritu institutoque legis sacrificia offerebant, pro suis delictis, hædus autem et agnus mactabatur, et indulgebat Deus. Quippe cum vetus etiam lex non inefficax fuerit ad opitulandum majoribus, delineabatur enim in ea Christi mysterium. Quando vero apparuit Christus, enervem esse oportebat deinceps legalem purificationem, utpote cum jam adesset veritas. Non ergo satis esse ad remissionem legis umbram, illis Christi redemptionem non amplectentibus, docet, inquiens: Non remittam amplius peccata vestra. Veritate enim, inquit, nondum præsente, concessi, ut typi juvare possent peccatis implicitos, ipsius veritatis reverentia etiam hoc faciens, qua præsente jam ac demonstrata, imbecillis figura est, et umbra parum efficax. Et non remittam amplius peccata vestra; sed si expanderitis manus, avertam oculos meos, et si preces multiplicaveritis, non suscipiam. Ergone desiit esse benignus hic universitatis opifex? Ergone oblitus est misereri Deus? Nequaquam, inquit: sum enim, sum et humanus, et bonus, et misericors, tantum non invitus avertens oculos. Manus siquidem vestræ plenæ sunt sanguine. Audisne eum cæteris criminibus præteritis, cædis dicam impingere? Tametsi pluribus eos vitiis implicatos esse deprehendimus. Nam audiverunt: Væ genti improbæ, populo vitiis onusto, semini malefico,

[31] Zachar. I, 12-15.

filiis perditis. Cum vero etiam prophetas trucidarint, ipsique Christo, omnium nostrum Servatori impias manus attulerint: hinc et quidem jure optimo gravissimam accusationem et ad condemnandum satis capitalem illis intendit, dicens: Manus vestræ plenæ sunt sanguine. Avertit autem faciem Deus, et Pater, **17** quippe non sustinens videre manus homicidarum filii sui sanguine rubentes.

VERS. 16. *Lavamini, mundi estote.*

Peccatis in memoriam revocatis, eos despondere animum non sinit, sed gratiam ex bonitate et clementia profectam percommode infert, nec fraudat eos beneficio, quod per Christum omnibus per universum terrarum orbem est propositum. « Omnes enim declinaverunt, simul inutiles facti sunt [33]. » Et obnoxius factus est mundus Deo, quia gentes creaturam coluerunt, Israelitæ legem sibi per Mosem datam violarunt. Cæterum gentibus illuxit Christus, et ad mirabilem ejus lucem vocatæ sunt, et qui non populus quondam, facti sunt populus. Judæi autem miseri in ipsum debacchati sunt, et Principem vitæ neci dederunt impie, etiamsi rursus ut Deus revixit. Quia vero bonus est, et omnes homines servari vult, et ad agnitionem veritatis venire, illisque adeo viam salutis patefacere: eos quoque jubet peccata abjicere, justificatos gratis et non ex operibus legis, imo magis per fidem et sacrum baptisma, ideoque ait: « Lavamini, mundi estote. » Quod vetus lex etiam illis per umbras figuravit, et gratiam per sacrum lavacrum ante prædicavit. Dixit enim alicubi Deus ad sacerdotem Mosem: « Accipe Levitas de medio filiorum Israel, et purificabis eos, et sic facies ipsis purificationem eorum. Asperges eos aqua purificationis, et superveniet novacula super totum corpus eorum, et lavabunt vestes suas, ac mundi erunt [34]. » Dein cujusmodi sit aqua purificationis, Paulus sapientissimus docebit hisce verbis: « Si enim sanguis hircorum et vitulorum, et cinis juvencæ aspersus inquinatos sanctificat ad carnis emundationem: quanto magis sanguis Christi [35]? » Quocirca carnalem quidem lex emundationem per aquam purificationis effecit: Christus autem per baptismum omnes sordes animi detergit. Baptizati enim sumus Spiritu sancto et igne, qui excoquit omne vitii genus in nobis et colliquefacit quodammodo, et ut inutilem materiam, quasique quisquilias absumit. Nam hoc ignis opus est et proprium. Planum facit hoc B. Paulus, dicens: « Per fidem divinitus admonitus Noe aptavit arcam in salutem domus suæ [36], » in qua paucæ hoc est, **18** octo animæ conservatæ sunt in aqua: « cujus figura baptismus, nunc servat nos, qui non est carnis sordium depositio, sed conscientiæ bonæ interrogatio in Deum [37]. » Quod Judaicum populum facere monet, dicens: « Lavate, mundi estote: » hoc est,

A αἰτιάμασιν ἐνόχους ὄντας εὑρήσομεν. Ἤκουον γάρ, Οὐαὶ ἔθνος ἁμαρτωλὸν, λαὸς πλήρης ἁμαρτιῶν, σπέρμα πονηρὸν, υἱοὶ ἄνομοι. Ἐπειδὴ δὲ ἀπεκτόνασι τοὺς προφήτας, καὶ αὐτῷ τὰς ἀνοσίους ἐπήγαγον χεῖρας τῷ πάντων ἡμῶν σωτῆρι Χριστῷ, ταύτῃ τοι καὶ μάλα εἰκότως τὸ παγχάλεπον ἔγκλημα, καὶ τὸ εἰς πᾶσαν κατάκρισιν ἀρκοῦν αὐτοῖς ἐπιφέρει, λέγων· Αἱ χεῖρες ὑμῶν αἵματος πλήρεις. Ἀποστρέφει δὲ τὸ πρόσωπον ὁ Θεὸς καὶ Πατὴρ, ὡς ὁρᾷν οὐκ ἀνεχόμενος τῷ αἵματι τοῦ Υἱοῦ πεφοινιγμένας ἔτι τῶν μιαιφόνων τὰς χεῖρας.

Λούσασθε, καθαροὶ γίνεσθε.

Ὁ σοφώτατος Ἱερεμίας ταῖς τῶν Ἰουδαίων ἀμαθείαις τε καὶ ὑπεροψίαις ἐπιπλήττει λέγων· « Πῶς ἐρεῖτε, ὅτι Σοφοί ἐσμεν ἡμεῖς, καὶ νόμος Κυρίου μεθ' ἡμῶν ἐστιν; Εἰς μάτην ἐγενήθη σχοῖνος, ψευδὴς γραμματεὺς, ᾐσχύνθησαν σοφοὶ, ἐπτοήθησαν καὶ ἑάλωσαν. Σοφία τίς ἐστιν ἐν αὐτοῖς; Ὅτι τὸν λόγον Κυρίου ἀπεδοκίμασαν. » Προσήκαντο μὲν γὰρ οὐδαμῶς τὸ κήρυγμα τὸ εὐαγγελικόν· ἀλλ' οὐδὲ αὐτὸν τὸν διὰ Μωσέως τετιμήκασι νόμον. Ὡς γὰρ αὐτὸς εἴρηκεν ὁ Χριστός· « Εἰ ἐπιστεύετε Μωσῇ, ἐπιστεύετε ἂν ἐμοί· περὶ γὰρ ἐμοῦ ἐκεῖνος ἔγραψεν. » Πεπλημμελήκασι τοίνυν κατ' ἄμφω, καὶ ἀπεδοκίμασαν οἱ δείλαιοι τὸν τοῦ Θεοῦ λόγον, μήτε τὰς διὰ νόμου B προαγορεύσεις ὡς ἀληθεῖς δεχόμενοι, μήτε μὴν τὸν σωτήριον εὐαγγελικὸν ἐπαινέσαντες λόγον. Ταύτῃ τοι διὰ φωνῆς Ἱερεμίου περὶ αὐτῶν ἔφη Θεός· « Πρὸς τίνα λαλήσω, καὶ διαμαρτύρομαι, καὶ εἰσακούσεται; ἰδοὺ ἀπερίτμητα τὰ ὦτα αὐτῶν, καὶ οὐ δύνανται ἀκούειν. Ἰδοὺ τὸ ῥῆμα Κυρίου ἐγενήθη αὐτοῖς εἰς ὀνειδισμόν· οὐ μὴ βουληθῶσιν αὐτὸ ἀκούειν. » Κατωνείδιζον γὰρ τὸ ῥῆμα Χριστοῦ, τοῖς ἀκροωμένοις περὶ αὐτοῦ λέγοντες· « Δαιμόνιον ἔχει, καὶ μαίνεται, τί αὐτοῦ ἀκούετε; » Οὐκοῦν ἐπειδήπερ οὐκ ἠθέλησαν τὸν νόμον Κυρίου Σαβαὼθ, παρώτρυναν δὲ καὶ τὸ λόγιον τοῦ ἁγίου Ἰσραὴλ, τοῦτ' ἔστι, Χριστοῦ· Ἐθυμώθη, φησὶν, ὀργῇ, καὶ ἐπάταξεν αὐτοὺς, καὶ παρωξύνθη τὰ ὄρη. Καὶ ποῖά φησιν ἐν τούτοις ὄρη; ἢ δηλονότι C τὰς Ῥωμαίων ἀρχὰς, διά τοι τὸ ἐν δόξῃ περιφανεῖ, καὶ τὸ ἐν ἀξιώμασιν ἐπηρμένον; Ἀπὸ δὲ τοῦ παροξυνθῆναι τὰ ὄρη, γέγονεν αὐτῶν ὡς κοπρία τὰ θνησιμαῖα, τοῦτ' ἔστιν, οἱ ἐκ τοῦ πολέμου νεκροὶ, διεῤῥιμμένοι πανταχῇ, καὶ τάχα που κείμενοι σωρηδὸν, καὶ πᾶσαν αὐτῶν πιμπλάντες τὴν χώραν. Καὶ ἑτέρως δὲ κατὰ τῶν παροτρυνόντων διὰ τῆς ἀπειθείας τὸν τῶν ὅλων Σωτῆρα Θεόν. Παροτρύνονται γὰρ ὄρη τὰ νοητὰ, τοῦτ' ἔστιν, ἀρχαὶ καὶ ἐξουσίαι, καὶ οἱ κοσμοκράτορες τοῦ σκότους τούτου. Οὗ δὴ γεγονότος, πᾶσά πως ἀνάγκη τὸν ψυχῆς ὑπομεῖναι θάνατον τοὺς ὑπενηνεγμένους αὐτοῖς. Ἐπικουροῦντος μὲν γὰρ τοῦ πάντα ἰσχύοντος Θεοῦ, κἂν παροτρύνηται καθ' ἡμῶν τὰ ὄρη, λόγος αὐτῶν οὐδείς. Γέγραπται γὰρ, ὅτι Παρεμβαλεῖ ἄγγελος Κυρίου κύκλῳ τῶν φο- D βουμένων αὐτὸν, καὶ ῥύσεται αὐτούς. Ἀφιστάντος δὲ τὴν χεῖρα, καὶ οὐκ ἔτι σώζειν ἀνεχομένου, τὸ τηνικάδε κεισόμεθα, καὶ κοπρίων δίκην ὑπὸ πόδας τῶν ἐχθρῶν ἐσόμεθα.

Sapientissimus Jeremias inscitiam Judæorum et superbiam taxat, dicens: « Quomodo dicetis, Sapientes sumus nos, et lex Domini apud nos est? Vanus factus est juncus, mendax scriba; pudefacti sunt sapientes, perterriti sunt, et capti sunt. Sapientia quænam illis inest [4]? Quoniam verbum Domini respuerunt. » Neque enim prædicationem Evangelii admiserunt, imo nec ipsam legem a Mose traditam coluerunt: ut etiam ipse Christus dixerat: « Si credidissetis Mosi, credidissetis mihi: nam de me ille scripsit [5]. » Contra utrumque ergo deliquerunt, et Dei verbum repudiarunt miseri, neque prædictiones legales ut veras recipientes, neque salutari evangelicoque sermoni suffragantes. Idcirco voce Jeremiæ de ipsis locutus est Deus: « Ad quem loquar, et contestabor, et exaudiet? Ecce incircumcisæ aures eorum, nec possunt audire. Ecce verbum Domini factum est illis in opprobrium. Nolunt illud audire [6]. » Probris enim commacularunt verbum Domini, cum de ipso audientibus dicerent: « Dæmonium habet, et insanit; quid illum auditis [7]? » Cum ergo legem Domini Sabaoth non voluerint, irritarunt oraculum sancti Israel, id est, Christi. Commotus est, inquit, furore, et percussit eos, et exacerbati sunt montes. Quosnam dicit hic montes? annon videlicet Romanum imperium propter splendorem gloriæ, et dignitatis eminentiam? Eo quod exacerbati sunt montes, facta sunt morticinia eorum quasi fimus, id est, qui in bello mortui sunt, passim et sparsim projecti sunt, et acervatim jacuerunt, universamque regionem eorum repleverunt. Quinetiam aliter de his qui per inobedientiam omnium Servatorem Deum exacerbarunt, intelligi potest. Exacerbati sunt enim montes intelligibiles, id est, principatus, et potestates, et mundi domini, rectores tenebrarum harum [8]. Quod ubi fit, eos qui subditi illis sunt, mortem animæ subire omnino est necessum. Etenim Deo optimo maximo suppetias ferente, quantumvis contra nos excanduerint montes, nulla eorum ratio habenda est. Scriptum est enim: Castrametabitur angelus Domini circa timentes ipsum, et eruet eos. Sin manum ille subtraxerit, nec jam servare sustinuerit, tunc jacebimus, et velut stercus pedibus inimicorum substernemur.

Ἐπὶ πᾶσι τούτοις οὐκ ἀπεστράφη ὁ θυμὸς, ἀλλ' ἔτι ἡ χεὶρ ὑψηλή. Τοιγαροῦν ἀρεῖ σύσσημον ἐν τοῖς ἔθνεσι τοῖς μακρὰν, καὶ συριεῖ αὐτοῖς ἀπ' ἄκρου τῆς γῆς. Καὶ ἰδοὺ ταχὺ κούφως ἔρχονται· οὐ πεινάσουσιν, οὐδὲ κοπιάσουσιν, οὐδὲ νυστάξουσιν, οὐδὲ κοιμηθήσονται, οὐδὲ μὴ λύσωσι τὰς ζώνας αὐτῶν ἀπὸ τῆς ὀσφύος αὐτῶν, οὐδ' οὐ μὴ ῥαγῶσιν οἱ ἱμάντες τῶν

98 VERS. 25-30. *In omnibus his non aversa est ira, sed adhuc manus excelsa. Itaque levabit signum in gentibus longinquis, et assibilabit illis ab extremo terræ. Et ecce cito leviter venient: non esurient, neque laborabunt, neque dormitabunt, neque consopientur, neque solvent cingula sua a lumbo suo, neque rumpentur corrigiæ calceorum ipsorum: quorum tela acuta sunt, et arcus eorum extensi. Pedes*

[4] Jerem. VIII, 8, 9. [5] Joan. V, 46. [6] Jerem. VI, 10. [7] Joan. X, 20. [8] Ephes. VI, 12.

equorum eorum ut solida petra reputati sunt: rotæ curruum ipsorum quasi tempestas. Irruunt quasi leones, et astiterunt quasi catulus leonis. Et apprehendet et vociferabitur quasi fera, et injiciet se, nec erit qui eripiat. Et vociferabitur propter ipsos die illo, ut sonitus maris inundantis, et inspicient in terram, et ecce caligo tetra in eorum inopia.

A *ὑποδημάτων αὐτῶν, ὧν τὰ βέλη ὀξέα ἐστὶ, καὶ τὰ τόξα αὐτῶν ἐντεταμένα. Οἱ πόδες τῶν ἵππων αὐτῶν ὡς στερεὰ πέτρα ἐλογίσθησαν· οἱ τροχοὶ τῶν ἁρμάτων αὐτῶν ὡς καταιγίς. Ὁρμῶσιν ὡς λέοντες, καὶ παρεστήκασιν ὡς σκύμνος λέοντος. Καὶ ἐπιλήψεται, καὶ βοήσεται ὡς θηρίον, καὶ ἐκβαλεῖ, καὶ οὐκ ἔσται ὁ ῥυόμενος. Καὶ βοήσεται δι' αὐτοὺς ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ, ὡς φωνὴ θαλάσσης κυμαινούσης, καὶ ἐμβλέψονται εἰς γῆν, καὶ ἰδοὺ σκότος σκληρὸν ἐν τῇ ἀπορίᾳ αὐτῶν.*

Quod ira in eos justa judicantis hic non sistet, sed ulterius progredietur, ex his quæ jam proposita sunt, perspicuum erit. Nam licet crudeliter vastati, fame et siti pressi, bellique calamitatibus impliciti fuerint miselli, tamen in hac aversione a Deo perstiterunt, nec ab ira liberi immunesque fuerunt. B Hoc enim, opinor, significat ubi ait: Adhuc manus excelsa, quippe feriens eos qui peccaverunt. In altum enim semper elevatur manus percutientis. Dein quæ et quanta montium irritatio sit futura, et qui furoris eorum administri erunt, quanta cum fortitudine et audacia, et insueta in homines immanitate et sævitia adorientur, declarat cum dicit: « Itaque levabit signum in gentibus longinquis. » Non enim vicini erant, aut Judæorum regioni conterminí, qui eam vastarunt, et Hierosolyma cunctasque Judæorum urbes cremarunt; sed ex longinquis regionibus et ex omni terra congregati: complures quippe, imo innumerabiles conjunctis copiis et clypeis Vespasianum et Titum adjuverunt. Signumque, inquit, dabitur, perinde ut belli ac pugnæ tempore. C Sic enim ducibus solemne est, multitudinem sub ipsis merentem in aciem educturis, signum quoddam dare, et vexilla, ut vocant, in altum tollere. Quorum et propheta Isaias meminit:
99 Capietur, inquiens, ut vexillum in monte, et ut signum gerens in colle. Vexillum namque collocantes in præaltis verticibus, vel recta procedunt, vel retrocedunt, vel etiam suspendunt quiddam ad quod acies respicit. Novit enim hoc pacto ducis voluntatem. Itaque levabit, inquit, signum, assibilabit illis. Sumit hoc rursus, velut a consuetudine apum. Solent enim apiarii sibilo eas excitare, et ita ex alveariis ad flores et herbas educere, et ex agris quoque reducere, domique ut immorentur efficere. Sibilabit D ergo, inquit. Hi vero accurrere volucres et leves, famem magnopere non curare, nec pertimescere labores, sed insomnes esse, et præcincti, ac bellico apparatu instructissimi, indomitis equis vehi, ac instar turbinis impetum facere, leonibus similes, ac more ferarum vorare: occursu adeo sævi et truces, ut citra pugnam possent vincere, nemine contra se opponente, vel ad subsidium ferendum satis valente. Erit item ploratus eo tempore, et clamor confusus, ut nemo sit qui præsit aliis, perinde quasi sonitus maris per regionem Judæorum dissiparetur. Erit etiam caligo tetra, idque partim propter nebulam quasi et noctem intelligitur, partim, ac quidem verius, propter terrores et consilii inopiam. Mala enim graviora menti tenebras offundunt. Inservit

Ὅτι μὴ μέχρι τούτων τὰ τῆς ἐπ' αὐτοῖς ὀργῆς μετρηθήσεται παρὰ τοῦ τὰ δίκαια κρίνοντος, προβήσεται δὲ καὶ ἐπέκεινα, σαφηνιεῖ τὸ προκείμενον. Καίτοι γὰρ ἀγρίως πεπορθημένοι, λιμῷ τε καὶ δίψει πεπιεσμένοι, καὶ ταῖς τοῦ πολέμου συμφοραῖς ἐναλόντες οἱ δείλαιοι, μεμενήκασιν ἐν ἀποστροφῇ Θεοῦ, καὶ οὐκ ἔξω γεγόνασι τῆς ὀργῆς. Τοῦτο γὰρ, οἶμαι, σημαίνει λέγων τὸ, Ἔτι ἡ χεὶρ ὑψηλὴ, ὅτι πλήττουσα τοὺς ἡμαρτηκότας. Ὑψοῦ γὰρ ἀεί πως ἡ τοῦ παίοντος αἴρεται χείρ. Εἶτα τίς ἢ πόσος ὁ τῶν ὀρῶν ἔσται παροξυσμὸς, τίνες δὲ καὶ οἱ τοῖς ἐκείνων ὑπηρετησόμενοι θυμοῖς, καὶ μεθ' ὅσης ἥξουσιν ἀνδρείας τε καὶ εὐτολμίας, καὶ τῆς εἰς ἀνθρώπους ἀήθους ὠμότητος, ἐμφανίζει λέγων· « Τοιγαροῦν ἀρεῖ σύσσημον ἐν τοῖς ἔθνεσι τοῖς μακρὰν. » Οὐ γὰρ ὅμοροι καὶ γείτονες τῆς Ἰουδαίων χώρας οἱ ταύτην ἠρημωκότες καὶ κατεμπρήσαντες τὰ Ἱεροσόλυμα, καὶ ἁπάσας δὲ τὰς τῶν Ἰουδαίων πόλεις, ἀλλ' ἐκ χωρῶν τῶν μακρὰν, καὶ ἐξ ἁπάσης τῆς γῆς συναγηγερμένοι. Πλεῖστοι γὰρ λίαν· μᾶλλον δὲ τάχα που καὶ ἀριθμοῦ κρείττονες καὶ οἱ συνασπίζοντες Οὐεσπασιανῷ τε καὶ Τίτῳ. Σύσσημον δὲ δοθήσεται, φησὶν, ὡς ἐν καιρῷ πολέμου καὶ μάχης. Ἔθος γὰρ τοῖς στρατηγοῖς ἐξοπλίζειν μέλλουσιν εἰς παράταξιν τὴν ὑπὸ χεῖρα πληθὺν, σύσσημα διδόναι, τὰς καλουμένας σημαίας αἴροντας ὑψοῦ. Ὧν καὶ ὁ προφήτης Ἡσαΐας διαμέμνηται λέγων· Καταληφθήσεται, ὡς ἱστὸς ἐπ' ὄρους, καὶ ὡς σημαίαν φέρων ἐπὶ βουνοῦ. Ἱστοὺς γὰρ ἱστάντες ἐν ὑψηλοῖς γηλόφοις, ἢ ὀρθοῦσιν, ἢ καταχλίνουσιν, ἢ καὶ ἀπαρτῶσί τινα πρὸς ἃ βλέπει τὸ μάχιμον. Εἶδεν δὲ οὕτω τοῦ στρατηγοῦ τί τὸ δοκοῦν. Αἴρει τοιγαροῦν τὸ σύσσημον, φησὶ, καὶ συριεῖ αὐτοῖς. Δέχεται δὲ καὶ τοῦτο πάλιν, ὡς ἀπό γε τῆς συνηθείας τῆς ἐπὶ τῶν μυιῶν. Ἐν ἔθει γάρ πώς ἐστι τοῖς μελισσοκόμοις συρίζειν αὐταῖς· οὕτω τε τῶν σίμβλων ἀποφέρειν εἰς ἄνθη καὶ πόας, καὶ μὴν καὶ ἀνακομίζειν ἐξ ἀγρῶν, οἴκοι τε αὐτὰς ἐναυλίζεσθαι ποιεῖν. Συριεῖ τοίνυν, φησίν. Οἱ δὲ ἀφίξονται πτηνοί τε καὶ κοῦφοι, λιμοῦ μὲν ὀλίγα πεφροντικότες, οὐ δεδιότες δὲ πόνους, ἄϋπνοί τε καὶ εὐζωνότατοι, καὶ ἐξηρτυμένοι τὰ τακτικὰ, καὶ ἀτρύτοις ἵπποις ἐποχούμενοι, καὶ ὁρμῶντες ὡς καταιγὶς, καὶ ἐν ἴσῳ λέουσι, καὶ κατεσθίοντες ὡς θηρία. Δυσάντητοι δὲ οὕτως ἔσονται καὶ δεινοὶ, ὡς ἀμαχεὶ δύνασθαι νικᾷν ἀντεξάγοντος οὐδενὸς, ἤγουν ἱκανῶς ἔχοντος εἰς ἐπικουρίαν. Ἔσται δὲ θρῆνος κατ' ἐκεῖνο καιροῦ καὶ βοὴ συμμιγὴς, ὡς οὐδὲν ἕτερον ἡγεῖσθαί τινας, ἢ ὅτι θαλάσσης ἠχὴ τῆς Ἰουδαίων κατασκίδναται χώρας. Ἔσται δὲ καὶ σκληρὸν σκότος καὶ οὔτι που πάντως τὸ ὡς ἐν ὁμίχλῃ νοούμενον καὶ νυκτὶ, τὸ ἐκ δειμάτων δὲ μᾶλ-

λον καὶ ἀπορίας. Σκοτοῖ γὰρ τὸν νοῦν τὰ παγχάλεπα A τῶν κακῶν. Ὀνίνησι τοιγαροῦν διὰ παντὸς ἡμᾶς ὁ τῶν ὅλων Θεός. Ποιεῖται γὰρ οὐ μάτην τὰς τῶν ἐσομένων προαγορεύσεις· καὶ δίεισιν ἀκριβῶς τὰ μεγέθη τῶν κακῶν· ἵν' ἐπειδήπερ ἀνουθέτητοί τε πολλάκις ἐσμὲν, καὶ πεποιήμεθα παρ' οὐδὲν τὸν εἰς μετάγνωσιν καλοῦντα λόγον, κἂν γοῦν ὑποπτήξαντες τὸ ταῖς οὕτω δειναῖς ἐναλῶναι δίκαις, τὸν θεῖον ἐν ἑαυτοῖς εἰσδεξώμεθα φόβον, καὶ ἀποσπουδάσαντες τὰ πονηρὰ, μετακομίσωμεν τὴν καρδίαν εἴς γε τὸ χρῆναι λοιπὸν ἑλέσθαι τὸ ἀγαθόν.

Καὶ ἐγένετο τοῦ ἐνιαυτοῦ, οὗ ἀπέθανεν Ὀζίας ὁ βασιλεὺς, εἶδον τὸν Κύριον Σαβαὼθ, καθήμενον ἐπὶ θρόνου ὑψηλοῦ καὶ ἐπηρμένου· καὶ πλήρης ὁ οἶκος τῆς δόξης αὐτοῦ. Καὶ Σεραφεὶμ εἱστήκεισαν κύκλῳ αὐτοῦ. Ἓξ πτέρυγες τῷ ἑνὶ, καὶ B *ἓξ πτέρυγες τῷ ἑνί. Καὶ ταῖς μὲν δυσὶν, κατεκάλυπτον τὰ πρόσωπα, καὶ ταῖς δυσὶ κατεκάλυπτον τοὺς πόδας, καὶ ταῖς δυσὶν ἐπέταντο. Καὶ ἐκέκραγον ἕτερος πρὸς τὸν ἕτερον, καὶ ἔλεγον· Ἅγιος, ἅγιος, ἅγιος Κύριος Σαβαὼθ, πλήρης πᾶσα ἡ γῆ τῆς δόξης αὐτοῦ.*

Οὐ καθ' ἕνα τυχὸν, οὔτε μὴν ἀδιαστάτως οἱ μακάριοι προφῆται τὰς τῶν ὁράσεων ἀποκαλύψεις ἐδέχοντο παρὰ Θεοῦ. Ἀνὰ μέρος δὲ μᾶλλον, κατὰ τὸ Δεσπότῃ δοκοῦν. Καὶ ἐν χρόνοις καθ' οὓς ἤθελε τοῦτο δρᾷν ὁ ἀποκαλύπτων βαθέα καὶ ἀπόκρυφα, καὶ γινώσκων τὰ κεκρυμμένα. Καὶ γάρ ἐστι μετὰ τοῦτο φῶς, καθὰ γέγραπται. Ὀζίου τοιγαροῦν τοῦ καὶ Ἀζαρίου περιόντος ἔτι, καὶ τοὺς τῆς βασιλείας τῆς ἐν τοῖς Ἱε- C ροσολύμοις διέποντος θρόνους, τοὺς ἐπὶ τοῖς ἤδη φθάσασι πεποίηται λόγους ὁ μακάριος προφήτης Ἡσαΐας. Ἦν μὲν γὰρ Ὀζίας καὶ Ἀζαρίας τῶν ὅτι μάλιστα φιλοθεωτάτων, πεποιηκέναι γὰρ λέγεται τὸ εὐθὲς ἐν ὀφθαλμοῖς τοῦ Θεοῦ. Πλὴν οὐ μέχρι παντὸς διεσώσατο καλὴν καὶ ἀμώμητον τῆς εὐσεβείας τὴν δόξαν. Κατισχύσας γὰρ διὰ Θεοῦ τῶν ὁμόρων ἐθνῶν, πλεῖστά τε ὅσα καὶ ἀξιοθαύμαστα κατ' αὐτῶν ἐργασάμενος, τοῖς τῆς εὐπραγίας μεμέθυσται τρόποις· καὶ κατώλισθεν εἰς ὑπεροψίαν. Ἀφίκετο γὰρ εἰς τοῦτο γνώμης, ὥστε καὶ λειτουργίαν ἁρπάσαι τὴν ἱερὰν, καὶ αὐτόκλητος ἐλθεῖν ἐπὶ τὸ δεῖν ἱερᾶσθαι τῷ Θεῷ. Εἰσελθὼν γὰρ εἰς τὸν θεῖον ναὸν, οὐ διὰ τῆς τῶν Λευιτῶν μεσιτείας, ἤγουν ἱερέων, προσκομίζειν ἤθελε τὰς θυσίας τῷ Θεῷ. Ἀλλ' ἐπ' αὐτὸ τὸ θεῖον D ἀναπηδήσας θυσιαστήριον, θυμιᾷν ἐζήτει παρὰ τὸ εἰωθὸς καὶ τὸν νόμον. Καὶ ἠλέγχετο μὲν παρὰ τῆς ἱερατευούσης φυλῆς ὡς ἀνόσια δρῶν, καὶ παραλύειν ἐπιχειρῶν τὸν νόμον. Ἐπειδὴ δὲ τοῖς τῆς βασιλείας αὐχήμασιν ἐντρυφῶν προσνενέμηκεν ἑαυτῷ καὶ τὸ ἱερᾶσθαι πρέπειν· καὶ παρ' οὐδὲν ποιούμενος τὰς τῶν ἱερέων συμβουλὰς, ἠλέγχετο παραχρῆμα παρὰ Θεοῦ. Λελέπρωται γὰρ, αὐτοῖς μετώποις ἐπηνθηκότος τοῦ πάθους. Οἶμαι δὲ δεῖν πρὸς ἀκριβῆ τῶν εἰρημένων εἴδησιν καὶ αὐτὰ τὰ θεῖα παραθέσθαι λόγια, τὰ ἐπ' αὐτῷ γεγραμμένα. Ἔχει δὲ οὕτως· « Ἐν ἔτει εἰκοστῷ καὶ ἑβδόμῳ τῷ Ἱεροβοὰμ βασιλεῖ Ἰσραὴλ, ἐβασίλευσεν Ἀζαρίας υἱὸς Ἀμασίου βασιλέως Ἰούδα. Ἓξ

igitur Deus universitatis utilitati nostræ in omnibus. Nec enim sine causa facit futurorum prædictionem, et accurate narrat magnitudinem malorum, ut quoniam sæpe indociles sumus, et sermonem ad pœnitentiam vocantem negligimus, saltem metuentes ne tam grandi pœna involvamur, Dei timorem in nobis suscipiamus, et dediscentes mala, animum deinceps ad bonum amplectendum convertamus.

CAP. VI. VERS. 1-3. *Et factum est anno quo mortuus est Ozias rex vidi Dominum Sabaoth sedentem in solio excelso et elevato; et plena domus gloria ejus. Et Seraphim steterunt circum eum: sex alæ uni, et sex alæ alteri; duabus quidem velabant faciem, duabus vero obvelabant pedes, et duabus volabant. Clamabantque alter ad alterum, et dixerunt: Sanctus, sanctus, sanctus Dominus Sabaoth, plena est omnis terra gloria ejus.*

100 Nec simul, nec sine intervallo beati prophetæ visorum revelationes acceperunt a Deo, sed paulatim et sigillatim, prout Domino visum est, et tum cum voluit facere is, qui retegit profunda et secreta, et qui occulta cognoscit. Lux enim apud illum est, sicut scriptum est. Ozia igitur, qui et Azarias dictus est, adhuc superstite, et regni Hierosolymitani solium occupante, superiores sermones habuit beatus propheta Isaias. Nam Ozias, qui Azarias, valde pius erat et religiosus, quippe qui legitur fecisse rectum in oculis Dei: at integram et illibatam religionis gloriam per omnia non retinuit. Expugnatis enim Dei auxilio et beneficio finitimis gentibus, et pluribus admirandisque rebus contra eas gestis, felici hoc successu inebriatus est, et ad superbiæ scopulum impegit. Eo enim amentiæ devenit, ut sacrum ministerium sibi ipse arripuerit, et sponte, non vocatus, ad sacrificandi munus accesserit. Ingressus enim Dei templum, non Levitarum vel sacerdotum opera vicaria uti in offerendis Deo hostiis voluit, sed ad divinum altare assiliens, præter morem et legem aggressus est incensum adolere: ac reprehensus quidem est a tribu sacerdotali, quasi impie agens, et legem violans. At is regali dignitate insolescens, sibi hanc sacerdotii functionem arrogavit, spretoque sacerdotum consilio, confestim a Deo redarguitur, lepra videlicet percussus, morbo in ipsa adeo fronte germinante. Quo autem hæc quæ dicta sunt plenius intelligantur, divina quoque ipsa oracula quæ de hac re scripta sunt, apponenda esse arbitror. Sic autem se habent: « Anno vicesimo septimo Jeroboami regis Israel, regnavit Azarias filius Amaziæ, regis Juda. Filius sexdecim annorum erat, cum regnaret. Regnavitque quinquaginta duos annos in Jerusalem. Nomen autem matris Chalia (1) fuit de Jerusalem. Fecitque quod rectum erat in oculis Do-

(1) Vulg. *Chelia.*

mini juxta omnia quæ fecerat Amasias pater ejus : attamen excelsa non sustulit. Adhuc populus sacrificavit, et suffitum fecit in excelsis. Tetigit autem Dominus regem, et lepra correptus erat usque ad diem mortis suæ [9]. » Hæc quidem in Regnis. In Paralipomenis **101** autem, ut dixi : « Et ut obtinuit, » inquit, « elatum est cor ejus ad corrumpendum. Et injuste egit contra Dominum Deum suum, intravitque templum Domini ut adoleret in altari suffimentorum. Introivit autem post ipsum Zacharias sacerdos, et una cum eo sacerdotes Domini octoginta duo præpotentes, et stabant contra Oziam regem, et inquiunt : Non licet tibi, Ozia, adolere Domino, sed penes nos est, qui sacerdotio fungimur, qui filii Aaronis sumus, qui sanctificamur ad adolendum. Exi e sanctuario, quia recessisti a Domino, et non erit tibi hoc gloriæ a Deo. Iratus est autem Ozias, et in manu ejus thuribulum erat, ut adoleret in templo. Cumque iratus esset ipse sacerdotibus, lepra orta est in fronte ejus coram sacerdotibus in domo Domini, supra altare suffimentorum. Convertitque se ad eum summus sacerdos et sacerdotes, et ecce leprosus est in fronte, atque eum inde propere ejiciunt. Nam et ipse festinavit exire, quia arguit eum Dominus [10]. » Cum autem lex Mosaica sanciret, leprosum ut immundum omnino e castris emittendum esse, leprosus vero inquinaret, ac sua immunditie pollutum redderet eum quicum ipse versaretur ; habitaret tamen Ozias Hierosolymis, hinc totam propemodum Jerusalem inquinans : tacuit Dominus, non quidem prophetas sanctos contumelia afficiens, sed potius admonitione eorum indignos declarans eos, qui etiam præter legislatoris voluntatem immundo cohabitarent. Sic enim inquit alicubi et ad beatum Ezechielem : « Et linguam tuam ligabo, et obmutesces, nec eris illis corrector et censor : quia domus exasperans est [11]. » Obmutuit igitur, ostendens nimirum indignationem. Commota sunt enim Hierosolyma, et concussa est universa Judæorum regio. Quod intelligemus ex his quæ propheta Amos scripsit. Habet enim sic : « Verba Amos quæ facta sunt in Accarim ex Thecue, quæ vidit super Jerusalem, temporibus Oziæ regis Juda, et temporibus Jeroboami filii Joas regis Israel, duobus annis ante terræ motum [12]. » Postquam autem obiisset Ozias desiit tempus silentii, divinasque visiones sanctis prophetis Deus universitatis reddidit. Ideoque propheta Isaias : « Et factum est, inquit, anno quo mortuus est Ozias rex, **102** vidi Dominum Sabaoth sedentem in solio excelso et elevato. » Prophetam autem vidisse Filium in gloria Dei et Patris, nemo dubitare poterit, cum Joannes scribat de eo aperte : « Hæc autem dixit Isaias, quando vidit gloriam ejus, deque eo locutus est [13]. » Specta vero mihi divinæ dignitatis præstantiam, et in omnem creaturam dominatum. Ille enim est in excelso et elevato throno, pulcherrimis regni insignibus egregie

A καὶ δέκα ἐτῶν ἦν ἐν τῷ βασιλεύειν αὐτὸν, καὶ πεντήκοντα καὶ δύο ἔτη ἐβασίλευσεν ἐν Ἱερουσαλὴμ, καὶ ὄνομα τῆς μητρὸς αὐτοῦ Χαλία ἐξ Ἱερουσαλήμ. Καὶ ἐποίησε τὸ εὐθὲς ἐν ὀφθαλμοῖς Κυρίου, κατὰ πάντα ὅσα ἐποίησεν Ἀμαζίας ὁ πατὴρ αὐτοῦ. Πλὴν τῶν ὑψηλῶν οὐκ ἐξῆρεν· ἔτι ὁ λαὸς ἐθυσίαζεν, καὶ ἐθυμίαν ἐν τοῖς ὑψηλοῖς. Καὶ ἥψατο Κύριος τοῦ βασιλέως. Καὶ ἦν λελεπρωμένος ἕως ἡμέρας θανάτου αὐτοῦ. » Καὶ ταυτὶ μὲν ἐν ταῖς Βασιλείαις. Ἐν δὲ Παραλειπομέναις, ὡς ἔφην· « Καὶ ὡς κατίσχυσε, φησὶν, ὑψώθη ἡ καρδία αὐτοῦ καταφθεῖραι. Καὶ ἠδίκησεν ἐν Κυρίῳ Θεῷ αὐτοῦ· καὶ εἰσῆλθεν εἰς τὸν ναὸν Κυρίου θυμιάσαι ἐπὶ τὸ θυσιαστήριον τῶν θυμιαμάτων· καὶ εἰσῆλθεν ὀπίσω αὐτοῦ Ἀζαρίας ὁ ἱερεὺς, καὶ μετ' αὐτοῦ ἱερεῖς τοῦ Κυρίου ὀγδοήκοντα καὶ δύο υἱοὶ B δυνατοί· καὶ ἔστησαν ἐπὶ Ὀζίαν τὸν βασιλέα, καὶ εἶπαν αὐτῷ· Οὔ σοι, Ὀζία, θυμιάσαι τῷ Κυρίῳ, ἀλλ' ἡμῖν τοῖς ἱερατεύουσι τοῖς υἱοῖς Ἀαρὼν τοῖς ἡγιασμένοις, θυμιάσαι. Ἔξελθε ἀπὸ τοῦ ἁγιάσματος, ὅτι ἀπέστης ἀπὸ Κυρίου. Καὶ οὐκ ἔσται σοι τοῦτο εἰς δόξαν παρὰ Κυρίου Θεοῦ. Καὶ ἐθυμώθη Ὀζίας· καὶ ἐν τῇ χειρὶ αὐτοῦ τὸ θυμιατήριον τοῦ θυμιάσαι ἐν τῷ ναῷ· ἐν τῷ θυμωθῆναι αὐτὸν πρὸς τοὺς ἱερεῖς, καὶ ἡ λέπρα ἀνέτειλεν ἐν τῷ μετώπῳ αὐτοῦ, ἐναντίον τῶν ἱερέων ἐν τῷ οἴκῳ Κυρίου, ἐπάνω τοῦ θυσιαστηρίου τῶν θυμιαμάτων. Καὶ ἐπέστρεψεν ἐπ' αὐτὸν ὁ ἱερεὺς ὁ πρῶτος καὶ οἱ ἱερεῖς, καὶ ἰδοὺ αὐτὸς λεπρὸς ἐν τῷ μετώπῳ. Καὶ κατέσπευσαν αὐτὸν ἐκεῖθεν, καὶ γὰρ αὐτὸς ἔσπευσεν ἐξελθεῖν, ὅτι ἤλεγξεν αὐτὸν Κύριος. » Ἐπειδὴ δὲ τοῦ διὰ Μωσέως προστάττοντος νόμου C χρῆναι δὴ πάντως ἐκπέμπεσθαι τῆς παρεμβολῆς ὡς ἀκάθαρτον τὸν λεπρὸν, καταμιαίνοντος δὲ καὶ κοινὸν ἀποφαίνοντος τῆς ἀκαθαρσίας τοῦ λεπροῦ τὸν συνόντα αὐτῷ, κατῴκηκεν ἐν τοῖς Ἱεροσολύμοις Ὀζίας, μονονουχὶ σύμπασαν διὰ τούτου μιαίνων τὴν Ἱερουσαλήμ. Σεσίγηκεν ὁ Δεσπότης οὐκ ἀτιμάζων προφήτας ἁγίους, ἀναξίους δὲ μᾶλλον ἀποφαίνων τῆς παρ' αὐτοῦ νουθεσίας τοὺς ἀκαθάρτους συνοικοῦντας παρά γε τὸ τῷ νομοθέτῃ δοκοῦν. Οὕτω γάρ πού φησι καὶ πρὸς τὸν μακάριον Ἰεζεκιήλ· « Καὶ τὴν γλῶσσάν σου συνδήσω, καὶ ἀποκωφωθήσῃ· καὶ οὐκ ἔσῃ αὐτοῖς εἰς ἄνδρα εὐθύνοντα, ὅτι οἶκος παραπικραίνων ἐστίν. » Ἀποσεσίγηκε τοίνυν, καίτοι δεικνύων τὴν ἀγανάκτησιν. Σέσεισται γὰρ τὰ Ἱεροσόλυμα, καὶ κατεδονήθη πᾶσα τῶν Ἰουδαίων χώρα. Εἰσόμεθα δὲ καὶ τοῦτο δι' D ὧν ἐγγράφει ὁ προφήτης Ἀμώς. Ἔχει γὰρ οὕτως· « Λόγοι Ἀμὼς οἳ ἐγένοντο ἐν Ἀκκαρεὶμ ἐν Θεκουὲ, οὓς ἴδεν ὑπὲρ Ἱερουσαλὴμ ἐν ἡμέραις Ὀζίου βασιλέως Ἰούδα, καὶ ἐν ἡμέραις Ἱεροβοὰμ τοῦ Ἰωὰς βασιλέως Ἰσραὴλ πρὸ δύο ἐτῶν τοῦ σεισμοῦ. » Ἐπειδὴ δὲ τετελεύτηκεν Ὀζίας συγκατέληξεν αὐτῷ τῆς σιωπῆς ὁ καιρός. Καὶ πάλιν ἐδίδου τὰς θεοπτίας τοῖς ἁγίοις προφήταις ὁ τῶν ὅλων Θεός. Ταύτῃ τοί φησιν ὁ προφήτης Ἠσαΐας· « Καὶ ἐγένετο τοῦ ἐνιαυτοῦ οὗ ἀπέθανεν Ὀζίας ὁ βασιλεὺς, ἴδον τὸν Κύριον Σαβαὼθ καθήμενον ἐπὶ θρόνου ὑψηλοῦ καὶ ἐπηρμένου. » Ὅτι μὲν οὖν τὸν Υἱὸν ὁ προφήτης τεθέαται ἐν τῇ δόξῃ

[9] IV Reg. xv, 1-5. [10] II Paral. xxvi, 16-20. [11] Ezech. iii, 26. [12] Amos i, 1. [13] Joan. xii, 41.

τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς, οὐκ ἂν ἐνδοιάσειέ τις, Ἰωάννου γράφοντος ἐναργῶς περὶ αὐτοῦ· «Ταῦτα δὲ εἶπεν Ἡσαΐας, ὅτε ἴδε τὴν δόξαν αὐτοῦ, καὶ ἐλάλησε περὶ αὐτοῦ.» Ἄθρει δέ μοι τῆς θεοπρεποῦς ὑπεροχῆς τὸ ἀξίωμα, καὶ τὸ κατὰ πάσης κτίσεως κράτος. Ὁ μὲν γάρ ἐστιν ἐφ' ὑψηλοῦ τε καὶ ἐπηρμένου θρόνου τοῖς τῆς βασιλείας ἐκπρεπεστάτοις αὐχήμασιν εὖ μάλα κατεστεμμένος. Αἱ δὲ ἀνωτάτω δυνάμεις, μεθ' ἃς οὐδὲν ἐπέκεινα τῶν γενητῶν εἶναι λέγεται, κύκλῳ περιιστᾶσι τάξιν ἔχουσαι τὴν οἰκετικὴν, καὶ ταῖς εὐφημίαις καταγεραίρουσαι. Πλήρη τε εἶναί φησι τὴν γῆν ἅπασαν τῆς δόξης αὐτοῦ. Χρῆναι δὲ ὑπολαμβάνω μὴ ἐν τοπικοῖς ὑψώμασι τὸν θεῖον οἴεσθαι τεθεῖσθαι θρόνον. Εὔηθες γὰρ καὶ ἀσύνετον κομιδῇ τὸ χρῆμά ἐστιν. Ὑψοῦ δὲ ὁ θεῖος τέθειται θρόνος, καθὸ καὶ νοεῖται πάσης ἐπέκεινα φύσεως νοητῆς τῆς τοῦ Θεοῦ βασιλείας ἡ δόξα. Ἡ δὲ κάθισις ἡ ἐπ' αὐτοῦ τὴν οἱονεὶ βεβαιότητά τε καὶ ἐν ταυτότητι τῶν ἀγαθῶν ἵδρυσίν τε καὶ διαμονὴν ἔοικεν ὑποδηλοῦν. Ψάλλει γὰρ οὕτω καὶ ὁ θεσπέσιος Δαβίδ· «Ὁ Θεὸς κάθηται ἐπὶ θρόνου ἁγίου αὐτοῦ.» Καὶ μὴν καὶ ὁ προφήτης Ἱερεμίας πρὸς αὐτόν πού φησιν· «Ὅτι σὺ καθήμενος τὸν αἰῶνα, καὶ ἡμεῖς ἀπολλύμενοι τὸν αἰῶνα.» Ἀεὶ γὰρ καὶ ἐν παντὶ χρόνῳ φθαρτή τέ ἐστιν ἡ πεποιημένη φύσις, καὶ τῶν γενητῶν ἐν τούτοις τὸ μέτρον· κάθηται δὲ, ὡς ἔφην, ἡ πάντων τεχνῖτις καὶ δημιουργὸς σοφία, τουτ' ἔστιν, ἀκλόνητον ἔχει τὴν ἐν ταυτότητι διαμονήν. Πλήρη δὲ εἶναί φησι τὸν οἶκον τῆς δόξης αὐτοῦ. Οὔπω γὰρ δεδυσσεβηκότος τοῦ Ἰσραὴλ εἰς τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν τὸν Χριστὸν, ἐπλήρου τὸν οἶκον τὸν ἐν τοῖς Ἱεροσολύμοις ἡ τοῦ Θεοῦ δόξα. Ἐπειδὴ δὲ ἠρνήσαντο τὴν βασιλείαν αὐτοῦ, καὶ πεπτώκασιν εἰς ἀνοσιότητα τρόπων. Οὗ ἕνεκεν τὴν φωνὴν ἤκουσαν λέγοντος· «Ἰδοὺ ἀφίεται ὑμῖν ὁ οἶκος ὑμῶν.» Ἑκάστῳ δὲ τῶν Σεραφεὶμ ἓξ ἐμπεφυκέναι φησὶ τὰς πτέρυγας, ὡς ταῖς μὲν δυσὶ καταλύπτειν τὸ πρόσωπον, ταῖς δὲ δυσὶ τοὺς πόδας, πέτασθαι δὲ ταῖς λοιπαῖς. Διερμηνεύεται δὲ Σεραφεὶμ, ἐμπρησταὶ ἤτοι θερμαίνοντες. Ψυχρὸν γὰρ οὐδὲν παρά γε ταῖς ἄνω δυνάμεσιν, αἵπερ ἂν εἶεν μάλιστα καὶ ἐγγὺς Θεοῦ. Ταύτῃ τοι καὶ ἡμεῖς αὐτοὶ κολλώμενοι διὰ πίστεως καὶ πολιτείας τῆς ἀγαθῆς καὶ ἐννομωτάτης ζέοντες ἀποτελούμεθα τῷ πνεύματι, καὶ θερμοὶ τὴν ἀγάπην τὴν εἰς Θεόν. Σύμβολον δὲ τὸ ταῖς πτέρυξι καταλύπτειν τὰ Σεραφεὶμ τό τε πρόσωπον καὶ τοὺς πόδας, πέτασθαι δὲ ταῖς δυσὶν, τοῦ μὴ δύνασθαί τινας ἢ ἀρχὴν ἢ τέλος ὁρᾷν ἐννοιῶν ἢ λόγων τῶν περὶ Θεοῦ. Σημαίνει μὲν γὰρ τὴν ἀρχὴν ἡ κεφαλὴ, καὶ τὸ πρόσωπον, τὸ δέ γε τέλος οἱ πόδες. Ἄναρχον γὰρ τὸ Θεῖον καὶ τελευτᾷν οὐκ εἰδός. Προσβάλλομεν δὲ τοῖς διὰ μέσου μόλις τοῖς κατά γε τοὺς χρόνους φημὶ, καθ' οὓς τὰ οὐκ ὄντα ποτὲ παρήχθη πρὸς ὕπαρξιν. Πέτονται γε μὴν ὡς οὐδὲν ἔχοντες τὸ κατερριμμένον. Ὑψοῦ δὲ μᾶλλον ἀεὶ τὸ φρόνημα πρὸς Θεόν. Οὐ γάρ τοι καθ' ἡμᾶς φρονοῦσι τὰ κάτω, ἀλλ' ἐν ἀποῤῥήτοις τισὶν ὑψώμασιν ἐννοιῶν αἱ ἀνωτάτω δυνάμεις τὸν οἰκεῖον ἔχουσι νοῦν. Εὔφημον δὲ καὶ τὸ στόμα αὐ-

A coronatus. Supremæ item potestates, quibus nullæ res genitæ superiores leguntur, undequaque circumstant, domesticorum locum tenentes, eumque ornantes laudibus. « Plena est, inquit, terra universa gloria ejus. » Dei autem thronum non in sublimitate loci terminata positum, meo judicio, existimare debemus : Id enim profecto stultum est et frivolum : at in sublimi Dei thronus positus est, quatenus divini regni gloria omnem naturam sub intelligentiam cadentem, superare intelligitur. Deinde sessio quæ de eo dicitur, veluti firmitatem et stabilitatem in eodem bonorum tenore constantiamque videtur subnotare. Psallit enim sic et beatus David : « Deus sedet in throno sancto suo [14]. » Et propheta Jeremias ad eum dicit : « Tu sedes in sempiternum, et nos perimus in sempiternum [15]. » Semper enim et

B omnino corruptioni obnoxia est rerum natura, et eorum quæ ortum habent mensura quædam est ac terminus. Sedet autem, uti dixi, omnium rerum architectatrix et opifex sapientia, id est, immota est, et eodem modo permanet. Plenam dicit esse domum gloria ejus. Nam quandiu Israel non admisit impietatem contra Dominum nostrum Jesum Christum, gloria Dei Hierosolymitanam domum implevit. Sed postquam negarunt regnum ejus, in morum impietatem prorruerunt. Idcirco audiverunt vocem dicentis : « Ecce relinquitur vobis domus vestra deserta [16]. » Unicuique autem Seraphim sex alas adnatas esse dicit, ut duabus faciem, duabus pedes tegerent, reliquis volarent. Seraphim, igniti

C seu ferventes exponitur. In superis enim potestatibus nihil frigidum, ut quæ proxime Deum sunt. Nos etiam hoc modo per fidem et bonam legique maxime consentaneam vitæ institutionem illi agglutinati, spiritu ferventes perficimur, et charitate in **103** Deum ardentes. Porro Seraphim alis velare faciem et pedes, et duobus volare, symbolum est, neminem posse vel principium, vel finem sententiarum aut sermonum de Deo introspicere. Caput enim et facies designant principium, finem pedes. Caret etenim principio Divinitas, et finis est nescia. Nos autem vix intuemur ea quæ in medio interjacent, ea, inquam, quæ tempore fiunt, quo ea quæ non sunt, in effectum aliquando producuntur. Volant denique, ut

D qui nihil proculcatum habent seu abjectum : quin potius alte semper illorum mens in Deum fertur. Non enim, ut nos, hæc infima sapiunt hæ potestates supremæ, sed mentem habent arcanis quibusdam sententiarum sublimitatibus affixam et conjunctam. Os quoque eorum plenum est faustis ominationibus ac laudibus. Gloriam enim decantant, idque alternis vicibus, non quia defatigantur, ut ego quidem arbitror, sed honore sibi mutuo cedunt, et vicissim laudationes reddunt. Omnia enim supera ordinate fiunt ac decenter. Cum vero « Sanctus » ter dicunt, claudunt hymnum in hoc, « Dominus Sabaoth, » in una deitatis natura sanctam constituentes Triadem,

[14] Psal. XLVI, 9. [15] Baruch III, 3. [16] Matth. XXIII, 38.

A Subsistere enim Patrem plane dicimus, sic etiam Filium, et Spiritum sanctum. Neque vero quos dicimus, in naturalem aliquam diversitatem ulla ratio dissecat, sed in triplici hypostasi una deitas intelligitur. Hoc quidem nobis testatum faciunt per hos sanctos Seraphim, qui universam terram majestate ejus plenam dictitant, futura præcinentes, et administratæ per Christum dispensationis mysterium prænuntiantes. Priusquam enim Verbum caro factum esset, ille dæmon, ille exitialis, ille draco, ille defector, orbem terrarum occupabat, et creatura præ Creatore et Conditore adorabatur: at ubi factus est homo unigenitum Dei Verbum, omnis terra majestate ejus repleta est. Illi enim flectet se omne genu, et illi omnes linguæ ac tribus confitebuntur, ac illi servient, juxta id quod scriptum est. B Proclamavit et hoc ante beatus David in spiritu; dixit enim: « Omnes gentes quas fecisti, venient, et adorabunt coram te [17]. » Hoc perfectum est, vocata gentium multitudine, et cunctis eum qui de nobis et pro nobis factus, est adorantibus, quique per seipsum manet supra omnia.

ταῖς. Δοξολογοῦσι γὰρ καὶ τοῦτο ἐξ ἀμοιβῆς, οὐ διά γε τὸ κάμνειν, καθάπερ ἐγῷμαι, παραχωροῦσι δὲ μᾶλλον τὰς τιμὰς ἀλλήλως, καὶ ἀντιδωρούμεναι τὰς δοξολογίας. Πάντα γὰρ ἐν κόσμῳ τὰ ἄνω. Τρὶς δὲ τὸ, « Ἅγιος » λέγουσαι, κατακλείουσι τὴν δοξολογίαν, εἰς τὸ, « Κύριος Σαβαὼθ, » ἐν μιᾷ θεότητος φύσει τὴν ἁγίαν τιθέντες Τριάδα. Ὑφεστάναι μὲν γὰρ ὁμολογουμένως φαμὲν τὸν Πατέρα· οὕτω δὲ καὶ τὸν Υἱὸν, καὶ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον. Καὶ λόγος οὐδεὶς διατέμνει πρὸς ἑτερότητα φυσικὴν τῶν ὠνομασμένων ἕκαστον, ἀλλ' ἐν ὑποστάσεσι τρισὶ νοεῖται μία θεότης. Καὶ δι' αὐτῶν ἡμῖν τοῦτο μεμαρτύρηται τῶν ἁγίων Σεραφεὶμ, οἳ καὶ πλήρη πᾶσαν τὴν γῆν εἶναι λέγουσι τῆς δόξης αὐτοῦ, προαναφωνοῦντες τὰ ἐσόμενα, καὶ τῆς διὰ Χριστοῦ γεγενημένης οἰκονομίας προαναγγέλλοντες τὸ μυστήριον. Πρὶν μὲν γὰρ σάρκα γενέσθαι τὸν Λόγον, κατεκράτει τῆς ὑπ' οὐρανὸν ὁ δαίμων ὁ ἀλητήριος, ὁ δράκων, ὁ ἀποστάτης. Προσεκυνήθη δὲ καὶ ἡ κτίσις παρὰ τὸν κτίσαντα καὶ Ποιητήν· ἐπειδὴ δὲ γέγονεν ἄνθρωπος ὁ μονογενὴς τοῦ Θεοῦ Λόγος, πεπλήρωται τῆς δόξης αὐτοῦ πᾶσα γῆ. Κάμψει γὰρ αὐτῷ πᾶν γόνυ, καὶ πᾶσα φυλὴ, καὶ γλῶσσαι ἐξομολογήσονται, καὶ αὐτῷ δουλεύσουσι, κατὰ τὸ γεγραμμένον. Προαναχεκράγει δὲ καὶ τοῦτο ὁ μακάριος Δαβὶδ ἐν πνεύματι· ἔφη γάρ· « Πάντα τὰ ἔθνη ὅσα ἐποίησας, ἥξουσι, καὶ προσκυνήσουσιν ἐνώπιόν σου, Κύριε. » Τοῦτό τοι τετέλεσται κεκλημένης τῆς ἐξ ἐθνῶν πληθύος· καὶ προσκυνούντων ἁπάντων τῷ δι' ἡμᾶς καθ' ἡμᾶς γενομένῳ, μεμενηκότι δὲ δι' ἑαυτὸν ὑπὲρ πάντα.

104 VERS. 4. *Elevatum est superliminare a voce qua clamabant, et domus repleta est fumo.*

Contemplatus est enim propheta Dominum Sabaoth sedentem in solio celso et elevato, circumstantibus undique sanctis Seraphim, et laudibus C continuis eum percelebrantibus. Affirmavit etiam domum fuisse plenam gloria ejus. Nunc vero commotum esse dicit superliminare, et domum fumo oppletam, idque quasi a voce, qua sancti Seraphim clamarunt. Nunquid ergo vocem dicemus causam fuisse eorum quæ in domo acciderunt? Atqui id sentire, quid ni sit valde ineptum? Quonam igitur pacto horum verborum intelligentiam assequemur? Optime et sapienter. Ante Servatoris nostri inhumanationem et adventum, dum adhuc Israel secundum legem inoffense et inculpate vitam institueret, percelebre illud templum, quod Hierosolymis exstruxit Solomon, gloria divina replebatur. Nam in D eo sacrificabant ex legis præscripto. Cæterum ubi de cœlis venientem in humana forma, et ex lege et prophetis prædicatum non receperunt, imo vitæ principem vita privarunt, dereliquit domum suam, hæreditatem suam dimisit. Divertit enim ad gentes, et omnis terra gloria ejus impleta est, regio Judæorum in vastitatem redacta est, templumque ipsum incensum. Quando igitur juxta prophetiam et prædictionem, voce sanctorum Seraphim impleta est universa terra majestate ejus, tunc superliminare templi commotum est, fumoque impletum est. Itaque hoc, « A voce qua clamabant, » temporis significationem habet: nec prorsus doxologiæ opus est vel

Καὶ ἐπήρθη τὸ ὑπέρθυρον ἀπὸ τῆς φωνῆς ἧς ἐκέκραγον, καὶ ὁ οἶκος ἐπλήσθη καπνοῦ.

Τεθέαται μὲν γὰρ ὁ προφήτης τὸν Κύριον Σαβαὼθ καθήμενον ἐπὶ θρόνου ὑψηλοῦ καὶ ἐπηρμένου, περιεστηκότων ἐν κύκλῳ τῶν ἁγίων Σεραφεὶμ, καὶ ἀκαταλήκτοις δοξολογίαις εὐφημούντων αὐτόν. Διεβεβαιοῦτο δὲ, ὅτι πλήρης ὁ οἶκος τῆς δόξης αὐτοῦ. Νῦν δὲ ἐπῆρθαί φησι τὸ ὑπέρθυρον, ἐμπεπλῆσθαι δὲ καὶ τὸν οἶκον καπνοῦ, καὶ ἀπό γε τῆς φωνῆς ἧς ἐκέκραγον τὰ ἅγια Σεραφείμ. Ἆρ' οὖν ἐροῦμεν τὴν φωνὴν αἰτίαν γενέσθαι τῶν συμβεβηκότων τῷ οἴκῳ; Καίτοι πῶς οὐ σφόδρα ἐστὶν ἀκαλλὲς τὸ φρονεῖν ἑλέσθαι ταυτί; Τίνα δὴ οὖν τρόπον ταῖς τῶν προκειμένων προσβαλοῦμεν ἐννοίαις; Ἄριστά τε καὶ σοφῶς. Πρὸ μὲν τῆς τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν ἐνανθρωπήσεως καὶ ἐπιδημίας, ἔτι τὴν ἐν νόμῳ πολιτείαν ἀκωλύτως τε καὶ ἀνεπιπλήκτως διέποντος τοῦ Ἰσραὴλ, πλήρης ἦν ὁ διαβόητος ἐκεῖνος νεὼς ἐν τοῖς Ἱεροσολύμοις ὃν Σολομὼν ἀνεδείματο τῆς δόξης τοῦ Θεοῦ. Ἐπετέλουν γὰρ ἐν αὐτῷ τὰς κατὰ νόμον θυσίας. Ἐπειδὴ δὲ τὸν ἐξ οὐρανοῦ ἀφιγμένον ἐν ἀνθρωπείᾳ μορφῇ, καὶ διὰ νόμου καὶ προφητῶν κεκηρυγμένον οὐ προσήκαντο, μᾶλλον δὲ καὶ ἀπεκτόνασι τὸν ἀρχηγὸν τῆς ζωῆς, ἐγκατέλιπε τὸν οἶκον αὐτοῦ, ἀφῆκε τὴν κληρονομίαν αὐτοῦ. Ἀπονένευκε γὰρ εἰς τὰ ἔθνη, καὶ πεπλήρωται μὲν πᾶσα ἡ γῆ τῆς δόξης αὐτοῦ. Παραδέδοται δὲ τῶν Ἰουδαίων ἡ χώρα πρὸς ἐρήμωσιν, ἐμπέπρησται δὲ καὶ αὐτὸς ὁ νεώς. Ὅτε τοίνυν κατά γε τὴν προφητείαν ἤγουν προαγόρευσιν ἤτοι φωνὴν τῶν ἁγίων Σεραφεὶμ ἐπλήσθη πᾶσα ἡ γῆ τῆς δόξης αὐτοῦ, τότε ἐπήρθη τὸ ὑπέρθυρον τοῦ

[17] Psal. LXXXV, 8.

ναοῦ, καὶ ἐνεπλήσθη καπνοῦ. Οὐκοῦν τὸ, « ἀπὸ τῆς A φωνῆς ἧς ἐκέκραγον, » χρόνου μᾶλλόν ἐστι σημαντικὸν, οὐχὶ δὴ πάντως τῆς δοξολογίας ἔργον καὶ ἀποτέλεσμα. Σημαίνει δὲ, οἶμαι, τὸ, « Ἐπήρθη τὸ ὑπέρθυρον, » τὸ καταλελεῖφθαι τὸν ναόν. Ὅτι δὲ καὶ ἐμπέπρησται, τὸ ἐμπεπλῆσθαι λέγειν αὐτὸν καπνοῦ. Εἰ δὲ δή τις βούλοιτο καὶ καθ' ἕτερον τρόπον τὰ τοιάδε νοεῖν, καὶ τὰ κατὰ παντὸς τοῦ τῶν Ἰουδαίων ἔθνους πεπρᾶχθαι λέγειν αὐτὰ νοητῶς, οὐκ ἂν ἁμάρτοι τοῦ πρέποντος λογισμοῦ. Ὅτε γὰρ τῆς τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν δόξης ἐπλήσθη πᾶσα ἡ γῆ κεκλημένων διὰ τῆς πίστεως τῶν ἐθνῶν, τότε τῆς Ἰουδαίων διανοίας πᾶσα μὲν ἀσφάλεια λέλυται πνευματική. Καπνοῦ δὲ δίκην οἱ τάλανες, τὴν ἐκ τῆς ἀμαθίας ἀχλὺν λαβόντες εἰς νοῦν τυφλοὶ γεγόνασι νοητῶς. Ταύτητοι καὶ ὁ Σωτὴρ αὐτοῖς ἐπεφώνει λέγων· « Ἕως τὸ φῶς ἔχετε, περιπατεῖτε ἐν B τῷ φωτὶ, ἵνα μὴ ἡ σκοτία ὑμᾶς καταλάβῃ. » Τί δέ ἐστιν ἀσφαλὴς καὶ εὐάλωτος τῶν Ἰουδαίων ὁ νοῦς πρὸς πᾶν ὁτιοῦν τῶν παθῶν ἐπικουρίας τῆς ἄνωθεν ἔρημος ὤν, πῶς ἂν ἐνδοιάσειέ τις τῶν εὖ φρονεῖν εἰωθότων;

effectus. Commotum autem esse superliminare, significat, ut opinor, dissolvi templum: incensum item esse, ex eo quod impleri fumo dicat, perspicuum est. Sin voluerit quis alio modo hæc intelligere, et de omni gente Judaica ea intelligibiliter perfecta esse dixerit, a recta ratione non exorbitaverit. Siquidem cum Servatoris nostri gloria omnis terra repleta esset, vocatis per fidem gentibus, tum Judæorum animi de omni spirituali securitate ac tranquillitate dimoti ac dejecti sunt, ac in morem fumi, nebula ignorationis in animum intromissa, miseri homines cæci **105** fuerunt intelligentia. Hinc et Servator clamavit illis: « Quandiu lucem habetis, ambulate in luce, ne tenebræ vos occupent [18]. » Judæorum autem mentes lubricas et labiles esse, ac omni generi perturbationum obnoxias, ope superna destitutas, ecquis tandem est qui ambigat?

Καὶ εἶπα, Ὦ τάλας ἐγὼ, ὅτι κατανένυγμαι, ὅτι ἄνθρωπος ὢν, καὶ ἀκάθαρτα χείλη ἔχων, ἐν μέσῳ λαοῦ ἀκάθαρτα χείλη ἔχοντος ἐγὼ οἰκῶ· καὶ τὸν βασιλέα Κύριον Σαβαὼθ εἶδον τοῖς ὀφθαλμοῖς.

VERS. 5. *Et dixi, O me miserum, quia compunctus sum: quia cum homo sim, et immunda labia habens, in medio populi immunda labia habentis ego habito: et regem Dominum Sabaoth vidi oculis meis.*

Ὁ διὰ τοῦ πανσόφου Μωσέως προστέταχε νόμος, μὴ συναναμίγνυσθαι τοῖς ἁγίοις τὸν βέβηλον, καὶ πολλή τις ἄγαν ἡ ἐπιτήρησις παρὰ τοῖς Ἰουδαίοις ἐν τούτοις. Καὶ γοῦν τοῖς ἁγίοις ἀποστόλοις ἁλιεύουσιν ἔτι προσεφώνει λέγων ὁ Κύριος· « Χαλάσατε τὰ C δίκτυα ὑμῶν εἰς ἄγραν. » Οὗ δὴ γεγονότος, ἰχθύων μὲν πλῆθος συνειλήπτο πολὺ, τεθαυμακὼς δὲ τοῦ λόγου τὴν δύναμιν ὁ θεσπέσιος Πέτρος, « Προσέπεσε, φησὶ, τοῖς γόνασι τοῦ Ἰησοῦ, λέγων· Ἔξελθε ἀπ' ἐμοῦ, ὅτι ἀνὴρ ἁμαρτωλός εἰμι, Κύριε. » Ἀλλ' οὐκ ἂν ὁ Πέτρος ἠθέλησεν ἀπελθεῖν ἀπ' αὐτοῦ τὸν Χριστόν. Ἐπειδὴ δὲ ᾔδει τὸν τοῦ νόμου σκοπὸν, ὁμολόγει μὲν ὅτι ἁμαρτωλός ἐστιν, ἐδεδίει δὲ τῷ ἁγίῳ συνεῖναι, κατά γε τὸ κρατῆσαν ἀεὶ παρὰ τοῖς Ἰουδαίοις ἔθος. Ἀφιγμένου δέ ποτε τοῦ Χριστοῦ καὶ εἰς τὴν χώραν τῶν Γεργεσηνῶν, εἶτα τεθεραπευκότος τοὺς ἐν τοῖς μνημείοις δαιμονῶντας ἀγρίως, τεθαυμάκασι μὲν τὴν θεοσημείαν. Ἔφη δὲ ὁ Ματθαῖος, ὅτι « Πᾶσα ἡ πόλις ἐξῆλθεν εἰς συνάντησιν τοῦ D Ἰησοῦ· καὶ ἰδόντες αὐτὸν, παρεκάλεσαν μεταβῆναι ἀπὸ τῶν ὁρίων αὐτῶν. » Καίτοι πῶς οὐκ ἔδει μᾶλλον μεταποιεῖσθαι τοῦ τεθεραπευκότος, καὶ παρακαλεῖν προσμεῖναί τε αὐτοῖς, καὶ πολλῶν ἑτέρων θαυμάτων γενέσθαι δημιουργόν; Ἀλλ' ἦν εὐλαβείας ἀπόδειξις κατ' ἐκεῖνο καιροῦ καὶ τιμῆς τοῖς ἁγίοις ὀφειλομένης τρόπος τὸ παραιτεῖσθαί τινας ἐγγίζειν αὐτοῖς. Ματθαίου κεκλημένου καὶ ἀκολουθήσαντος τῷ Χριστῷ, εἶτα κεκληκότος αὐτὸν εἰς τὸν οἶκον αὐτοῦ· « Καὶ ἰδοὺ, » φησὶ, « πολλοὶ ἁμαρτωλοὶ καὶ τελῶναι ἐλθόντες συνανέκειντο τῷ Ἰησοῦ καὶ τοῖς μαθηταῖς αὐτοῦ. Καὶ ἰδόντες οἱ Φαρισαῖοι ἔλεγον τοῖς μαθηταῖς αὐτοῦ· Διὰ τί μετὰ τῶν ἁμαρτωλῶν καὶ τελωνῶν ἐσθίει

Lex per Mosen sapientissimum sanxit, profanus cum sanctis ne habeto commercium, inque eo apud Judæos summa erat observatio. Sanctos quoque apostolos jam piscantes allocutus est Dominus: « Dimittite, inquiens, retia vestra ad capturam: » quo facto, magna quidem piscium multitudo capta est, ac divinus Petrus verbi vim admiratus: « Accidit, ait, ad genua Jesu dicens: Recede a me, nam homo peccator sum, Domine [19]. » Nolebat tamen Petrus Christum a se abire, sed cognito legis scopo, se peccatorem confessus est, ac cum sancto esse horruit, secundum eam, quæ semper apud Judæos invaluerat, consuetudinem. Cum etiam Christus in regionem Gergesinorum aliquando venisset, deinde in monumentis immaniter a dæmone vexatos curasset, divinum quidem signum admirati sunt; attamen dixit Matthæus: « Tota civitas exivit obviam Jesu, et cum vidissent illum, rogabant ut a finibus ipsorum abscederet [20]. » Annon vero decebat magis ut eum qui curaverat detinerent, et rogarent uti apud se maneret, et alia quoque plura miracula patraret? Verum illis temporibus significatio erat reverentiæ cujusdam, et honoris sanctis debiti modus quidam, cavere, ne qui eos accederent. Matthæus etiam cum vocatus sequeretur Christum, ac postea eum in domum suam invitasset: « Ecce, » inquit, « multi peccatores et publicani accesserunt, et accubuerunt cum Jesu et discipulis ejus. Quod ubi vidissent Pharisæi, dixerunt discipulis ejus: Quare cum publicanis et peccatoribus edit præceptor vester [21]? » Intelligis ergo eos Christum accusare, quod lege posthabita voluerit cum malis

[18] Joan. XII, 35. [19] Luc. V, 4-8. [20] Matth. VIII, 34. [21] Matth. IX, 10, 11.

cibum capere. Incusat porro Deus eos, **106** qui A Judaicæ Synagogæ primatum occuparunt, per prophetam, dicens: « Inter sanctum et profanum non discreverunt. » Reverentiæ igitur, ut dixi, modus erat, et legalium præceptorum traditio, ut eos versari cum sanctis nollent, in quibus vitii suspicio hæreret, et qui non haberent a peccatis liberam conscientiam. Tale quiddam etiam beato prophetæ accidisse videtur, ideoque ait: « Miserum me, quia compunctus sum. » Nec quia compunctus erat, propterea miser fuit: nam hoc pacto intelligere, quid ni perineptum? sed quia compunctus sum, inquit, a conscientia, nimirum ideo dicebam: « O me miserum, quia homo sum, et immunda labia habeo, in medio populi immunda labia habentis ego habito, et regem Dominum Sabaoth vidi oculis meis. » Nam B cum sancti Seraphim mundo et sanctissimo ore laudes cecinissent, timuit ille, a Deo quippe edoctus, non ignorans indecoram esse in ore peccatoris laudationem, quemadmodum scriptum est. Erant enim immunda plane Israelitarum labia, utpote qui in Dominum nostrum Jesum Christum convicia jecerunt. Sin vero aiat propheta se quoque ejusmodi habere labia, licet Israeliticæ impietatis plane expers fuerit, dicimus eum ut sanctum de se modeste loqui, estque probabile, quatenus erat ex sanguine Israel, selpsum omni crimine non eximere, pervagatum autem populi vitium notare, ut servet ita illos qui peccaverant. Vel humanæ naturæ morbum confitetur: cujusmodi est illud a beato Davide C contra omnem hominem dictum: « Ego dixi in excessu meo: Omnis homo mendax [22]. » Est enim infecta morbo mendacii ac vanitatis mens humana, licet malo hoc liberentur quidam, sobrietate id lucrifacientes. Timuit ergo propheta, quod cum mundus non esset, quemadmodum certe sunt sancti Seraphim, Dominum Sabaoth contemplatus fuerit et tacuerit, atque adeo a laudibus celebrandis abstinuerit, quod ore non ita mundo sit præditus. Quod autem puris labiis celebrare laudes oporteat, ex eo quod quidam sanctorum discipulorum dicit de lingua, planum fieri potest: « Illa laudamus Dominum et Patrem, et illa maledicimus homines ad similitudinem Dei conditos. Non oportet, fratres mei, hæc sic fieri. Nunquid fons ex eodem **107** D foramine ebullit dulcem et amaram aquam? Nunquid potest, fratres mei, ficus oleas proferre? aut vitis ficus? Sic neque idem fons salsam et dulcem aquam edere [23]. »

ὁ διδάσκαλος ὑμῶν; » Συνῆς οὖν ὅπως ὡς ἠμεληκότα τοῦ νόμου κατητιῶντο τὸν Χριστὸν, διά τοι τὸ θέλειν συνδιαιτᾶσθαι πονηροῖς. Ἐπαιτιᾶται δέ που καὶ Θεὸς τοὺς τῆς Ἰουδαίων Συναγωγῆς προσεγκεῖσθαι λαχόντας διὰ προφήτου λέγων· « Ἀνὰ μέσον ἁγίου καὶ βεβήλου οὐ διέστελλον. » Εὐλαβείας οὖν ἄρα τρόπος, ὡς ἔφην, καὶ νομικῶν ἐνταλμάτων παράδοσις τὸ μὴ συνεῖναι θέλειν τοῖς ἁγίοις τοὺς ἐν ὑπολήψει φαυλότητος, καὶ οὐκ ἐλεύθερον ἁμαρτιῶν ἔχοντας τὸ συνειδός. Τοιοῦτόν τι καὶ ὁ μακάριος προφήτης ὁρᾶται παθὼν, ταύτητοί φησιν· « Ὦ τάλας ἐγὼ, ὅτι κατανένυγμαι. » Καὶ οὐ διὰ τοῦτο τάλας, ὅτι κατανένυκται· πῶς οὐκ εὔηθες τοῦτο οὕτω νοεῖν; ἀλλ' ὅτι κατανένυκται, φησὶν, ὑπὸ τοῦ συνειδότος, δῆλον δὲ ὅτι διὰ τοῦτο ἔφην· « Ὦ τάλας ἐγὼ, ὅτι ἄνθρωπος B ὢν, καὶ ἀκάθαρτα χείλη ἔχων, ἐν μέσῳ λαοῦ ἀκάθαρτα χείλη ἔχοντος ἐγὼ οἰκῶ· καὶ τὸν βασιλέα Κύριον Σαβαὼθ ἴδον τοῖς ὀφθαλμοῖς μου. » Ἐπειδὴ γὰρ τὰ ἅγια Σεραφεὶμ καθαροῖς καὶ πανάγνοις στόμασιν ἐποιοῦντο τὰς δοξολογίας, δέδιεν αὐτὸς τὸ χρῆμα, θεοδίδακτος ὢν, καὶ οὐκ ἀγνοήσας ὅτι οὐχ ὡραῖος αἶνος ἐν στόματι ἁμαρτωλοῦ, καθὰ γέγραπται. Ἦν μὲν γὰρ ὁμολογουμένως ἀκάθαρτα χείλη τοῦ Ἰσραήλ· δεδυσφημήκασι γὰρ εἰς τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν τὸν Χριστόν. Εἰ δὲ δὴ λέγοι καὶ ὁ προφήτης, ὅτι καὶ αὐτὸς ἔχοι τὰ χείλη τοιαῦτα, καίτοι τῆς τοῦ Ἰσραὴλ δυσσεβείας ἀμοιρήσας παντελῶς, φαμὲν ὅτι μετριάζει μὲν ὡς ἅγιος, εἰκὸς δὲ ὅτι καὶ ὡς ὑπάρχων ἐξ αἵματος Ἰσραὴλ, οὐκ ἔξω τίθησι τῆς αἰτίας ἑαυτόν. Ἀλλ' ὑποφέρει τῷ κοινῷ C τοῦ λαοῦ πλημμελήματι, σώζων διὰ τούτου τοὺς ἡμαρτηκότας· ἤγουν τῆς ἀνθρώπου φύσεως ὁμολογεῖ τὴν νόσον. Ὁποῖόν ἐστι τὸ παρὰ τοῦ μακαρίου Δαβὶδ κατὰ τοῦ παντὸς ἀνθρώπου λεγόμενον· « Ἐγὼ εἶπα ἐν τῇ ἐκστάσει μου· Πᾶς ἄνθρωπος ψεύστης. » Νοσεῖ γὰρ τὸ ψεῦδος ἡ ἀνθρώπου διάνοια, κἂν εἰ ἀπαλλάττοιντό τινες τοῦ κακοῦ, νήψει τὸ χρῆμα κερδαίνοντες. Δέδιε τοίνυν ὁ προφήτης ὅτι μὴ ὑπάρχων οὕτω καθαρὸς, καθάπερ ἀμέλει τὰ ἅγια Σεραφεὶμ, τεθέαται μὲν τὸν Κύριον Σαβαὼθ, σεσίγηκε δὲ, καίτοι μᾶλλον ὀφείλων δοξολογεῖν, διὰ τὸ μὴ οὕτως ἔχειν καθαρὸν τὸ στόμα. Ὅτι δὲ χρὴ καθαροῖς στόμασιν ὑμνολογεῖν, σαφὲς ἂν γένοιτο περὶ τῆς γλώσσης λέγοντος ἑνὸς τῶν ἁγίων μαθητῶν· « Ἐν αὐτῇ D εὐλογοῦμεν τὸν Κύριον καὶ Πατέρα. Καὶ ἐν αὐτῇ καταρώμεθα τοὺς ἀνθρώπους, τοὺς καθ' ὁμοίωσιν Θεοῦ γεγονότας. Οὐ χρὴ, ἀδελφοί μου, ταῦτα οὕτω γίνεσθαι. Μήτι ἡ πηγὴ ἐκ τῆς αὐτῆς ὀπῆς βρύει τὸ γλυκὺ καὶ τὸ πικρόν; Μὴ δύναται, ἀδελφοί μου, συκῆ ἐλαίας ποιῆσαι; ἢ ἄμπελος σῦκα; Οὕτως οὐδὲ ἁλυκὸν γλυκὺ ποιῆσαι ὕδωρ. »

VERS. 6, 7. *Et missus est ad me unus ex Seraphim, et in manu habebat carbonem, quem forcipe accepit ab altari, et tetigit os meum, et dixit: Ecce tetigit hoc labia tua, et adimet iniquitates tuas, et peccata tua emundabit.*

Καὶ ἀπεστάλη πρός με ἓν τῶν Σεραφεὶμ, καὶ ἐν τῇ χειρὶ εἶχεν ἄνθρακα, ὃν τῇ λαβίδι ἔλαβεν ἀπὸ τοῦ θυσιαστηρίου. Καὶ ἥψατο τοῦ στόματός μου, καὶ εἶπεν· Ἰδοὺ ἥψατο τοῦτο τῶν χειλέων σου, καὶ ἀφελεῖ τὰς ἀνομίας σου, καὶ τὰς ἁμαρτίας σου περικαθαριεῖ.

Divinus Paulus scribit de sanctis angelis, omnes

Ὁ θεσπέσιος γράφει Παῦλος περὶ τῶν ἁγίων

[22] Psal. cxv, 11. [23] Jac. III, 9.

ἀγγέλων, ὅτι πάντες εἰσὶ λειτουργικὰ πνεύματα, A εἰς διακονίαν ἀποστελλόμενα διὰ τοὺς μέλλοντας κληρονομεῖν σωτηρίαν. Καὶ τὸ χρῆμά ἐστιν οὐκ ἀσυμφανές. Πάντα μὲν γὰρ ἐν κόσμῳ τὰ παρὰ ταῖς ἄνω δυνάμεσι καὶ τιμῆς ἤτοι λειτουργίας μέτρα παρ' αὐταῖς, καὶ ὅροι τέθεινται τῆς ἑκάστου δόξης, παρά γε τοῦ πάντα κατὰ τὸ αὐτῷ δοκοῦν διανέμοντος Θεοῦ. Πλὴν εἷς ἐφ' ἅπασιν ὁ ζυγὸς, καὶ ὑπηρετοῦσι νεύμασι τοῖς Δεσποτικοῖς, οὐκ ἀπαξιοῦντα τὴν δουλείαν, ἀλλ' ἐν μοίρᾳ τιμῆς καὶ δόξης καταλογιζόμενά που τὸ ἐν τούτοις γνήσιον. Προαναμορφοῦται τοίνυν ἐν ὀφθαλμοῖς τοῦ προφήτου τὸ Χριστοῦ μυστήριον, διὰ τῶν ἄνω δυνάμεων εὖ μάλα διακονούμενον. Ἀποστέλλεται γοῦν ἓν τῶν Σεραφεὶμ ἄνθρακα ἔχον, ὃν τῇ λαβίδι ἔλαβεν ἀπὸ τοῦ θυσιαστηρίου. Καὶ τοῦτο ἄρα ἦν Χριστοῦ σύμβολον, ὃς δι' ἡμᾶς, καὶ ὑπὲρ ἡμῶν B προσεκόμισεν ἑαυτὸν τῷ Θεῷ καὶ Πατρὶ, εἰς θυσίαν πνευματικὴν καθαρὰν καὶ ἀβέβηλον καὶ εἰς ὀσμὴν εὐωδίας. Ταύτῃ τοι καὶ μάλα εἰκότως ἐκ τοῦ θυσιαστηρίου λαμβάνεται. Παρεικάζεταί γε μὴν ἄνθρακι· καὶ διὰ ποίαν αἰτίαν εἰπεῖν ἀναγκαῖον. Ἔθος τῇ θεοπνεύστῳ Γραφῇ πυρὶ τὴν θείαν παρεικάζειν φύσιν. Ὤφθη γὰρ οὕτω τῷ μακαρίῳ Ἰσραὴλ ἐν τῷ ὄρει Χωρὴμ ἤτοι Σινᾶ τῇ ἡμέρᾳ τῆς ἐκκλησίας. Οὕτω καὶ αὐτῷ τῷ μακαρίῳ Μωσῇ ποιμαίνοντι κατὰ τὴν ἔρημον, ἐν εἴδει πυρὸς ἐν τῷ βάτῳ κατὰ καιροὺς, ὤφθη τε καὶ προσελάλει. Ὥσπερ οὖν ὁ ἄνθραξ ξύλον ἐστὶ τῇ φύσει, πλὴν ὅλος δι' ὅλου μεμέστωται τοῦ πυρὸς, καὶ τὴν αὐτοῦ δύναμίν τε καὶ ἐνέργειαν ἔχει· κατὰ τοῦτον, οἶμαι, τρόπον νοοῖτ' ἂν εἰκότως καὶ αὐτὸς ὁ C Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς ὁ Χριστός· « Γέγονε γὰρ σὰρξ ὁ Λόγος, καὶ ἐσκήνωσεν ἐν ἡμῖν. » Ἀλλ' εἰ καὶ ἦν καθ' ἡμᾶς ὁρώμενος ἄνθρωπος οἰκονομικῶς, ἀλλ' οὖν ἅπαν τὸ τῆς θεότητος πλήρωμα κατῴκησεν ἐν αὐτῷ, κατά γέ φημι τὸν τῆς ἑνώσεως τρόπον. Ταύτῃτοι καὶ διὰ τῆς ἰδίας σαρκὸς θεοπρεπεστάτας ἔχων ὁρᾶται τὰς ἐνεργείας. Ἥψατο γοῦν τῆς σοροῦ, καὶ ἀνέστησε τὸν τεθνεῶτα τῆς χήρας υἱόν. Καὶ μὴν καὶ πτύσας ἐνετίθει τυφλοῖς τὸ βλέπειν, πηλῷ καταχρίων τοὺς ὀφθαλμούς. Ἄνθρακι δὴ οὖν εὖ μάλα παρεικαστέον τὸν Ἐμμανουὴλ, ὃς εἰ καὶ γένοιτό πως ἐν τοῖς ἡμετέροις χείλεσιν, πάντῃ τε καὶ πάντως ἀφαιρεῖ τὰς ἁμαρτίας, καὶ περικαθαριεῖ τὰς ἀνομίας. Εἶτα πῶς ἐν τοῖς ἡμετέροις χείλεσιν ἔσται; Ὅταν τὴν πίστιν ὁμολογῶμεν τὴν εἰς αὐτόν. Οὕτω D καὶ ὁ θεσπέσιος γράφει Παῦλος· « Ἐγγύς σου τὸ ῥῆμά ἐστιν, ἐν τῷ στόματί σου, καὶ ἐν τῇ καρδίᾳ σου· τοῦτ' ἔστι τὸ ῥῆμα τῆς πίστεως, ὃ κηρύσσομεν. Ὅτι ἐὰν ὁμολογήσῃς ἐν τῷ στόματί σου ὅτι Κύριος Ἰησοῦς, καὶ πιστεύσῃς ἐν τῇ καρδίᾳ σου, ὅτι ὁ Θεὸς αὐτὸν ἤγειρεν ἐκ νεκρῶν, σωθήσῃ· καρδίᾳ γὰρ πιστεύεται εἰς δικαιοσύνην, στόματι δὲ ὁμολογεῖται εἰς σωτηρίαν. » Ἔστω τοίνυν ἐν τοῖς χείλεσιν ἡμῶν ὁ θεῖος ἄνθραξ, ὁ τὸν ἐκ τῆς ἁμαρτίας καταφλέγων συρφετὸν, καὶ τὸν ἐκ τῆς ἀνομίας ἐντήκων ῥύπον, καὶ ζέοντας ἡμᾶς ἀποτελῶν τῷ πνεύματι. Εἰ δὲ δὴ λέγοιτο τῇ λαβίδι λαμβάνεσθαι,

esse administros spiritus, ad ministerium delegatos propter eos qui hæreditatem salutis accepturi sunt [24]. Quod non est obscurum. Omnia namque ab illis supremis potestatibus ornate splendideque administrantur, et honoris, et administrationis termini finesque gloriæ cuique sunt constituti a Deo, qui omnia pro arbitratu suo dispensat. Atqui idem quasi jugum est omnibus sanctis spiritibus, et Domini nutui serviunt, non indignam censentes servitutem, sed honori laudique ducentes id prompto ac liberali animo facere. Præfiguratur igitur ob oculos prophetæ mysterium Christi, per superas potestates optime administratum. Mittitur itaque e Seraphim unus, carbonem habens, quem de ara sumpsit forcipe. Hæc demum erat Christi significatio et repræsentatio, qui propter nos ac nostra causa seipsum in sacrificium spirituale, purum ac impollutum, obtulit, in odorem suavis fragrantiæ. Itaque non abs re de altari accipitur. Quam autem ob causam assimiletur prunæ, dicendum est necessario. Familiare est Scripturæ divinitus inspiratæ divinam naturam igni comparare. Sic enim apparuit Israeli in monte Choreb seu Sina, in die congregationis. Sic etiam ipsi beato Mosi pascenti in deserto, specie ignis olim in rubo conspectus est, et colloquebatur. Quemadmodum igitur carbo lignum quidem natura est, verum totus omni ex parte igni plenus est, ejusque vim et efficacitatem habet: ad eumdem, puto, modum et ipse Dominus noster Jesus Christus merito potest intelligi: « Caro enim Verbum factum est, et habitavit in nobis [25]. » Verum quamvis esset homo nobis similis ratione dispensationis, tamen omnis plenitudo divinitatis in eo habitavit, modo inquam unionis. Hinc et in carne sua **108** plane divinissimam operandi virtutem habere cernitur. Tacto siquidem loculo, mortuum viduæ filium suscitavit; et cum inspuisset, luto inunctis oculis, cæcis visum restituit. Rectissime ergo hic Emmanuel carboni comparandus est, qui si in nostris quodammodo labiis fuerit, omnino peccata auferet, et iniquitates expurgabit. Quomodo autem in labiis nostris erit? quando fidem, quæ in ipsum est, confessi fuerimus. Ita et divinus Paulus: « Prope te verbum est, in ore tuo, et in corde tuo; hæc est prædicatio fidei quam prædicamus. Quia si confessus fueris ore tuo Dominum Jesum, et credideris corde tuo Deum excitasse ipsum e mortuis, servaberis: corde enim creditur ad justificationem, ore autem confessio fit ad salutem [26] [27]. » Sit itaque in labiis nostris divinus carbo, qui peccati quisquilias exurit, et iniquitatis sordes liquat, et nos spiritu ferventes reddit. Quod autem dicitur forcipe accipi, eleganter intelliges; quod fidem in ipso ac cognitionem legalibus et propheticis institutionibus sive prædictionibus, tanquam quapiam forcipe capimus. Unde passim ad veritatem probandam, sanctorum

[24] Hebr. i, 14. [25] Joan. i, 14. [26] Rom. x, 8. [27] ibid. 10.

apostolorum obsignatur ac confirmatur oratio. Citatis enim ex lege et prophetis testimoniis, auditoribus fidem faciunt: et ipsi quoque carbonem quodammodo eorum labris admovent, cum fidem in Christum plane simpliciterque exponunt.

πέπαυται τὰ ἐν νόμῳ, μετεφοίτησεν ἡ σκιὰ πρὸς A ἀλήθειαν, εἰσκεκόμισται δὲ ἡ ἐν πνεύματί τε καὶ ἀληθὴς λατρεία. Οὐκ οὖν εὐφραίνεται Θεὸς ἐπὶ τοῖς τῶν Ἰουδαίων νεανίσκοις, τουτ' ἔστι, τοῖς ἀνδριζομένοις ἔτι, διά γε τοῦ ζῆν ἑλέσθαι νομίμως. Ἀπαράδεκτοι δὲ αἱ δι' αἱμάτων θυσίαι, καὶ σαρκὸς περιτομὴ, βαπτισμῶν διδαχαὶ, καὶ Σαββάτων ἀργεῖαι. Δεδιδάγμεθα δὲ, ὡς ἔφην, τῆς ἀνδανούσης Θεῷ πολιτείας τὴν ὁδόν. Ἀπόβλητοι δὴ οὖν καὶ μάλα εἰκότως μετὰ τὴν κατάληξιν τῆς σκιᾶς οἱ κατ' αὐτὴν νεανίσκοι· καὶ τοῦ κατοικτείρεσθαι μακρὰν ὀρφανοί τε καὶ χῆραι. Ὀρφανοὺς δέ φησι, τοὺς οἷον ἀναστροφῆς δεομένους τῆς πνευματικῆς, καὶ παιδαγωγίας τῆς ἐκ διδασκάλων. Χήρας τε ὁμοίως, ψυχὰς εἶναί φαμεν τὰς τοῦ δύνασθαι καρποφορεῖν ἐν ἐνδείᾳ γεγενημένας διά τε τὸ μὴ ἔχειν τὸν ἁπάντων αὐταῖς τῶν ἀγαθῶν B μαθημάτων σπορέα τε καὶ χορηγόν. Ὅτι δὲ παιδεύσεως ἀληθοῦς ἡμοιρηκότας εὑρήσομεν τοὺς ἐξ Ἰσραὴλ, διά γε τὴν εἰς Χριστὸν παροινίαν, ἐπαινέσειεν ἂν οὐδείς. Ἐσκοτίσθησαν γὰρ οἱ ὀφθαλμοὶ αὐτῶν τοῦ μὴ βλέπειν, κατὰ τὴν τοῦ ψάλλοντος φωνήν. Καὶ συνεκάμφθη τὰ νῶτα αὐτῶν. Καὶ τοῦτο διὰ παντὸς ὡς μὴ δύνασθαι τὰ ἄνω βλέπειν, ἀλλ' οἱονεὶ κεκυφότας, τοῖς γηΐνοις ἐνερηρεῖσθαι πράγμασι. Πείσονται δὲ τοῦτο, φησὶν, οὐ μάτην· ἀλλ' ὅτι πάντες ἄνομοι γεγόνασι καὶ πονηροὶ, καὶ πᾶν στόμα λαλεῖ ἄνομα. Πῶς γὰρ οὐκ ἄνομοι, καὶ ἁπάσης ἔμπλεοι πονηρίας, οἱ θανάτῳ περιβαλεῖν σπουδάσαντες τὸν καλοῦντα πρὸς ζωὴν, τὸν οὐκ εἰδότα τὴν ἁμαρτίαν, καίτοι τοῦ νόμου λέγοντος σαφῶς· « Ἀθῷον καὶ δίκαιον οὐκ ἀποκτενεῖς; » Πῶς οὐ πᾶσα γλῶσσα τῶν Ἰουδαίων λελάληκεν ἄδικα; Κατεκεκράγεσαν γὰρ τοῦ Χριστοῦ Πιλάτῳ λέγοντες· « Αἶρε, αἶρε, σταύρωσον αὐτόν. » Καὶ, « Ἐὰν μὴ τοῦτον ἀποκτείνῃς, οὐκ εἶ φίλος τοῦ Καίσαρος. »

agunt suscepto vitæ legalis instituto : non sunt autem accepta cruenta sacrificia, et carnis circumcisio, lotionum doctrinæ et Sabbatorum otia. Docemur autem, ut dixi, instituendæ vitæ, quæ Deo placet viam. Rejectitii sunt ergo, et quidem valde merito, qui post cessationem umbræ, per eam juvenes sunt. Et longe sunt a miseratione pupilli et viduæ. Pupillos autem **167** vocat, qui velut alimento indigent spirituali, et institutione magistrorum. Viduas similiter animas esse dicimus, quæ cum omnium bonarum disciplinarum satorem et suppeditatorem non habeant, facultate fructificandi destituuntur. Quod autem veræ doctrinæ expertes inveniemus Israelitas, propter debacchationem in Christum, laudare nemo potest. Obtenebrati sunt enim oculi eorum ne videant, juxta Psallentis vocem [8], et incurvata sunt terga eorum omnino, ut non possent supra aspicere, sed veluti incurvi terrenis rebus affigerentur. Accidet vero hoc illis, inquit, non sine causa : sed quia omnes, inquit, et mali exstiterunt, et omne os loquitur iniqua. Qui enim omnibus sceleribus cooperti non sint, qui eum qui vocabat ad vitam, qui nesciebat peccatum, morti tradere studuerunt? Quamvis lex manifesto dicat : « Innocentem et justum non interficies [9]. » Annon etiam omnis lingua Judæorum locuta est iniqua? acclamarunt enim Christo, dicentes Pilato : « Tolle, tolle, crucifige eum [10]. » Et, « Si hunc non occidas, non es amicus Cæsaris [10*]. »

Ἐπὶ πᾶσι τούτοις οὐκ ἀπεστράφη ὁ θυμὸς, C *ἀλλ' ἔτι ἡ χεὶρ ὑψηλή. Καὶ καυθήσεται ὡς πῦρ ἡ ἀνομία, καὶ ὡς ἄγρωστις ξηρὰ βρωθήσεται ὑπὸ πυρός· καὶ καυθήσεται ἐν τοῖς δάσεσι τοῦ δρυμοῦ, καὶ συγκαταφάγεται τὰ κύκλῳ τῶν βουνῶν πάντα· διὰ θυμὸν ὀργῆς Κυρίου, συγκέκαυσται ἡ γῆ ὅλη, καὶ ἔσται ὁ λαὸς ὡς ὑπὸ πυρὸς κεκαυμένος, ἄνθρωπος τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ οὐκ ἐλεήσει, ἀλλ' ἐκκλινεῖ εἰς τὰ δεξιὰ, ὅτι πεινάσει καὶ φάγεται ἐκ τῶν ἀριστερῶν, καὶ οὐ μὴ ἐμπλησθῇ ἄνθρωπος ἐσθίων τὰς σάρκας τοῦ βραχίονος αὐτοῦ. Φάγεται γὰρ Μανασσῆς τοῦ Ἐφραΐμ, καὶ Ἐφραΐμ τοῦ Μανασσῆ· ὅτι ἅμα πολιορκήσουσι τὸν Ἰούδαν.*

VERS. 19, 20. *In omnibus his non aversus est furor, sed adhuc manus excelsa. Et succendetur velut ignis iniquitas, et velut herba arida devorabitur igne, et succendetur in densitate saltus, et devorabit omnia quæ circum colles sunt. In ira furoris Domini combusta est terra universa, et erit populus quasi combustus ab igne. Homo fratris sui non miserebitur, sed declinabit ad dexteram, quia esuriet : et comedet a sinistris, et non saturabitur homo, comedens carnes brachii sui. Comedet Manasses Ephraim, et Ephraim Manassem, quoniam simul oppugnabunt Judam.*

Ἀκμαζούσης ἔτι τῆς θείας ὀργῆς, ἐπηρτημένης δὲ καὶ αὐτῆς τῆς χειρὸς τῆς ἐπαγούσης τὴν μάστιγα D καὶ τὰς αἰκίας αὐτοῖς, ἕκαστα σαφῶς τῶν συμβησομένων προαναγορεύειν πειρᾶται, σωφρονεστέρους τοῖς δείμασι τοὺς ἀκροωμένους ἀποτελῶν. Ταύτης γὰρ ἕνεκα τῆς αἰτίας προαναῤῥήσεις τῶν δεινῶν ἐποιεῖτο Θεὸς, ἵνα δεδιότες τὸ προσκρούειν αὐτῷ, μὴ τοῖς ἐξ ὀργῆς ὑπενεχθεῖεν κακοῖς, ἔξω δὲ μᾶλλον ἀποφέροιντο τῶν δεινῶν. Καυθήσεσθαι τοίνυν τὴν ἀνομίαν ὡς πῦρ. Ἀνομίαν δέ φησιν οὐκ αὐτό που

Vigente adhuc divina ira, et impendente illa manu, flagellum suppliciaque illis admovet, singulaque quæ eventura sunt, conatur apte præmonstrare, moderatiores efficiens auditores terroribus. Hanc igitur ob causam vaticinationes gravium malorum instituit Deus, ut timentes eum offendere, malis ex ira illatis non sint obnoxii, sed potius ab illis gravibus liberentur. Et succendetur, inquit, ergo iniquitas ut ignis. Iniquitatem **168** vero appellat, non rem ipsam (hoc enim, vel intellectu, vel

[8] Psal. LXVIII, 24. [9] Exod. XXIII, 7. [10] Joan. XIX, 15. [10*] ibid. 12.

dictu ineptum est), sed iniquitatibus implicatos, qui eo demum improbitatis morum veniunt, ut non jam iniqui, sed verius iniquitas debeant nominari. Illi igitur quasi ignis ardebunt, inquit, id est, ipsi ignis erunt. Nemo enim alius flammam illis inferet, sed ipsi ad hoc sibi inter se sufficient. Succendentur etiam quasi herba arida, et ut densitas silvarum. Furit enim semper flamma, si in materiam ustam, herbam, inquam, aridam, et ligna silvestria incidat. Credo autem ego, propheticum sermonem hisce verbis nobis hæc velle demonstrare : Vespasiano enim et Tito, quemadmodum jam supra dixi, vastantibus Judæam, urbesque ejus oppugnantibus, maxima erat undique tumultuatio, partim fame conficiente, partim ubique seditiosis hominibus, tum domos diripientibus, tum eos qui videbantur insigniores invadentibus, ut intestina incolarum molimina ipso externo graviora exsisterent. Horum Josephus diserte contexit historiam. Ergo, inquit, ardebunt ceu in densitate silvæ. Agrestem vero herbam et aridam densitatemque silvæ, gregariam turbam eum dicere arbitror. Divisi erant quippe adversum se ipsi in factiones et dissidia populares. Deinceps vero ad eos qui videbantur esse aliquid, malum perventurum porro ostendit, dicens : Et devorabit quæ in circuitu sunt collium omnia. Colles, puto, vocat eos qui præstant aliis, et vel gloria, vel opibus, vel alio quopiam modo excellunt. Jam dixi, iis qui splendidiores esse videbantur, graviter vim fecisse qui in quaque civitate seditiones concitare soliti erant, adeo ut desperati facerent ea quæ ne ipsa quidem hostium manus aliquando egerit. Et hæc, inquit, in ira furoris Domini. Succensa est enim sic universa terra Judæorum. Quæ vero recte dixit, cum illa plana fecisset audientibus, statim adnectit : Et erit populus velut igni succensus : homo fratris suis non miserebitur. Quemadmodum enim qui bobus ignem admovent, exstimulant ad iram, efficiuntque ut ferociore impetu ferantur in eos quos impetunt : sic erit, inquit, unusquisque populus, velut igni incensus. Violenti enim et immisericordes erunt, et fratres non agnoscent, acres et agrestes, ac fero animo invicem omnes, et ferarum instar quæ **169** fame acuuntur, et rabide aguntur in aliquos : declinabunt ad dextram, et edent a sinistris, id est, huc et illuc convertentur, illos a dextris mordentes, hos a læva, parcentes nemini, insatiabili cupiditate seipsos invadendi ardentes. Non enim, inquit, satiabitur homo comedens carnes brachii sui. O rem miram et incredibilem! Non, inquit, sibi ipsis comparcent, ex impotenti videlicet insania. Prorupta enim semel et desperata audacia freti, ad omnia turpissima acerrime et juvenili more progredientur. Postea dicit : Comedet enim Manasses Ephraim, et Ephraim Manassem. Ephraim vero et Manasses fuerunt duo fratres, et filii Joseph. At neque inter sanguinis charitate conjunctos, inquit, natura ipsa tunc pacem constituet : leges consanguinitatis inanes erunt et irritæ. Surgent

A τὸ πρᾶγμα· τοῦτο γὰρ εὔηθες ἢ νοεῖν ἢ λέγειν· ἀλλὰ τοὺς ταῖς ἀνομίαις κατηχθημένους, ἥκοντάς τε ἤδη πρὸς τοῦτο σκαιότητος τρόπων, ὡς μηκέτι μὲν ἀνόμους, ἀνομίαν δὲ μᾶλλον ὀνομάζεσθαι δεῖν. Οὗτοι τοιγαροῦν ὡς πῦρ καυθήσονται, φησὶ, τοῦτ' ἔστιν, αὐτοὶ καθ' ἑαυτῶν γενήσονται πῦρ. Οὐ γὰρ ἕτερός τις ἐποίσει τὴν φλόγα αὐτοῖς, ἀλλ' ἀρκέσουσιν ἀλλήλοις εἰς τοῦτο αὐτοί. Καυθήσονται δὲ ὡς ἄγρωστις ξηρὰ, καὶ ὡς δάση δρυμῶν. Μαίνονται γὰρ ἀεί πως αἱ φλόγες, εἰς ὕλην πεσοῦσαι τὴν εὐκατάπρηστον· ἄγρωστιν δέ φημι τὴν ξηρὰν, καὶ τὰ ἐν δρυμοῖς ξύλα. Οἶμαι δὲ ἔγωγε τὸν προφητικὸν ἡμῖν λόγον ἐκεῖνα βούλεσθαι δηλοῦν ἐν τούτοις· Οὐεσπασιανοῦ γὰρ καὶ Τίτου, καθάπερ ἤδη προεῖπον, καταδηούντων τὴν Ἰουδαίαν, καὶ τὰς ἐν αὐτῇ πολιορκούντων
B πόλεις, πλεῖστος ἦν ὁ ἐν ἑκάστῳ θόρυβος, τοῦτο μὲν λιμοῦ κατατήκοντος, τοῦτο δὲ τῶν ἐν ἑκάστῃ στασιαστῶν οἴκους τε διαρπαζόντων, ἐπιφυομένων δὲ τοῖς δοκοῦσιν εἶναι διαφανεστέροις, ὡς γενέσθαι φορτικώτερον τὸν ἔξωθεν μάχης τὰ ἐκ τῶν ἐνοικούντων τολμήματα. Ταῦτα δὲ σαφῶς Ἰώσηπος ἱστορεῖ. Οὐκοῦν καυθήσεσθαί φησιν ἐν τοῖς δάσεσι τοῦ δρυμοῦ, ἄγρωστιν οἶμαι ξηρὰν, καὶ δάση δρυμοῦ τὴν ἀγελαίαν πληθὺν ὀνομάζων. Ἐμερίζοντο γὰρ κατ' ἀλλήλων εἰς διχονοίας καὶ στάσεις οἱ δῆμοι. Ὅτι δὲ καὶ τῶν εἶναί τι δοκούντων ἅψεται τὸ κακὸν, προσαποφαίνει λέγων· Καὶ συγκαταφάγεται τὰ κύκλῳ τῶν βουνῶν πάντα· βουνοὺς οἶμαι λέγων τοὺς τῶν ἄλλων ὑπερκειμένους, καὶ ἀνεστηκότας, ἢ κατὰ τὴν δόξαν, ἢ κατὰ τὸν πλοῦτον, ἢ καθ' ἕτερόν τινα τρόπον.
C Ἔφην δὲ ἀρτίως, ὅτι τοῖς εἶναι δοκοῦσι λαμπροῖς ἐπεφύετο δεινῶς τὸ ἐν ἑκάστῃ πόλει στασιάζειν εἰωθὸς, ὡς ἐν ἀπογνώσει δρᾷν, ἃ μηδ' ἂν αὐτὴ δέδρακεν ἔσθ' ὅτε τῶν πολεμίων ἡ χείρ. Καὶ ταῦτα, φησὶ, διὰ θυμὸν ὀργῆς Κυρίου. Συγκέκαυσται γὰρ οὕτως ἡ σύμπασα τῶν Ἰουδαίων γῆ. Ἃ δὲ εἴρηκεν αἰνιγματωδῶς, ταῦτα τοῖς ἀκροωμένοις σαφῆ καθιστὰς, προσεπάγει παραχρῆμα· Καὶ ἔσται ὁ λαὸς ὡς ὑπὸ πυρὸς κατακεκαυμένος. Ἄνθρωπος τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ οὐκ ἐλεήσει. Ὥσπερ γὰρ οἱ μόσχοις ἐπάγοντες πῦρ, παραθήγουσιν εἰς ὀργὰς, καὶ τὰς καθ' ὧν ἂν ἴοιεν ἐφόδους ἀδρωτέρας ποιεῖσθαι παρασκευάζουσιν· οὕτω, φησὶ, καὶ ἕκαστος ἔσται τῶν λαῶν ὡς ὑπὸ πυρὸς κατακεκαυμένος. Ὁρμηταί τε γὰρ καὶ ἀφιλοικτίρμονες, καὶ ἀδελφοὺς οὐκ εἰδότες, δεινοί τε
D καὶ ἀγριόθυμοι πάντες ἔσονται κατ' ἀλλήλων, καὶ θηρίων δίκην λιμῷ τεθηγμένων εἰς ἀγριότητα τὴν κατά τινων· ἐκκλινοῦσιν εἰς τὰ δεξιὰ, καὶ φάγονται ἐκ τῶν ἀριστερῶν· τοῦτ' ἔστιν, τῇδε κἀκεῖσε περιστραφήσονται, καταδακόντες τοὺς ἐκ δεξιῶν, τοὺς ἐξ εὐωνύμων, φειδόμενοί τε μηδαμῶς οὐδενὸς, καὶ ἀκόρεστον ἔχοντες τῆς κατ' ἀλλήλων ἐφόδου τὸν πόθον. Οὐ γὰρ μὴ ἐμπλησθῇ, φησὶν, ἄνθρωπος ἐσθίων τὰς σάρκας τοῦ βραχίονος αὐτοῦ. Ὢ παραδόξου πράγματος! Οὐδὲ ἑαυτῶν φείσονται, φησὶν, ὡς ἐξ ἀκράτου μανίας. Ἀπεγνωκότες γὰρ ἅπαξ πρὸς πᾶν ὁτιοῦν τῶν ἐκτοπωτάτων βαδιοῦνται νεανικῶς. Εἶτά φησιν, ὅτι Φάγεται γὰρ Μανασσῆς τοῦ Ἐφραῒμ, καὶ Ἐφραῒμ τοῦ Μανασσῆ. Ἐφραῒμ δὲ καὶ Μανασσῆς

δύο γεγόνασιν ἀδελφοί, καὶ Ἰωσὴφ υἱοί. Ἀλλ' οὐδὲ A τοῖς ἐξ αἵματος, φησίν, εἰς διάθεσιν συνημμένοις βραβεύσει τότε τὴν εἰρήνην ἡ φύσις· ἀργήσουσι τῆς συγγενείας οἱ νόμοι. Κατεξαναστήσονται γὰρ ἀλλήλων ἀδελφοὶ καὶ ὁμόσποροι, εἷς τε καθ' ἑνὸς, καὶ καθ' ἑτέρου δύο. Φάγεται γάρ, φησί, Μανασσῆς τοῦ Ἐφραῒμ, καὶ Ἐφραῒμ τοῦ Μανασσῆ, ὅτι ἅμα πολιορκήσουσι τὸν Ἰούδαν. Συγχύσεως οὖν ἄρα τὰ πάντα μεμέστωτο, καὶ ἀδιάκριτα πᾶσι τὰ ἐξ ὀργῆς, καὶ καθ' ὧν οὐ θέμις, καὶ παρ' ὧν οὐ θέμις. Καὶ ταυτὶ μὲν, ὡς ἔφην, ἱστορικῶς ταῖς τῶν Ἰουδαίων ἀγέλαις συνέβη παθεῖν. Παραφυλακτέον δὲ καὶ ἡμῖν αὐτοῖς. Κολάζεται γὰρ τὸ δυσήκοον, καὶ εἴ τις εἰς τοῦτο πέσοι, ὡς ὑπὸ πυρὸς καυθήσεται, καταφλεγούσης αὐτὸν καὶ σαρκικῆς ἡδονῆς, καὶ θερμῆς ἐπιθυμίας. Ἕξει δὲ καὶ εἰς νοῦν καὶ καρδίαν ἀφόρητον B μάχην· κατεξαναστήσεται γὰρ τοῦ πνεύματος ἡ σάρξ, καὶ ἐν θορύβοις ἔσται πολλοῖς. Διὸ, καθά φησιν ὁ θεσπέσιος Παῦλος· « Ἐν πνεύματι περιπατεῖτε, καὶ ἐπιθυμίαν σαρκὸς οὐ μὴ τελέσητε. » Ὑποταττόμενοι γὰρ τῷ Θεῷ περιπατήσομεν ἐν πνεύματι, καὶ κρείττους ἐσόμεθα σαρκικῶν ἐπιθυμιῶν, καὶ τὰς εἰς νοῦν ἔσω νικήσομεν φλόγας, καὶ ἀστασίαστον τηρήσομεν τὴν καρδίαν. Ἡ γὰρ εἰρήνη τοῦ Θεοῦ, καθὰ γέγραπται, ἡ ὑπερέχουσα πάντα νοῦν, φρουρήσει τὰς καρδίας ἡμῶν καὶ τὰ νοήματα ἡμῶν.

enim alius in alium fratres, et eodem prognati semine, unus in unum, duo in alterum. Comedet nempe, inquit, Manasses Ephraim, et Ephraim Manassem, quoniam simul Judam oppugnabunt: itaque confusione repleta sunt omnia, et in quos non licebat, et a quibus non licebat, permiscue furor egit omnia. Et hæc quidem historice, quemadmodum dixi, cœtui Judæorum acciderunt. Nobis autem ipsis etiam cavendum est. Punitur enim inobedientia, et in quam quisquis recidit, tanquam igni comburetur, eumque et carnalis voluptas, et ardens cupiditas incendent: ac erit ei intus in animo ac corde pugna intolerabilis, ac insurget contra spiritum caro, et ingens erit jactatio ac tumultuatio. Quare sicuti et divinus Paulus inquit: « Spiritu ambulate, et cupiditatem carnis ne perfeceritis [11]. » Nam si Deo subditi sumus, ambulabimus in spiritu, et carnales cupiditates superabimus, internasque animi faces vincemus, et cor tranquillum pacatumque conservabimus. Pax enim Dei, sicut scriptum est [12], quæ superat omnem mentem, custodiet corda nostra, et cogitationes nostras.

Ἐπὶ πᾶσι τούτοις οὐκ ἀπεστράφη ὁ θυμὸς, ἀλλ' ἔτι χεὶρ ὑψηλή. Οὐαὶ τοῖς γράφουσι πονηρίαν. Γράφοντες γὰρ πονηρίαν γράφουσιν· ἐκκλίνοντες κρίσιν πτωχῶν, καὶ ἁρπάζοντες κρίματα πενήτων τοῦ λαοῦ μου, ὥστε εἶναι αὐτοῖς C *χήραν εἰς ἁρπαγὴν, καὶ ὀρφανὸν εἰς προνομήν. Καὶ τί ποιήσωσιν ἐν τῇ ἡμέρᾳ τῆς ἐπισκοπῆς; Ἡ γὰρ θλίψις ὑμῖν πόῤῥωθεν ἥξει· καὶ πρὸς τίνα καταφεύξεσθε, τοῦ βοηθηθῆναι; καὶ ποῦ καταλήψετε τὴν δόξαν ὑμῶν, τοῦ μὴ ἐμπεσεῖν εἰς ἐπαγωγήν;*

CAP. X. VERS. 1-4. *In omnibus his non aversus est furor, sed adhuc manus excelsa. Væ qui scribunt iniquitatem. Scribentes enim iniquitatem scribunt; declinantes judicium pauperum, et diripientes jus inopibus populi mei, quo viduas habeant prædæ,* **170** *et pupillos diripiant. Quid vero facient in die visitationis? Afflictio enim vobis de longe veniet. Et ad quem perfugietis, ut auxilium consequamini? Et ubi relinquetis gloriam vestram, ne incidatis in abductionem?*

Ὅτε τὰς τῶν Ἰουδαίων συμφορὰς, καὶ τὰ ἐσόμενα βλάβη διὰ τῆς τῶν πολεμίων χειρὸς, πλατύτερον ἡμῖν ὁ προφητικὸς ἐξηγεῖται λόγος, τότε δὴ λίαν σοφῶς τε καὶ οἰκονομικῶς ἐπιφέρει τὰς αἰτίας, ἐφ' αἷς ὁ τῶν ὅλων λελύπηται Θεὸς, καὶ πειρᾶται διδάσκειν ὅτι ψῆφος ἐπ' αὐτοῖς ὁσία γέγονε καλοῦσα πρὸς δίκην. Οὐ γὰρ ἀδίκως ἐκτείνεται δίκτυα πτερωτοῖς, κατὰ τὸ γεγραμμένον. Οὐαὶ τοίνυν, φησί, τοῖς γράφουσι πονηρίαν. Γράφοντες γὰρ πονηρίαν γράφουσιν, D ἐκκλίνοντες κρίσιν πτωχῶν, καὶ ἁρπάζοντες κρίματα πενήτων τοῦ λαοῦ μου. Ἦσαν μὲν γὰρ παρὰ τοῖς Ἰουδαίοις οἱ καλούμενοι γραμματεῖς. Ἔργον δὲ ἦν αὐτοῖς τὸν ἐφ' ἑκάστῳ πράγματι τοῦ νόμου σκοπὸν τοῖς ἐθέλουσι μαθεῖν σαφῆ τε ποιεῖν, καὶ τοῖς τὸ διακρίνειν λαοὺς ἐγκεχειρισμένοις τὰ τοιάδε προσβαλεῖν. Γέγραπται δὲ, ὅτι « Χείλη ἱερέως φυλάξεται κρίσιν, καὶ νόμον ἐκζητήσουσιν ἐκ στόματος αὐτοῦ. » Ἡττώμενοι τοίνυν αἰσχρῶν λημματίων, ἀδίκους ἐποιοῦντο τὰς συγγραφὰς, τὸ τῷ θείῳ νόμῳ δοκοῦν ἀνοσίως ἐκκαπηλεύοντες, καὶ οἱονεὶ μίσγοντες τὸν οἶνον ὕδατι, καὶ τὸ καθαρὸν ἀργύριον, ἀδόκιμον ἀπο-

Cum Judæorum calamitates, et incommoda hostili manu futura, latius nobis propheticus sermo exponit, tunc prudentissime quoque et apposite infert causas, propter quas universitatis Deus offensus est, docereque conatur, causam hanc esse sanctum decretum Dei, ad pœnam vocantis. Non enim injuste tenduntur retia volucribus, juxta id quod scriptum est. Væ igitur, inquit, qui scribunt iniquitatem. Scribentes enim iniquitatem scribunt, detorquentes judicium pauperum, et eripientes jus inopibus populi mei. Exstiterunt etenim apud Judæos Scribæ, ut vocantur, quorum officium erat, legis scopum ac in quaque re sensum quibuslibet discere volentibus explicare, et quibus judicandorum populorum munus erat demandatum hæc suggerere. Scriptum vero est: « Labia sacerdotis custodient judicium, et legem exquirent ab ore ejus [13]. » Itaque turpis quæstus illecebra victi libros iniquos scribebant, legis mentem impie cauponantes, et velut vinum aquæ miscentes, et purum argentum, adulterinum reddentes, ut viduam injuria afficerent,

[11] Galat. v, 16. [12] Philipp. iv, 7. [13] Malach. ii, 7.

et eriperent jus pauperibus, ac orphanum veluti prædam aliquam ditescere volentibus facile expositam subjicerent. At, inquit, isti, quid facient in die visitationis? Visitationis autem diem vocat belli tempus, quo inspexit Deus scribentes iniquitatem, et recta legis judicia detorquentes. Quæ enim opes vobis opitulabuntur? inquit. Quonam pacto congregatarum a vobis rerum ex avaritia coacervatio juvabit? Injuriam fecistis, corrupistis legem, proculcastis consilium legislatoris : jam quo tandem evadetis? quid etiam agetis, aut quid loquemini, quo effugiatis diem visitationis? Afflictio etenim vobis a longe veniet. Pugnabant quippe Judæi sæpenumero adversus accolas gentes, Idumæos inquam et Elamitas, et Moabitas, et Syros, et qui Philistini dicuntur : evenitque ut multis meliores, ac in pugna superiores viderentur. Sed nunc, inquit, afflictio vestra procul veniet, **171** id est, non adversus Idumæos vobis certamen erit, non adversum Moabitas bellum, sed nec adversus ullos accolas, quos aliquando subegistis, et ex prælio majorem laudem consecuti, corona nobilissima redimiti estis: sed nunc vobis afflictio procul veniet. Videtur autem hinc vel Assyriorum incursionem, vel Romanorum subindicare. Nam et hi et illi e longinquo venerunt. Incumbente vero afflictione, ubi relinquetis vestram gloriam, ut non incidatis in abductionem? Fregistis enim, inquit, sæpe hostes, et invadentibus restitistis, ac urbes et regiones vestras conservastis : nunc autem gloriam istam ubi relinquetis? Cadetis enim omnes, fortitudine, quæ sæpe contra alios valuit, nullo modo vos juvante. Quid enim facietis ut non incidatis in abductionem? Abductionem vocat, illatam ipsis ab ira divina, et bellicam calamitatem. Deo nimirum inducente delinquentibus pœnas, quis avertet? Aut qua ratione qui pœnæ et supplicio obnoxii sunt, juvabuntur? nulla. Etenim et divinus David psallit dicens : « Domine, ne in furore tuo arguas me, neque in ira tua corripias me [14]. » Et rursus : « Tu es terribilis, et quis resistet tibi? ex tunc ira tua [15]. » Amolietur siquidem divinam iram nemo. At eam quasi emollit pœnitentia : imo, ne quatietur quidem prorsus imperium, si quis velit recte et legitime et secundum oraculorum ejus placita vivere.

A φαίνοντες, ἵνα χήραν ἀδικῶσι, καὶ ἁρπάζωσι χρήματα πενήτων, καὶ τοῖς ἐκ πλεονεξίας κακοῖς ὑπάγωσιν ὀρφανὸν, καθάπερ τινὰ προνομὴν τοῖς ἐθέλουσι πλουτεῖν ἑτοίμως παρεῤῥιμμένην. Ἀλλ' οὗτοι, φησὶ, τί ποιήσουσιν ἐν τῇ ἡμέρᾳ τῆς ἐπισκοπῆς; Ἐπισκοπῆς δέ φησιν ἡμέραν, τὸν τοῦ πολέμου καιρὸν, καθ' ὃν ἐπεσκέψατο Θεὸς τοὺς γράφοντας πονηρίαν, καὶ τὰ ὀρθὰ τοῦ νόμου κρίματα διαστρέφοντας. Ποῖος γὰρ ὑμῖν πλοῦτος βοηθήσει, φησίν; Ὀνήσει δὲ κατὰ τίνα τρόπον τῶν ἐκ πλεονεξίας ὑμῖν συνειλεγμένων ἡ ἄθροισις; Ἠδικήσατε, κατεφθείρατε νόμον, πεπατήκατε τὸν τοῦ νομοθέτου σκοπόν. Εἶτα ὅποι ποτὲ βαδιεῖσθε; τί δὲ καὶ δρῶντες ἢ λέγοντες, διαφεύξεσθε τὴν ἡμέραν τῆς ἐπισκοπῆς; Ἡ γὰρ θλίψις ὑμῖν πόῤῥωθεν ἥξει. Ἐμάχοντο μὲν γὰρ Ἰουδαῖοι πλειστάκις B πρὸς τὰ περίοικα τῶν ἐθνῶν, Ἰδουμαίους τέ φημι καὶ Ἐλαμίτας, Μωαβίτας, καὶ Σύρους, καὶ τοὺς καλουμένους Φιλιστιείμ· συνέβαινε δὲ καὶ ἀμείνους ὁρᾶσθαι πολλῶν κρατοῦντας ἐν μάχαις. Ἀλλὰ νῦν, φησὶν, ἡ θλίψις ὑμῖν πόῤῥωθεν ἥξει· τοῦτ' ἔστιν, Οὐ πρὸς Ἰδουμαίους ὑμῖν ἡ μάχη, οὐ πρὸς Μωαβίτας ὁ πόλεμος· ἀλλ' οὐδὲ πρός τινας τῶν ὁμόρων, ὧν ἔσθ' ὅτε καὶ κεκρατήκατε, καὶ τὴν ἀμείνω λαχόντες ψῆφον ἐν μάχῃ τὸν τῆς εὐκλείας ἀνεδήσασθε στέφανον· ἀλλὰ νῦν ὑμῖν ἡ θλίψις πόῤῥωθεν ἥξει. Ἔοικε δὲ διὰ τούτων, ἢ τῶν Ἀσσυρίων τὴν ἔφοδον, ἤγουν τὴν τῶν Ῥωμαίων ὑποδηλοῦν. Πόῤῥωθεν γὰρ οὗτοί τε κἀκεῖνοι. Ἐπενηνεγμένης δὲ τῆς θλίψεως, ποῦ καταλήψετε τὴν ἑαυτῶν δόξαν, τοῦ μὴ ἐμπεσεῖν εἰς τὴν ἐπαγωγήν; Κατηνδρίσασθε μὲν γὰρ πολλάκις, φησὶ, τῶν C ἐχθρῶν, καὶ τοῖς ἐπιοῦσιν ἀντανιστάμενοι σεσώκατε τὰς παρ' ὑμῖν πόλεις τε καὶ χώρας. Νυνὶ δὲ τὴν ἐπὶ τούτῳ δόξαν ποῦ καταλήψετε; πεσεῖσθε γὰρ πάντες, κατ' οὐδένα τρόπον ὠφελούσης ὑμᾶς τῆς κατὰ τῶν ἑτέρων εὐανδρίας. Τί γὰρ ποιήσετε τοῦ μὴ ἐμπεσεῖν εἰς ἐπαγωγήν; Ἐπαγωγὴν δέ φησι, τὴν ἐπενεχθεῖσαν αὐτοῖς ὡς ἀπό γε τῆς θείας ὀργῆς, καὶ τὴν ἐκ τοῦ πολέμου συμφοράν. Θεοῦ γὰρ ἐπάγοντος τοῖς πλημμελοῦσι τὰς δίκας τίς ὁ ἀποστρέψων; ἢ ποῖος ἂν τοῖς ὑπὸ ποινὴν καὶ κόλασιν ἐπικουρήσει τρόπος; οὐκ ἔστιν οὐδείς. Τοιγάρτοι καὶ ὁ θεσπέσιος Δαβὶδ ψάλλει καί φησιν· « Κύριε, μὴ τῷ θυμῷ σου ἐλέγξῃς με, μηδὲ τῇ ὀργῇ σου παιδεύσῃς με. » Καὶ πάλιν· « Σὺ φοβερὸς εἶ, καὶ τίς ἀντιστήσεταί σοι; Ἀπὸ τότε ἡ ὀργή σου. » Ἀποστρέψει μὲν οὖν οὐδεὶς τὴν θείαν ὀργήν. Καταμαλάσσει δὲ ὥσπερ αὐτὴν ἡ μετάγνωσις· μᾶλλον δὲ οὐδ' ἂν ὅλως σαλεύοιτο τὴν ἀρχὴν, εἰ δὴ βιοῦν ἐθέλοι τις ὀρθῶς καὶ ἐννόμως, καὶ κατά γε τὸ δοκοῦν τοῖς παρ' αὐτοῦ θεσπίσμασιν.

VERS. 5-10. *In omnibus his non aversus est furor, sed etiamnum manus excelsa. Væ Assyriis, virga furoris mei, et ira est in manibus eorum. Iram meam in gentem iniquam mittam, et populo meo edicam ut faciat spolia, et prædas agat, et conculcet urbes, et redigat eas in pulverem. Ipse autem non sic cogitavit, et animo non sic reputavit : sed mutabit animum suum, ut etiam disperdat gentes non paucas. Quod si dixerint ei : Tu solus es princeps ; et dicet : Non cepi regionem quæ est supra Babylonem, et Chalanem, ubi*

D *Ἐπὶ τούτοις πᾶσιν οὐκ ἀπεστράφη ὁ θυμὸς, ἀλλ' ἔτι ἡ χεὶρ ὑψηλή. Οὐαὶ Ἀσσυρίοις, ἡ ῥάβδος τοῦ θυμοῦ μου, καὶ ἡ ὀργή ἐστιν ἐν ταῖς χερσὶν αὐτῶν. Τὴν ὀργήν μου εἰς ἔθνος ἄνομον ἀποστελῶ, καὶ τῷ ἐμῷ λαῷ συντάξω τοῦ ποιῆσαι σκῦλα καὶ προνομὴν, καὶ καταπατεῖν τὰς πόλεις, καὶ θεῖναι αὐτὰς ὡς κονιορτόν. Αὐτὸς δὲ οὐχ οὕτως ἐνεθυμήθη, καὶ τῇ ψυχῇ οὐχ οὕτως λελόγισται· ἀλλὰ ἀπαλλάξει ὁ νοῦς αὐτοῦ, καὶ τοῦ ἐξολοθρεῦσαι ἔθνη οὐκ ὀλίγα. Καὶ ἐὰν εἴπωσιν*

[14] Psal. VI, 1. [15] Psal. LXXV, 8.

αὐτῷ, Σὺ μόνος εἶ ἄρχων, καὶ ἐρεῖ· Οὐκ ἔλαβον τὴν χώραν τὴν ἐπάνω Βαβυλῶνος καὶ Χαλάνη, οὗ ὁ πύργος ᾠκοδομήθη. Ἔλαβον Ἀραβίαν καὶ Δαμασκὸν, καὶ Σαμάρειαν; Ὃν τρόπον ταύτας ἔλαβον, καὶ πάσας τὰς χώρας λήψομαι.

Πανταχοῦ τῆς οἰκείας δόξης πεφροντικότα Θεὸν εὑρήσομεν. Χαλεπαίνειν μὲν γὰρ εἰ δή τινας βλέποι καταφρονεῖν ᾑρημένους, καὶ παρ' οὐδὲν ποιεῖσθαι σπουδάζοντας τὸ αὐτῷ δοκοῦν, πάντα δὲ ὥσπερ σείοντας κάλον, εἴς γε τὸ δεῖν ἀπονεῦσαι πρὸς τὰ ἐκτοπώτατα. Περιτρέπει δὲ τοὺς τοιούτους μονονουχὶ καὶ ἀνασειράζων εὐσθενῶς, εἰς τὸ ὅτι μάλιστα τελοῦν εἰς ὄνησιν αὐτοῖς. Οὕτω γάρ πού φησι καὶ ὁ μακάριος Δαβίδ· « Ἐν χαλινῷ καὶ ἐν κημῷ τὰς σιαγόνας αὐτῶν ἄγξαις τῶν μὴ ἐγγιζόντων πρὸς σέ. Πολλαὶ αἱ μάστιγες τοῦ ἁμαρτωλοῦ. » Ἐπιφέρει δὲ τοῖς πλημμελοῦσι τὴν κόλασιν, οἷόν τινα ῥάβδον εἰς χεῖρας ἐπιδιδοὺς τὴν ἰδίαν ὀργὴν ἀνδράσιν οὐκ ἀγαθοῖς, ἵν' αὐτοὶ γένοιντο κολασταὶ τῶν ἠσεβηκότων. Συμβαίνει δὲ τοὺς εἰς τοῦτο παρειλημμένους φρονῆσαί τι μέγα κατὰ τῶν κεκολασμένων, μᾶλλον δὲ κατὰ τοῦ παραδόντος αὐτούς. Οὐ γὰρ ἐννοοῦσιν ὅτι κεκρατήκασιν αὐτῶν ἐφέντος Θεοῦ, καὶ ψῆφον ἐπάγοντος τὴν τοῦ χρῆναι παθεῖν αὐτούς· οἴονται δὲ ὅτι καὶ σώζειν ἐθέλοντος κεκρατήκασι. Μεθίστησι τοίνυν ἐπ' αὐτοὺς τὴν ὀργὴν, καὶ σφόδρα εἰκότως. Ἐπειδὴ δὲ τοῖς ὑπερηφάνοις ἀντιτάττεται, κατασείει μὲν αὐτῶν τὴν ὀφρὺν, ποιναῖς δὲ ὑποτιθεὶς ταῖς αὐτοῖς πρεπούσαις, πειρᾶται πληροφορεῖν ὅτι μὴ τῆς ἰσχύος ἐκείνων ἔργον ἦν, ἀλλὰ τῶν παρ' αὐτοῦ νευμάτων τὸ κρατῆσαι τῶν κεκολασμένων. Πέπονθέ τι τοιοῦτον ὁ τῶν Ἀσσυρίων βασιλεύς. Ἐπειδὴ γὰρ εἷλε τὴν Ἰουδαίαν, καὶ πεπόρθηκε τὰς πόλεις, μέγα πεφρόνηκεν ἐφ' ἑαυτῷ, καὶ δὴ καὶ ᾤετο τῆς ἁγίας κρατῆσαι γῆς, καὶ παρὰ βούλησιν Θεοῦ τοῦ προεστηκότος αὐτῆς, καὶ σώζειν ὑπισχνουμένου. Ταύτης ἕνεκα τῆς αἰτίας φησὶν, οὔπω μὲν ἀπεστράφθαι τὸν θυμὸν, ἐπενεχθήσεσθαι δὲ καὶ Ἀσσυρίοις τὸ, οὐαί. Καὶ ποία τίς ἐστιν ἡ τοῦδε πρόφασις; Ἡ μὲν γὰρ ῥάβδος, φησὶ, τῆς ἐμῆς ὀργῆς, ἐν ταῖς αὐτῶν δέδοται χερσὶν, παρ' ἐμοῦ δηλονότι, ὥστε καταπαίειν ἐν αὐτῇ τοὺς εἰς ἐμὲ δεδυσσεβηκότας. Ἐγὼ συνέταξα αὐτοῖς, ὥστε ποιῆσαι σκύλα, καὶ προνομὴν τὸν ἐμὸν λαὸν, καὶ καταπατεῖν τὰς πόλεις, καὶ θεῖναι αὐτὰς εἰς κονιορτόν. Εἰ μὴ γὰρ τὴν σώζουσαν ἀπέστησα χεῖρα, καὶ γυμνοὺς ἀπέφηνα τῆς ἀεὶ καὶ συνήθους αὐτοῖς, καὶ παρ' ἐμοῦ δοθείσης ἐπικουρίας, οὐδ' ἂν ἥλωσάν ποτε, κρείττους ἀεὶ γεγονότες δι' ἐμοῦ τῶν ἐχθρῶν. Αὐτός γε μὴν ὁ Ἀσσύριος οὐχ οὕτως ἐνεθυμήθη, καὶ τῇ ψυχῇ οὐχ οὕτω λελόγισται, ἀλλ' ὅσον ἦκεν εἰς τὸν αὐτοῦ νοῦν, ἀπαλλάξει· τοῦτ' ἔστιν, ὀλοθρεύσει ἔθνη οὐκ ὀλίγα. Οἴεται γὰρ ὅτι ταῖς αὐτοῦ δυνάμεσιν ἀνταναστήσεται μὲν οὐδεὶς, κρατήσει γε πάντως ἀμογητὶ, καὶ παντὸς ἔθνους ἔσται δεσπότης, ἀντεξάγοντος οὐδενός. Ἀπληστον δὲ οὕτως ἔχοντι τὴν ψυχὴν, καὶ ἀεὶ τῶν ὅλων κρατεῖν ἐθέλοντι, κἂν εἰ προσίοι τις λέγων· Σὺ μόνος εἶ ἄρχων, τοῦτ' ἔστιν; ἆρα δυνήσῃ μόνος ἁπάσης κατ-

turris ædificata est. Cepi Arabiam, et Damascum, et Samariam: quemadmodum cepi has, etiam cunctas regiones capiam.

Ubique Deum suæ gloriæ curam habuisse inveniemus. Etenim indigne fert jam cum videt aliquos placita sua contemnere, **172** ac pro nihilo ducere, et omnem funem movere ut ad omne genus turpitudinis deflectant. Tales autem ille convertit, et tantum non trahit fortiter ad id quod in eorum commodum maxime cedit. Sic enim inquit beatus David: « In camo et freno maxillas eorum constringes, qui non appropinquant ad te. Multa flagella peccatoris [16]. » Infert autem supplicium his qui delinquunt, tradens iram suam veluti virgam quamdam in manus hominum non bonorum, ut sint impiorum castigatores. Contingit autem eos qui ad hoc assumpti sunt, alto elatoque esse animo contra eos in quos animadvertitur, imo vero in eum qui eos tradidit. Non enim considerant hi, permittente Deo, et sententiam ferente ut paterentur illi, se eos subegisse. At vero isti etiam ipso servare volente se vicisse existimant. Derivat ergo hanc iram in illos, et jure quidem optimo. Dum vero superbis resistit [17], eorumque superbiam deprimit, et cum pœnas irrogat ipsis dignas, plenam fidem astruere conatur, non fortitudinis eorum opus, sed ipsius nutus et voluntatis fuisse, ut eos punitos superarent. Simile quiddam accidit regi Assyriorum. Postquam enim cepisset Judæam, urbesque vastasset, altum apud se sapuit, et sane putavit se terram sanctam, præter voluntatem Dei ei præsidentis, et servare promittentis, subacturum. Hanc ob causam dicit, nondum furorem suum aversum, sed illud væ inducendum Assyriis. Et quæ tandem hujus rei causa? Virga enim, ait, iræ meæ, in manus eorum traditur, a me videlicet, ut illa feriat eos qui in me impietatem moliti sunt. Ego mandavi illis ut spolia faciant, et prædæ habeant populum meum, et proculcent urbes, et in pulverem eas redigant. Si enim manum servatricem non subduxissem, et auxilio semper et solito et a me tradito non denudassem, capti non fuissent unquam, per me superiores semper facti hostibus. Cæterum ipse Assyrius non sic cogitavit, neque sic animo reputavit, sed quod ad ejus quidem animum spectat, mutabit, id est, evertet gentes non paucas. Putat enim resistere posse neminem suis viribus, sed absque labore se cunctas adeo gentes debellaturum, foreque dominum, nullo se opponente. Ita dum **173** inexplebilem animum habet, et rerum summa potiri vult, si accedat aliquis dicens ei: Tu solus es princeps, id est, an tu possis solus imperitare orbi terrarum? Ad hæc, inquit, superbam vocem emittens, dicet: Nonne cepi regionem quæ est supra Babylonem, et Chalanen, ubi turris ædificata est? Cepi Arabiam, et Dama-

[16] Psal. XXXI, 9, 10. [17] Jac. IV, 6.

scum, et Samariam : quemadmodum cepi has, ita omnes regiones capiam. Chalane igitur, ubi turris ædificata a majoribus, in extremis quodammodo Orientis partibus, ultra regionem et terram Babyloniorum sita est. Itaque quemadmodum, inquit, in ipsis finibus orientalis terræ, mei regni terminos constitui, cepi autem Damascum et Samariam, quibus dii ipsorum nequaquam succurrerunt, sic et alias regiones exteras capiam. Quod autem Rapsaces verba referens ab Assyriorum rege, sedentibus in muro dixerit, necesse habeo commemorare. Hæc dicit rex Assyriorum : Ne decipiat vos Ezechias sermonibus qui vos eripere non poterunt. Nec dicat vobis Ezechias, erepturum vos Deum ; et post alia rursus : Num liberarunt dii gentium suam quisque regionem e manu regis Assyriorum? Ubi est deus Amath, et Arphath? Et ubi est deus civitatis Sepharaim? Num potuerunt eripere Samariam e manu mea? Quis tandem est ex omnium gentium illarum diis, qui terram suam ex manu mea liberavit, quoniam liberabit Deus Israelem de manu mea? Proinde regem Assyriorum, qui de se magnifice sensit, et divinam majestatem deridere voluit, pœnis subjecturum se denuntiat. Etenim et nobis ipsis superbiæ morbus odio est habendus : cum autem contra ipsam divinam majestatem audaci animo inflatus fuerit, tunc, tunc væ, et quidem justissime, hoc facere volentibus irrogabitur.

A ἄρξαι τῆς ὑπ' οὐρανόν; Πρὸς τοῦτο, φησὶν, ὑπέροπτον ἀφήσει φωνὴν, ἐκεῖνο λέγων· Οὐκ ἔλαβον τὴν χώραν τὴν ἐπάνω Βαβυλῶνος, καὶ Χαλάννη, οὗ ὁ πύργος ᾠκοδομήθη; Ἔλαβον Ἀραβίαν, καὶ Δαμασκὸν, καὶ Σαμάρειαν· ὃν τρόπον ταύτας ἔλαβον, καὶ πάσας τὰς χώρας λήψομαι. Χαλάννη, οὗ ὁ πύργος ᾠκοδομήθη παρὰ τῶν ἀρχαιοτέρων, κεῖται μὲν ἐν ἐσχάτοις τρόπον τινὰ τῆς ἑῴας μέρεσιν, ἐπέκεινα δὲ τῆς Βαβυλωνίων χώρας τε καὶ γῆς. Ὥσπερ οὖν, φησὶν, ἐξ αὐτῶν τερμάτων τῆς ἑῴας γῆς τῆς ἐμαυτοῦ βασιλείας τέθεικα τοὺς ὅρους, εἷλον δὲ Δαμασκὸν καὶ Σαμάρειαν, ὠφελημένας οὐδὲν ἀπό γε τῶν ἐν αὐταῖς θεῶν· οὕτω καταλήψομαι καὶ τὰς ἔξω χώρας. Μεμνῆσθαι δὲ ἀναγκαῖον ὅτι καὶ Ῥαψάκης, τὰς παρὰ τοῦ βασιλέως Ἀσσυρίων ἀναγγέλλων φωνὰς, προσπεφώ- B νηκε τοῖς ἐν τῷ τείχει καθημένοις· Τάδε λέγει ὁ βασιλεὺς Ἀσσυρίων. Μὴ ἀπατάτω ὑμᾶς ὁ βασιλεὺς Ἐζεκίας λόγοις, οἳ οὐ δυνήσονται ῥύσασθαι ὑμᾶς· καὶ μὴ λεγέτω ὑμῖν Ἐζεκίας, ὅτι Ῥύσεται ἡμᾶς ὁ Θεός· καὶ μεθ' ἕτερα πάλιν· Μὴ ἐῤῥύσαντο οἱ θεοὶ τῶν ἐθνῶν ἕκαστος τὴν ἑαυτοῦ χώραν ἐκ χειρὸς βασιλέως Ἀσσυρίων; ποῦ ἐστιν ὁ θεὸς Ἐμὰθ καὶ Ἀρφάθ; καὶ ποῦ ἐστιν ὁ θεὸς τῆς πόλεως Σεπφαρουείμ; μὴ ἐδύναντο ῥύσασθαι Σαμάρειαν ἐκ χειρός μου; τίς τῶν θεῶν πάντων τῶν ἐθνῶν τούτων ἐῤῥύσατο τὴν γῆν αὐτοῦ ἐκ χειρός μου, ὅτι ῥύσεται Ἰσραὴλ ἐκ χειρός μου; Μεγάλα τοίνυν πεφρονηκότα τὸν Ἀσσύριον, καὶ τῆς θείας ὀργῆς καταμειδιῶν ᾐρημένον ὑποθήσειν ἐπαγγέλλεται ταῖς δίκαις. Ἀπηχθημένον μὲν γὰρ καὶ παρ' ἡμῖν αὐτοῖς τῆς ἀλαζονείας τὸ πάθος. Ὅταν δὲ δὴ καὶ αὐτῆς τῆς θείας καταθρασύνηται δόξης, τότε δὴ τότε τὸ οὐαὶ καὶ σφόδρα δικαίως τοῖς τοῦτο δρᾷν ἐθέλουσι ἐποισθήσεται.

VERS. 11. *Ululate sculptilia in Jerusalem et in Samaria. Quemadmodum enim feci Samariæ ejusque manufactis, sic faciam et Jerusalem, et idolis ejus.*

Induxit modo alta et tumida cogitantem Assyrium. Samariæ enim urbes deletæ cum essent, diis falso nuncupatis non succurrentibus, imo incensis etiam cum ipsis delubris et altaribus : cumque subjicere ditioni suæ **174** Hierosolymam sive Judæam, etiam invito sempiterno ejus assertore et conservatore Deo, cogitasset, causas illico nobis, et cur ipsa caperetur Samaria, compluresque urbes Judææ, prophetica oratio adjicit. Hinc nec sane immerito ipsum impietatis genus in memoriam redigit, eosque ululare jubet et plorare : et tantum non obstupefactus præ defectione a singulari illa pietate, proclamat : Ululate sculptilia in Jerusalem et Samaria. Nam ubi dignis honoribus Deum universitatis colere oportuit, illic contemnitur, et honore suo congruente et debito privatus est. Sculptilibus siquidem veneratione attributa, ausi sunt miseri dicere ligno : « Deus meus es tu ; et lapidi : Tu genuisti me [18]. » Itaque velut attonitus propheta, hanc exclamationem facit : scilicet, sculptilia in Jerusalem et in Samaria. Cujusmodi est quod et voce Jeremiæ dicit de Jerusalem : Quid dilecta fecit in

C *Ὀλολύξατε τὰ γλυπτὰ ἐν Ἱερουσαλὴμ καὶ ἐν Σαμαρείᾳ. Ὃν τρόπον γὰρ ἐποίησα Σαμαρείᾳ καὶ τοῖς χειροποιήτοις αὐτῆς, οὕτως ποιήσω καὶ ἐν Ἱερουσαλὴμ, καὶ τοῖς εἰδώλοις αὐτῆς.*

Εἰσκεκόμικεν ἀρτίως ὑψηλὰ καὶ ὑπέρογκα πεφρονηκότα τὸν Ἀσσύριον. Ἐπειδὴ γὰρ τὰς τῆς Σαμαρείας ὠλόθρευσε πόλεις οὐκ ἐπικουρούντων αὐταῖς τῶν ψευδωνύμων θεῶν, κατεμπρησθέντων δὲ πάλιν αὐτοῖς τεμένεσι καὶ βωμοῖς. Διατεθειμένου δὲ ὅτι καὶ αὐτὴν ὑπὸ χεῖρα ποιῆσαι τὴν Ἱερουσαλὴμ, ἤτοι τὴν Ἰουδαίαν, καὶ εἰ μὴ βούλοιτο τυχὸν ὁ προασπίζων αὐτῆς ἀεί τε σώζων Χριστὸς, τὰς αἰτίας εὐθὺς ὁ προφητικὸς ἡμῖν παρατίθησι λόγος τοῦ καὶ αὐτὴν ἁλῶναι τὴν Σαμάρειαν, πλείστας δὲ ὅσας καὶ τῆς D Ἰουδαίας πόλεις. Ταύτῃ τοι καὶ μάλα εἰκότως τῶν τῆς δυσσεβείας τρόπων εἰς ἀνάμνησιν ἀποφέρει, ὀλολύζειν τε αὐτοὺς, καὶ κατοιμώζειν κελεύει. Μόνον δὲ οὐχὶ κατατεθηπὼς τὴν ἀπόστασιν ἐκ φιλοθεΐας τῆς ἄγαν ἀναφωνεῖ· Ὀλολύξατε, γλυπτὰ ἐν Ἱερουσαλὴμ καὶ ἐν Σαμαρείᾳ. Ὅπου γὰρ ἔδει ταῖς καθηκούσαις τιμαῖς τὸν τῶν ὅλων καταγεραίρεσθαι Θεὸν, ἐκεῖ παροράται, καὶ τῆς αὐτῷ πρεπούσης τε καὶ ὀφειλομένης τιμῆς ἐστέρηται. Γλυπτοῖς γὰρ τὸ σέβας ἀναθέντες οἱ δείλαιοι, τετολμήκασιν εἰπεῖν τῷ ξύλῳ· « Θεός μου εἶ σύ· καὶ τῷ λίθῳ, Σὺ ἐγέννησάς με. » Οὐκοῦν μετ' ἐκπλήξεως οἱονεὶ τῷ προφήτῃ γέγονεν

[18] Jerem. II, 27.

A ἀναφώνημα τὸ εἰρημένον· τοῦτ' ἔστιν, γλυπτὰ ἐν Ἱερουσαλὴμ καὶ ἐν Σαμαρείᾳ. Τοιοῦτόν τι καὶ διὰ φωνῆς Ἱερεμίου φησὶ περὶ τῆς Ἱερουσαλήμ· Τί ἡ ἠγαπημένη ἐν τῷ οἴκῳ μου ἐποίησε βδέλυγμα; ἔφη δέ που καὶ δι' ἑνὸς προφήτου· « Σκοπὸς Ἐφραῒμ μετὰ Θεοῦ, προφήτης παγὶς σκολιὰ, ἐπὶ πάσας ὁδοὺς αὐτοῦ, μανίαν ἐν οἴκῳ Κυρίου κατέπηξαν. » Ἱδρυσάμενοι γὰρ ἐν τοῖς Ἱεροσολύμοις βωμοὺς καὶ χειρόκμητα, τεθύκασι τῇ Βαὰλ, καὶ τῇ στρατιᾷ τοῦ οὐρανοῦ. Δεδράκασι δὲ ταυτὶ καὶ οἱ ἐν τῇ Σαμαρείᾳ. Ὃν τρόπον τοίνυν, φησὶν, ἐποίησα Σαμαρείᾳ, καὶ τοῖς χειροποιήτοις αὐτῆς, οὕτως ποιήσω καὶ Ἱερουσαλὴμ, καὶ τοῖς εἰδώλοις αὐτῆς. Οἷς γὰρ ἀδελφὰ τὰ τολμήματα, τούτοις ἕποιτο ἂν εἰκότως καὶ ἰσοπαλὴς ἡ δίκη. Οὐκοῦν ἔλαβε μὲν ὁ Ἀσσύριος καὶ Δαμασκὸν καὶ Σαμάρειαν. Ὁδὸς δὲ τοῦ πράγματος αὐτῷ, καὶ τοῦ κατισχῦσαι πρόφασις, ἡ τῶν εἰδώλων ποίησις ἦν, ἥ ἔν τε τῇ Σαμαρείᾳ, καὶ τοῖς Ἱεροσολύμοις. Ταύτῃτοι καὶ τοῖς τὰ τοιάδε δρᾷν εἰωθόσιν, τὰς πρεπωδεστάτας ἐξῄτηνται δίκας. Χαλεπὸν οὖν ἄρα, καὶ ὀργῆς ἡμῖν τῆς παρὰ Θεοῦ πρόξενον ἡ τῶν εἰδώλων ποίησις πανταχοῦ, κἂν εἴ τις εἰς νοῦν καὶ καρδίαν τοῦτο δρῴη τυχόν. Ἀποφέρει γὰρ κἀκεῖνα τῆς εἰς Θεὸν ἀγάπης, καταγοητεύοντα τὴν καρδίαν, καὶ ἐφ' ἃ μὴ προσῆκεν ἐξέλκοντα.

Καὶ ἔσται ὅταν συντελέσῃ Κύριος πάντα ποιῶν ἐν τῷ ὄρει Σιὼν, καὶ ἐν Ἱερουσαλὴμ, ἐπάξει ἐπὶ τὸν νοῦν τὸν μέγαν τὸν ἄρχοντα τῶν Ἀσσυρίων, καὶ ἐπὶ τὸ ὕψος τῆς δόξης τῶν ὀφθαλμῶν αὐτοῦ. Εἶπε γάρ· Τῇ ἰσχύϊ ποιήσω, καὶ τῇ σοφίᾳ τῆς συνέσεως, ἀφελῶ ὅρια ἐθνῶν, καὶ τὴν ἰσχὺν αὐτῶν προνομεύσω· καὶ σείσω πόλεις κατοικουμένας, καὶ τὴν οἰκουμένην ὅλην καταλήψομαι τῇ C *χειρὶ ὡς νοσσιὰν, καὶ ὡς καταλελειμμένα ᾠὰ ἀρῶ· καὶ οὐκ ἔστιν, ὃς διαφεύξεταί με, ἢ ἀντείπῃ μοι.*

Οὐχ ἔξω κοινῆς γενήσεσθαι τὸν Ἀσσύριον τὰ οὕτως ὑπέρογκα πεφρονηκότα φησί. Κύριος γὰρ ὑπερηφάνοις ἀντιτάσσεται, κατὰ τὸ γεγραμμένον, καὶ τῶν τῆς ἀλαζονείας αἰτιαμάτων τοὺς ταύτην νενοσηκότας πράττεται μὲν ἀεὶ τοὺς λόγους, ἀποφαίνει δὲ αὐτοὺς οἰκτροὺς καὶ κατερριμμένους, ὡς ἂν εἰδεῖεν μὴ ἐπαίρειν εἰς ὕψος τὸ κέρας, κατὰ τὸ γεγραμμένον· εἶεν δὲ μᾶλλον ἐπιγνώμονες τῆς ἑαυτῶν φύσεώς τε καὶ ἀσθενείας. Ὅταν γὰρ, φησὶ, συντελέσῃ πάντα ποιῶν ἐν τῷ ὄρει Σιὼν, καὶ ἐν Ἱερουσαλὴμ, τοῦτ' ἔστιν, ὅταν εἰς τέλος ἔρχηται τὰ τῆς ἐπ' αὐτοῖς ὀργῆς, ἐπάξει τότε τὴν χεῖρα, καὶ τὴν καταπαίουσαν ῥάβδον, D ἐπὶ τὸν νοῦν τὸν μέγαν τὸν ἄρχοντα τῶν Ἀσσυρίων. Νοῦν δὲ αὐτὸν ἀπεκάλεσε μέγαν, οὐ πρὸς ἐπαίνου τὸ χρῆμα τιθεὶς αὐτῷ, καταψέγων δὲ μᾶλλον, ὡς οὐδὲν ἕτερον ὄντα πλὴν ὅτι μόνον ὑπεροψίαν τὴν θεομισῆ. Πεφρόνηκε γὰρ ἀνθρώπινον μὲν οὐδέν· ὅσα δὲ καὶ τάχα καὶ πᾶσαν τὴν γενητὴν ὑπερνήχεται φύσιν. Ἐπάξει τοίνυν ἐπὶ τὸ ὕψος τῆς δόξης τῶν ὀφθαλμῶν αὐτοῦ· ὀφθαλμῶν δέ φησιν ἐν τούτοις, ἀντὶ τοῦ τῶν ἐννοιῶν, ἤτοι τῶν ἐνθυμημάτων. Ὑψηλὰ γὰρ, ὡς ἔφην, καὶ ὑπέρογκα ταυτί. Θεὸς δὲ ὑπάρχων, καὶ εἰς καρδίαν ὁρῶν καὶ νεφροὺς, εἰδώς τε τὰ κεκρυμμένα, καὶ ἡμῖν αὐτὰ

A domo mea abominationem? Dixit porro et per unum prophetam: « Speculator Ephraim cum Deo, propheta laqueus tortuosus in omnibus viis ejus: insaniam in domo Domini confixerunt [18]. » Collocatis enim Hierosolymæ altaribus et manuconditis, Baalo et militiæ cœli sacrificarunt. Quod etiam Samariæ incolæ fecerunt. Quemadmodum igitur, inquit, feci Samariæ et manufactis ejus, sic faciam et Jerusalem et idolis ejus. Quorum enim similia et cognata sunt maleficia, eos merito consimilis etiam pœna consequetur. Cepit igitur Assyrius Damascum et Samariam: via autem hujus rei conficiendæ et occasio victoriæ fuit, idolorum effictio, cum Samariæ tum Hierosolymis: ideoque his qui talia patrare consueverunt, dignissimas pœnas inflixit. Est itaque B grave scelus, et iram divinam nobis accersit ubique idolorum effictio: idque etiam si quis forte hoc in animo et mente fabricaverit. Abducunt enim illa a dilectione in Deum, incantant animum, et ad quæ non oportet trahunt.

Vers. 12-14. *Et erit cum consummaverit Dominus omnia faciens in monte Sion, et Jerusalem, inducet super mentem magnam, principem Assyriorum, et super celsitudinem gloriæ oculorum ejus. Dixit enim: In fortitudine faciam, et* **175** *sapientia intellectus, tollam gentium terminos, et robur earum deprædabor, et concutiam urbes habitatas, et orbem terræ totum comprehendam manu, et ut derelicta ova tollam. Et non est qui effugiat me, vel contradicat mihi.*

Non immunem fore Assyrium a pœna, quippe qui tantopere intumuerat, asseverat. Dominus enim superbis resistit, juxta id quod scriptum est [19], et eorum qui arrogantiæ vitio laborant verba exigit, illosque miseros reddit et projectos, ut sciant non esse tollendum cornu in altum, sicuti scriptum est, sintque conscii potius suæ ipsorum naturæ et infirmitatis. Quando enim, inquit, consummaverit omnia faciens in monte Sion, et Jerusalem, id est, cum iræ in ipsos finis venerit: tunc inducet manum, et virgam ferientem mentem magnam, principem Assyriorum. Mentem vero ipsum appellavit magnam, non laudi hoc verbum ei tribuens, sed vitio dans potius, quippe qui nihil aliud sit quam superbia Deo exosa. Nihil enim de se sensit humanitus, sed quæ omnem naturam mortalem excedunt et supereminent, cogitavit. Inducet igitur super celsitudinem gloriæ oculorum ejus. Oculorum vero hic dicit, pro opinionum seu cogitationum. Altæ enim sunt illæ, ut dixi, et prætumidæ. Deus autem cum sit qui cor introspicit et renes, et qui perlustrat occulta, nobis etiam illa plane demonstrat, et inquit. Dixit enim: In fortitudine faciam, et sapientia in-

[18] Osc. IX, 8. [19] Jac. IV, 6

telligentiæ tollam gentium terminos, et robur earum deprædabor, et deturbabo urbes habitatas. Observa igitur quomodo quasi auxilio superno non egens, suis ipsius viribus solis incensus sit, quasi omnia quæ velit, posset facere : seque adeo sapientem fore et rei militaris scientem, ut ad se terminos gentium transferre facillime, et earum potentiam perfringere, et deprædari, et urbes imbelles desertasque posset concutere : etiamsi complures et innumerabiles incolas habeant. Sed non hic hæsit ejus arrogantia. Jactat enim se universum orbem terrarum expugnaturum, idque facillime, et prompte et citra pugnam se facturum decernit, ac constituit, quantum animo quidem reputat. Comprehendam **176** enim totum orbem terræ, velut nidum, et velut derelicta ova tollam, et non est qui effugiat vel resistat mihi. O insignem superbiam, o cogitationes stultas ! quasi unius passerculi nidus esset, universa hæc machina, ita eam considerat : ovis relictis ab altrice ave, totius terræ incolas confert, ut quasi draco invadat et absorbeat, oditque contradicentes, nedum, ut sic dicam, exspectat, ut obsessi secum in colloquium veniant. Hæc ad personam ipsius Satanæ quoque referri decet. Est enim ille pater superbiæ : putatque se orbem comprehensurum, nullo contraveniente. At res non sic demum abit, imo evenit illi ad extremum exitus rerum longe contrarius. Etenim contradixit pro nobis Christus, nec contradixit solum, sed et pro vita omnium in certamen descendit, et exitialem illum vicit, pedibusque sanctorum substravit : nam dixit eis : « Ecce dedi vobis facultatem calcandi super serpentes et scorpiones, et supra omnem potestatem inimici [20]. »

A καθίστησιν ἐναργῆ, καί φησιν. Εἶπε γάρ· Τῇ ἰσχύϊ ποιήσω, καὶ τῇ σοφίᾳ τῆς συνέσεως ἀφελῶ ὅρια ἐθνῶν, καὶ τὴν ἰσχὺν αὐτῶν προνομεύσω, καὶ σείσω πόλεις κατοικουμένας. Ἄθρει δὴ οὖν ὅπως, ὡς τῆς ἄνωθεν ἐπικουρίας οὐ δεδεημένος, ταῖς ἑαυτοῦ δυνάμεσιν ἀνάπτει μόναις τὸ πάντα δύνασθαι δρᾷν, ὅσαπερ ἂν βούλοιτο· οἴεται δὲ ὅτι καὶ σοφὸς οὕτως ἐστὶν, καὶ στρατηγικὸς, ὡς καὶ μάλα ῥᾳδίως ἐφ' ἑαυτὸν δύνασθαι μεθιστᾷν τὰ ὅρια τῶν ἐθνῶν, διαῤῥηγνῦναί τε αὐτῶν τὴν ἰσχὺν, καὶ ἐν προνομῇ ποιεῖσθαι, καὶ κατασείειν πόλεις, οὐκ ἀνάνδρους καὶ ἠρημωμένας, ἀλλ' εἰ καὶ πλείστους ὅσους, καὶ ἀναριθμήτους ἔχοιεν τοὺς κατοικοῦντας ἐν αὐταῖς. Καὶ οὐ μέχρι τούτων τὰ τῆς ἀλαζονείας αὐτῷ. Περιαυτίζεται γὰρ καὶ ἁπάσης ὅτι καταδράξηται τῆς ὑπ' οὐρανὸν, καὶ
B λίαν εὐκόλως, ἑτοίμως τε καὶ ἀμαχεὶ διατίθεται καὶ φρονεῖ κατά γε τὸ εἰς νοῦν ἧκον αὐτῷ. Καταλήψομαι γὰρ, φησὶ, τὴν οἰκουμένην ὅλην ὡς νοσσιὰν, καὶ ὡς καταλελειμμένα ᾠὰ ἀρῶ, καὶ οὐκ ἔστιν ὃς διαφεύξεταί με, ἢ ἀντείπῃ μοι. Ὢ δεινῆς ὑπεροψίας, ὢ λογισμῶν ἀσυνέτων! Ὡς ἑνὸς στρουθίου καλιὰν τὴν σύμπασαν βλέπει, ᾠοῖς καταλελειμμένοις ὑπὸ τῆς θαλπούσης ὄρνιθος παρεικάζει τοὺς ἀνὰ πᾶσαν τὴν γῆν, ἵν' ὡς δράκων ἐπελθὼν καταπίῃ. Μισεῖ δὲ τοὺς ἀντιλέγοντας, καὶ οὐδ' ὅσον εἰπεῖν εἰς λόγους ἥξειν αὐτῷ προσδοκᾷ τοὺς πολιορκουμένους. Ταυτὶ πρέποι ἂν καὶ εἰς τὸ αὐτοῦ πρόσωπον ἀναφέρειν τοῦ Σατανᾶ. Καὶ γάρ ἐστιν αὐτὸς ὁ τῆς ὑπερηφανίας πατήρ. Ὠήθη δὲ ὅτι καταλήψεται τὴν οἰκουμένην ἀντιπράττοντος οὐδενός. Ἀλλ' οὐχ οὕτω ποθέν· ἐκβέβηκε δὲ μᾶλ-
C λον αὐτῷ πρὸς πᾶν τοὐναντίον τῶν πραγμάτων τὸ πέρας. Ἀντείρηκε γὰρ ὑπὲρ ἡμῶν ὁ Χριστός· καὶ οὐκ ἀντείρηκε μόνον, ἀλλὰ καὶ ὑπερήθλησε τῆς ἁπάντων ζωῆς, νενίκηκε τὸν ἀλητήριον, καὶ τοῖς τῶν ἁγίων ὑπέστρωσε ποσίν. Ἔφη γὰρ αὐτοῖς· « Ἰδοὺ δέδωκα ὑμῖν ἐξουσίαν πατεῖν ἐπάνω ὄφεων καὶ σκορπίων, καὶ ἐπὶ πᾶσαν τὴν δύναμιν τοῦ ἐχθροῦ. »

VERS. 15, 16. *Num gloriabitur securis sine illo qui secet ea? num attolletur serra sine eo qui trahit eam? Similiter si quis levaverit virgam vel lignum, nonne sic? Sed emittet Dominus Sabaoth in tuum honorem ignominiam, et in tuam gloriam ignis ardens incendetur.*

Aperte redarguit Assyrium et temere inflatum, et prorsus ignarum quod non manus ejus opus fuerit Samariam perdere, et una cum ea alias quoque urbes capere, sed potius decretum supremum, quod iis qui intolerabiliter sunt impii, ceu bipennem quamdam, vel virgam, vel lignum infert. Cedo enim mihi, inquit, o amentissime omnium ! num securis gloriabitur sine illo qui secet ea? Bipennis enim si optime exacuatur, accommoda est ad ligna agri detondenda. Num igitur laudabit quis, inquit, securim, quasi hoc præstare absque incidente cum ea valeat? Serra per se quid efficiet, nisi quis traxerit illam, ac rursum depulerit? Si vero quis contra quodcunque seu virgam, seu lignum elevet, annon rursum sic erit? Jacebit enim virga in terra,

Μὴ δοξασθήσεται ἀξίνη ἄνευ τοῦ κόπτοντος ἐν αὐτῇ; Ἢ ὑψωθήσεται πρίων ἄνευ τοῦ ἕλκοντος αὐτόν; Ὡσαύτως ἐάν τις ἄρῃ ῥάβδον ἢ ξύλον· οὐχ οὕτως, ἀλλ' ἀποστελεῖ Κύριος Σαβαὼθ εἰς τὴν σὴν τιμὴν ἀτιμίαν, καὶ εἰς τὴν σὴν δόξαν πῦρ καιόμενον καυθήσεται.

Διελέγχει σαφῶς τὸν Ἀσσύριον, εἰκῇ τε ἀναφυσώμενον, καὶ ἠγνοηκότα παντελῶς, ὡς ἥκιστα μὲν τῆς
D αὐτοῦ χειρὸς ἔργον γέγονε τὸ ἀπολέσαι τὴν Σαμάρειαν, ἑλεῖν δὲ σὺν αὐτῇ καὶ τὰς ἑτέρας πόλεις, ψήφου δὲ μᾶλλον τῆς ἄνωθεν ἐπιφερούσης αὐτῶν τοῖς ἀφόρητα δεδυσσεβηκόσι, καθάπερ τινὰ πέλεκυν, ἢ ῥάβδον ἢ ξύλον. Εἰπὲ γάρ μοι, φησὶν, ὦ πάντων ἀνούστατε, μὴ ἀξίνη δοξασθήσεται ἄνευ τοῦ κόπτοντος ἐν αὐτῇ. Πέλεκυς μὲν γὰρ ἄριστα τεθηγμένος καὶ τομὸς ἐπιτηδείως ἂν ἔχοι πρὸς τὸ ἀποκείρειν δύνασθαι τὰ ἐν ἀγροῖς ξύλα. Ἆρ' οὖν ἐπαινέσαι τις τὴν ἀξίνην, ὡς τοῦτο δρᾷν δυναμένην, δίχα τοῦ κόπτοντος ἐν αὐτῇ; Ἐνεργήσει δὲ τί καθ' ἑαυτὸν ὁ πρίων, εἰ μή τις ἕλκοιτό τε αὐτὸν, καὶ κατωθήσειε πάλιν; Εἰ δὲ δή τις καθ' ὁτιοῦν ἢ ῥάβδον, ἢ ξύλον· ἆρ' οὐχ οὕτως

[20] Luc x, 19.

ἔσται πάλιν; Κείσεται μὲν γὰρ ἡ ῥάβδος εἰς γῆν, A ἔῤῥιπται δὲ καὶ τὸ ξύλον, ἀλλ' εἴ τις λαβὼν ἐπάγοι τισὶ, τότε δὴ πάντως εἰς ἔργον ἥξει τὰ δι' αὐτῶν. Τί τοίνυν, φησὶ, πεφρόνηκας ὑψηλά; Τί δὲ τὴν ὀφρὺν ἀνασπᾷς; Οἴει ὅτι ἰδίᾳ δυνάμει κατώρθωκας αὐτὸς τὸ ἑλεῖν τὰς πόλεις, ἐν οὐρανοῦ τάξει παραληφθεὶς παρὰ τῆς ἐκεῖνα ποιούσης χειρὸς, δηλονότι τῆς θείας; Οὐ σὴ τοιγαροῦν ἡ δόξα· Θεοῦ δὲ μᾶλλον τοῦ καθάπερ τινὰ πέλεκυν, ἢ ῥάβδον, ἢ ξύλον τὴν σὴν ἐπάγοντος ὠμότητα τοῖς αὐτῷ προσκεκρουκόσιν. Ἔσῃ τοίνυν οὐχ οὕτω, φησὶν, ὡς ᾠήθης αὐτός. Οὔτε μὴν ἐν ταυτότητι δόξης διαμενεῖς, ἀλλ' οὐδὲ ταῖς οὕτως ἁβραῖς ἐνσπαταλήσεις τιμαῖς. Οὐ τῇ ἰσχύϊ ποιήσεις, οὐδὲ τῇ σοφίᾳ τῆς συνέσεως ἀφελεῖς ὅρια ἐθνῶν. Οὐ καταλήψῃ τὴν οἰκουμένην ὡς ὠὰ καταλελειμμένα. Ἀλλ' ἀποστελεῖ Κύριος Σαβαὼθ εἰς τὴν σὴν τιμὴν ἀτιμίαν, B καὶ εἰς τὴν σὴν δόξαν πῦρ καιόμενον καυθήσεται. Τιμὴν δὲ αὐτοῦ φησι, τὴν ὑπ' αὐτῷ πράττουσάν τε καὶ ὑποκειμένην στρατιάν. Ἐπ' αὐτῇ γὰρ δεδόξαστο. Πῦρ οὖν ἥξει κατ' αὐτῆς, φησὶ, καὶ καταφλέξει τὴν σὴν τιμήν. Τίνα δὲ τρόπον καὶ τοῦτο γέγονε, διατρανοῖ πάλιν, καὶ οὐκ εἰς μακράν.

Καὶ ἔσται τὸ φῶς τῷ Ἰσραὴλ εἰς πῦρ, καὶ ἁγιάσει αὐτὸν ἐν πυρὶ καιομένῳ, καὶ φάγεται ὡς χόρτον τὴν ὕλην. Τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ ἀποσβεσθήσεται τὰ ὄρη, καὶ οἱ βουνοὶ, καὶ οἱ δρυμοί. Καὶ καταφάγεται ἀπὸ ψυχῆς ἕως σαρκῶν. Καὶ ἔσται ὁ φεύγων ὡς φεύγων ἀπὸ φλογὸς καιομένης· καὶ οἱ καταλειφθέντες ἀπ' αὐτῶν ἔσονται ἀριθμὸς, καὶ παιδίον γράψει αὐτούς.

C Δυσέφικτον σφόδρα τὸ εἰρημένον, καὶ ἡ τῆς λέξεως συνθήκη τὴν ἀπόδοσιν ἔχει δυσχερεστάτην. Σαφηνιοῦμεν δὲ πάλιν, τὸν ἔν γε τοῖς προκειμένοις κρυπτόμενον νοῦν, ἐκεῖνα προειρηκότες· Εἷλε μὲν γὰρ τὴν Σαμάρειαν ὁ Σαλαμανασὰρ ὁ τῶν Ἀσσυρίων βασιλεὺς, ἀπέστειλε δὲ Ῥαψάκην ἐκ Λαχεῖς εἰς Ἱερουσαλὴμ, ὃς ἐλθὼν, καὶ πολιορκήσας αὐτὴν προσλελάληκε τοῖς ἐν τῷ τείχει τὰ παρὰ τοῦ πεπομφότος αὐτὸν, προσετίθει δὲ τούτοις τὰς κατὰ τοῦ Θεοῦ δυσφημίας λέγων, ὅτι Οὐ μὴ ῥύσεται ὁ Θεὸς τὴν Ἱερουσαλὴμ ἐκ χειρὸς βασιλέως Ἀσσυρίων. Πρὸς δὴ τὰ τοιάδε δεδυσφορηκὼς ὁ βασιλεὺς Ἐζεκίας τὰς πρὸς Θεὸν ἐποιεῖτο λιτὰς λέγων· Εἰσάκουσον, Κύριε, εἴσβλεψον, Κύριε, καὶ ἴδε τοὺς λόγους Ῥαψάκου, οὓς ἐξαπέστειλε βασιλεὺς Ἀσσυρίων, ὀνειδίζειν Θεὸν ζῶντα. Ἐπηγ- D γέλλετο δὲ Θεὸς τὴν σωτηρίαν αὐτοῖς. Καὶ δὴ καὶ ἐξῆλθεν ἄγγελος Κυρίου, καὶ ἀνεῖλεν ἐν μιᾷ νυκτὶ ἐκ τῆς παρεμβολῆς τῶν Ἀσσυρίων ἑκατὸν ὀγδοήκοντα πέντε χιλιάδας. Οὗ δὴ γεγονότος, ἐβάλλετο μὲν ὁ Ἀσσύριος ἀφορήτῳ δείματι. Ἀκούσας δὲ ἀγγελίαν ὅτι Σαρσαθὰ βασιλεὺς Αἰθιόπων ἐξῆλθε κατὰ τῆς γῆς αὐτοῦ σὺν ὀλίγοις παντελῶς τοῖς περιλελειμμένοις, ᾤχετο φυγάς. Τοῦτο καὶ νῦν ὁ προφητικὸς ἡμῖν αἰνιγματωδῶς διερμηνεύει λόγος. Φῶς μὲν γὰρ γέγονε τῷ Ἰσραὴλ ὁ τῶν ὅλων Θεὸς τὸν καταφωτίζειν ἰσχύοντα διορισάμενος νόμον. Ἀλλὰ τοῦτο, φησὶ, τὸ φῶς τὸ ὑπάρξαν τῷ Ἰσραὴλ, οὐ φῶς ἔσται τοῖς Ἀσσυρίων στρατεύμασιν, ἀλλ' εἰς πῦρ ὀλοθρευον. Ὅτι δὲ οἰκεῖον αὐτῷ καὶ ἀνατεθειμένον ἡγεῖται λαὸν ὁ

A et lignum projicietur: at si quis acceperit, et applicaverit, tunc omnino ea quæ per illa fiunt, in opus venient. Quid ergo, inquit, alta sapis? quid supercilium tollis? Exsistimasne tua vi hoc **177** perfunctum esse te, ut caperes urbes, cum tanquam instrumentum a manu nimirum divina, quæ hæc facit adhibitus fueris? non igitur tua gloria, sed Dei potius, quia tua crudelitate tanquam securi quapiam seu virga, seu ligno, adversus eos qui ipsum offenderant usus est. Non igitur eris, ait, ita uti ipse cogitas: nec eumdem gloriæ tenorem retinebis, sed neque tam delicatis honoribus lascivies, nec in fortitudine facies, nec sapientia intelligentiæ tolles gentium terminos, non capies orbem terrarum ut ova relicta, sed mittet Dominus Sabaoth in B tuum decus, dedecus, et in gloriam tuam ignis ardens accendetur. Decus autem ejus dicit exercitum, qui sub ipso merebat. Inde enim gloriatus est. Ignis ergo, inquit, invadet illum, tuumque decus amburet. Quemadmodum igitur hoc factum sit, rursus explanat, nec id prolixe.

Vers. 17-19. *Et erit lux Israelis pro igne, et sanctificabit eum igne ardenti, et edet sicut fenum silvam. Die illa exstinguentur montes, et colles, et saltus, et devorabit ab anima usque carnes. Et erit fugiens velut fugiens a flamma ardente. Et superstites ex illis erunt numerus, et parvulus scribet eos.*

C Valde obscurum est quod dicitur, et orationis structura sensum affert intellectu difficillimum. Explicabimus autem rursus sensum in his verbis latentem, illud præfati: Cepit nimirum Salmanasarus rex Assyriorum Samariam, legavitque e Laches Rapsacem Jerusalem: qui cum advenisset, eamque obsidione cinxisset, eos qui erant in mœnibus affatus est, quæ ab eo qui ipsum misit acceperat. Quibus adjunxit blasphemias et convicia in Deum: Non liberabit, inquit, Deus Jerusalem e manu regis Assyriorum. Quæ iniquo ferens animo Ezechias rex, fusis ad Deum precibus, inquit: Exaudi, Domine, aspice, Domine, et contemplare verba Rapsacis, quæ emisit rex Assyriorum, ut D probris Deum viventem insectaretur. Repromisit vero Deus salutem illis: egressusque exivit angelus Domini, et una nocte e castris Assyriorum centum octoginta quinque millia interemit: quo facto, ictus est Assyrius ingenti timore. Accepto vero nuntio Sarsatha regem Æthiopum contra terram suam **178** expeditionem facere, cum paucis omnino relictis abiit profugus. Hoc nunc prophetica nobis interpretatur oratio. Lux enim Israeli Deus universitatis exstitit, qui solus legem quæ illuminare potest constituit. Sed hæc, inquit, lux quæ exsistit Israeli, non erit lux Assyriorum copiis, sed pro igne erit exitiali. Quod autem Hierosolymitanos proprium sibi ac consecratum populum universitatis Deus existimet, per ignem ardentem inter

quercus Basan, quippe succisus est saltus consitus. » Postquam enim monti Libani Jerusalem comparans ita nominasset eam, necessario in sermonis tropo diserte immorans, cedrorum silvæque consitæ appellatione populos in ea et principes vocat commode, quas lugere jubet, propterea quod insultent illis tanquam silvis, hi qui disperdiderant. Si quis autem velit tectam et reconditam sententiam attingere, et sensum vimque horum verborum Satanæ subditisque ipsi potestatibus nefariis accommodare, hic a scopo decoro nequaquam recesserit. Contrita est enim, et periit, ad omnem malitiam projecta et profligata dæmonum cohors, et ipse cum illis draco apostata, elatus et superciliosus, et veluti Libano monti assimilis. Nam ante Servatoris nostri adventum illustris erat omnibus, et insolens, ubique locorum adoratus, et gloriam deitatis ad se rapuit.

Καὶ ἐξελεύσεται ῥάβδος ἐκ τῆς ῥίζης Ἰεσσαὶ, καὶ ἄνθος ἐκ τῆς ῥίζης ἀναβήσεται, καὶ ἀναπαύσεται ἐπ' αὐτὸν πνεῦμα τοῦ Θεοῦ, πνεῦμα σοφίας καὶ συνέσεως, πνεῦμα βουλῆς καὶ ἰσχύος, πνεῦμα γνώσεως καὶ εὐσεβείας, ἐμπλήσει αὐτὸν πνεῦμα φόβου Θεοῦ.

Προεγνωκὼς ὁ προφήτης διὰ τῆς ἄνωθεν δᾳδουχίας τὰ ἐσόμενα σαφῆ ποιεῖται τὴν προαγόρευσιν. Εἴρηται γὰρ μὲν ἐν ὑστέροις καιροῖς πρὸς τὸν μακάριον Δαβὶδ παρὰ τοῦ πάντων κρατοῦντος Θεοῦ· « Ἐκ καρποῦ τῆς ὀσφύος σου θήσομαι ἐπὶ τὸν θρόνον σου. » Ἐπειδὴ δὲ ἦν ὁ πάντα εἰδὼς τοῖς ἁγίοις προφήταις τὴν τῶν ἐσομένων πρόγνωσιν ἐντιθεὶς, προαναβεβόηται καὶ τοῦτο παρ' αὐτῶν, ἵνα πανταχόθεν μαρτυρῆται τὸ μυστήριον, καὶ πιστεύηται γεγονός. Ῥάβδον τοίνυν ἐκ τῆς ῥίζης Ἰεσσαὶ ἐξελεύσεσθαί φησιν, ἀναβήσεσθαι δὲ καὶ ἄνθος, καὶ οὐ μετά γε τὸ ταραχθῆναι τοὺς ἐνδόξους μετὰ ἰσχύος, ταπεινωθῆναι δὲ καὶ τοὺς ὑψηλοὺς, καὶ σὺν αὐτοῖς πεσεῖσθαι τὸν Λίβανον, τότε τὴν ῥάβδον ἐκ τῆς Ἰεσσαὶ ῥίζης ἀναφυῆναί φησιν. Ἀλλ' ἐν μὲν τοῖς πρώτοις κεφαλαιωδέστερον ἡ τοῦ παντὸς πράγματος ἐδηλοῦτο δύναμις. Τίνα γὰρ ἔμελλε συμβήσεσθαι τοῖς ἐξ Ἰσραὴλ πεπαρῳνηκόσιν ἀνοσίως εἰς τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν τὸν Χριστὸν, ἐν βραχεῖ λόγῳ μεμαθήκαμεν· ἀναφοιτᾷ δὲ νῦν ἡ διήγησις ἐπ' αὐτὴν ὥσπερ τὴν ἀνωτάτω τοῦ πράγματος ἀρχὴν, φημὶ δὴ τὴν ἐνανθρώπησιν τοῦ Μονογενοῦς, καὶ τὴν οἰκονομικῶς ἐσομένην ἐκ γυναικὸς κατὰ σάρκα γέννησιν. Ῥάβδον δὴ οὖν ὠνόμαζε τὸν ἐκ ῥίζης Ἰεσσαὶ κατὰ σάρκα Χριστόν· καὶ μὴν πρὸς τούτῳ καὶ ἄνθος, καὶ διὰ μὲν τῆς ῥάβδου, κατά γε τὸ εἰκὸς, τὸ βασιλικὸν ἔχων ἀξίωμα πλαγίως ὑποσημαίνεται. Σύνθημα γὰρ βασιλείας ἡ ῥάβδος. Καὶ γοῦν ὁ θεσπέσιος Δαβὶδ πρὸς

CAP. XI. VERS. 1-3. **191** *Et egredietur virga de radice Jessæ, et flos de radice ascendet. Et requiescet super eum spiritus Dei, spiritus sapientiæ et intellectus, spiritus consilii et fortitudinis, spiritus scientiæ et pietatis, complebit ipsum spiritus timoris Dei.*

Præscius rerum futurarum propheta, face e supernis accensa, claram prædictionem facit. Posterioribus enim temporibus dictum est ad beatum Davidem a præpotente Deo : « De fructu lumbi tui ponam super sedem tuam [24]. » Cum vero omnia sciret, futurorum perspicientiam sanctis prophetis inseruit : et hoc ab illis quoque ante proclamatum est, ut undecunque testatum fieret mysterium, et cum factum esset crederetur. Itaque virgam de radice Jessæ egressuram ait, floremque ascensurum. Non autem gloriosis in fortitudine conturbatis, elatis dejectis, Libanoque cum illis collapso, tum virgam dicit de stirpe Jessæ germinaturam : sed in superioribus totius negotii summa in genere demonstrabatur. Quæ namque eventura essent Israelitis, impie in Dominum nostrum Jesum Christum debacchatis, brevi sermone didicimus ; nunc autem narratio ad summum veluti rei principium regreditur, ad humanitatem inquam Unigenæ, et ad nativitatem secundum carnem, ex muliere ratione dispensationis futuram. Proinde virgam nominavit Christum de radice Jessæ juxta carnem, et præterea etiam florem : et per virgam, eum regiam dignitatem habere, oblique subindicari videtur. Nam tessera et signum regni virga. Hinc divinus David ipsi Filio dicit : « Thronus tuus, Deus, in sæculum sæculi, virga rectitudinis virga regni tui [25]. » Quin et aliter virga dici potest, quoniam habet omnia, et in recto statu

[24] Psal. CXXXI, 11. [25] Psal. XLIV, 7.

continet ac conservat, et quod infirmum est, facit A consistere: sive humanam naturam, quæ tantum non conquassata est, et ærumnis et afflictionibus obruta, et quodammodo inebriata. Cantat igitur beatus David, communi omnium persona sibi imposita: « Virga tua, et baculus tuus, ipsa me consolata sunt [36]. » Confirmat enim justos Deus, quemadmodum scriptum est: et vocatus est voce prophetarum, baculus gloriosus, virga **192** magnificentiæ [37]. Virga etiam aliter, quia bonus pastor est, animam suam ponens pro ovibus [38]. Dictum est igitur ei a quopiam sanctorum prophetarum: « Pasce populum tuum in virga, tribum tuam, oves hæreditatis tuæ [39]. » Sin autem cuiquam videtur, quia judex est, et reddit singulis pro ratione operum suorum, idcirco eum et meritissimo nominari virgam, rite B intelliget. Nam dictum est ei, Israele in illum debacchante, et impotenter ad inobedientiam prolapso: « Pasces eos in virga ferrea, et ut vasa figuli comminues eos [40]. » Sic nobis illum sapientissimi Moysis lex designat. Assumitur enim in typum Christi etiam virga Aaronis quæ floruit, et in Sancta sanctorum illata est. Effloruerunt enim juglandes: quid autem causæ sit, et quæ umbrarum sententia, dicendum est. Quidam enim physiologiam rationesque naturales attingunt, et affirmant virgam ex juglandibus, si capiti alicujus apponatur, vigilantiam naturaliter efficere. Itaque cum Christus, sicuti dicit B. Paulus [41], gratia Dei pro omnibus mortem gustaturus esset, et paulisper veluti nictans tanquam ex C somno excitatus esset iterum, et morte conculcata divinitus revixisset, hinc virgæ juglandium comparatur. Hac divina et intelligibili virga Moyses operatus est miracula, dum Israelem servitute Ægyptiaca eximit, ideoque eam virgam Dei nominavit. Erat quippe ei virga virtutis, sicut scriptum est [42]. Cum igitur propheta ænigmatice et tectius mysterium Christi subinnuens, e stirpe Jessæ virgam nobis exoriri dicit, tunc quidem, tunc animi oculis illum unigenitum Dei Sermonem, illum per quem omnia, et in quo sunt omnia, et incarnatum, et hominem factum, et ad voluntariam exinanitionem se demittentem, et propter nos nativitatem dispensationis suæ causa subeuntem, juxta carnem, inquam, et ex muliere contemplans, dicit cum propheta: « Domine, audivi D vocem tuam, et pertimui, cognovi opera tua, et obstupui. » Virga itaque propter causas quas modo commemoravimus, vocatus est. Flos vero rursum, quoniam hominis natura in illo ad incorruptionem et ad novitatem conversationis evangelicæ refloruit. Aliter etiam flos propter suavem fragrantiam sub intelligentiam cadentem appellatur. « Ego enim, inquit, flos campi, **193** lilium convallium [43]. » Erat sane et nobis veluti odor quidam cognitionis Dei et Patris. Nimirum divinus Paulus in epistola dicit: « Deo autem gratia, qui semper triumphat

αὐτόν πού φησι τὸν Υἱόν· « Ὁ θρόνος σου ὁ Θεὸς εἰς τὸν αἰῶνα, ῥάβδος εὐθύτητος ἡ ῥάβδος τῆς βασιλείας σου. » Ῥάβδος δὲ καὶ ἑτέρως, ὡς ἂν ἔχων τὰ πάντα, καὶ εἰς τὸ εὖ εἶναι συνέχων, συνεστᾶναί τε ποιῶν τὸ ἠσθενηκὸς, ἤτοι τὴν ἀνθρώπου φύσιν, μονονουχὶ κατασειομένην, καὶ μεθύουσαν ὑπὸ παθῶν. Ψάλλει γοῦν ὁ μακάριος Δαβὶδ, τὸ κοινὸν ἁπάντων πρόσωπον ἑαυτῷ περιθεὶς, « Ἡ ῥάβδος σου, καὶ ἡ βακτηρία σου, αὗταί με παρεκάλεσαν. » Ὑποστηρίζει γὰρ τοὺς δικαίους ὁ Κύριος κατὰ τὸ γεγραμμένον· ὠνόμασται δὲ διὰ φωνῆς προφητῶν βακτηρία εὐκλεὴς, ῥάβδος μεγαλοσύνης· ῥάβδος δὲ καὶ ἑτέρως, ἐπείπερ ἐστὶ ποιμὴν ἀγαθὸς, τὴν ψυχὴν ἑαυτοῦ τιθεὶς ὑπὲρ τῶν προβάτων. Εἴρηται γοῦν πρὸς αὐτὸν δι' ἑνὸς τῶν ἁγίων προφητῶν· « Ποίμαινε λαόν σου ἐν ῥάβδῳ, φυλήν σου, πρόβατα κληρονομίας σου. » Εἰ δέ τῳ δοκεῖ, καὶ ἐπείπερ ἐστὶ κριτὴς, καὶ ἀποδιδοὺς ἑκάστῳ κατὰ τὰ ἔργα αὐτοῦ, ταύτῃ τοι, καὶ μάλα εἰκότως ὀνομάζεσθαι ῥάβδον, νοήσει καλῶς. Εἴρηται γὰρ πρὸς αὐτὸν, ἐμπαροινήσαντός τε αὐτῷ τοῦ Ἰσραὴλ, καὶ ἀκρατῶς ἀπονενευκότος εἰς ἀπείθειαν· « Ποιμανεῖς αὐτοὺς ἐν ῥάβδῳ σιδηρᾷ, καὶ ὡς σκεύη κεραμέως συντρίψεις αὐτούς. » Οὕτως ἡμῖν αὐτὸν καὶ ὁ τοῦ πανσόφου Μωσέως κατασημαίνει νόμος· παραλαμβάνεται γὰρ εἰς τύπον Χριστοῦ καὶ ἡ ῥάβδος Ἀαρὼν ἡ βλαστήσασα, καὶ εἰς τὰ Ἅγια τῶν ἁγίων εἰσκεκομισμένη. Ἐξήνθησε γὰρ κάρυα, καὶ τί δὴ τὸ χρῆμα τῶν ἐν σκιαῖς ἐννοιῶν, εἰπεῖν ἀναγκαῖον. Ἅπτονται μὲν γὰρ φυσιολογίας τινὲς, καὶ δὴ καί φησι τὴν καρυΐνην ῥάβδον, εἰ πρὸς τῇ κεφαλῇ κέοιτό τινων, ἀνυπνίας εἶναι φυσικῶς ἐμποιητικήν. Οὐκοῦν ἐπειδήπερ ἔμελλεν ὁ Χριστὸς, χάριτι μὲν Θεοῦ, καθά φησιν ὁ μακάριος Παῦλος, ὑπὲρ παντὸς γεύσασθαι θανάτου, βραχὺ δὲ ὥσπερ ἀπονυστάξας, καθάπερ ἐξ ὕπνου διεγερθῆναι πάλιν, ἀναβιῶναί τε θεοπρεπῶς, πεπατημένου θανάτου. Ταύτῃ τοι ῥάβδῳ καρυΐνῃ παρεικάζεται. Διὰ ταύτης τε τῆς θείας τε καὶ νοητῆς ῥάβδου τεθαυματούργηκεν ὁ Μωσῆς, τῆς ἐν Αἰγύπτῳ δουλείας ἀπαλλάττων τὸν Ἰσραήλ. Ῥάβδον γοῦν αὐτὴν ὠνόμαζε Θεοῦ. Γέγονε γὰρ αὐτῷ ῥάβδος δυνάμεως, κατὰ τὸ γεγραμμένον. Ὅταν τοίνυν ὁ προφήτης αἰνιγματωδῶς τὸ Χριστοῦ μυστήριον ὑποφαίνων, ἐκ τῆς Ἰεσσαὶ ῥίζης τὴν ῥάβδον ἡμῖν ἀναφανῆναι λέγῃ, τότε δὴ, τότε τοῖς τῆς διανοίας ὄμμασιν αὐτὸν μονογενῆ τοῦ Θεοῦ Λόγου, τὸν δι' οὗ τὰ πάντα, καὶ ἐν ᾧ τὰ πάντα, σεσαρκωμένον τε καὶ ἐνανθρωπήσαντα θεωρῶν, καὶ εἰς ἑκούσιον ἑαυτὸν καθέντα κένωσιν, καὶ τὴν δι' ἡμᾶς οἰκονομικὴν ἀνατλάντα γέννησιν, φημὶ δὴ τὴν κατὰ σάρκα καὶ ἐκ γυναικὸς, ὁμοῦ τῷ προφήτῃ λέγει· « Κύριε, εἰσακήκοα τὴν ἀκοήν σου, καὶ ἐφοβήθην· κατενόησα τὰ ἔργα, καὶ ἐξέστην. » Ῥάβδος δὴ οὖν ὠνόμασται διά τοι τὰς ἀρτίως ἡμῖν εἰρημένας αἰτίας. Ἄνθος δὲ πάλιν· ἀνέθαλε γὰρ ἡ ἀνθρώπου φύσις ἐν αὐτῷ πρὸς ἀφθαρσίαν, καὶ εἰς ζωὴν, καὶ εἰς καινότητα πολιτείας εὐαγγελικῆς· ἄνθος δὲ καὶ ἑτέρως, διὰ τὴν

[36] Psal. xxii, 4. [37] Jerem. xlviii, 17. [38] Joan. x, 15. [39] Mich. vii, 14. [40] Psal. ii, 9. [41] Hebr. ii, 10. [42] Psal. cix, 2. [43] Cant. ii, 1.

νοητὴν εὐοσμίαν. « Ἐγὼ γάρ, » φησὶν, « ἄνθος τοῦ πεδίου, κρίνον τῶν κοιλάδων. » Γέγονε δὲ καὶ ἡμῖν ὀσμή τις ὥσπερ τῆς γνώσεως τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρός. Καὶ γοῦν ὁ θεσπέσιος Παῦλος ἐπιστέλλει, καί φησι· « Τῷ Θεῷ χάρις, τῷ πάντοτε θριαμβεύοντι ἡμᾶς ἐν τῷ Χριστῷ, καὶ τὴν ὀσμὴν τῆς γνώσεως αὐτοῦ φανεροῦντι δι' ἡμῶν ἐν παντὶ τόπῳ, ὅτι Χριστοῦ εὐωδία ἐσμὲν, τῷ Θεῷ ἐν τοῖς σωζομένοις, καὶ ἐν τοῖς ἀπολλυμένοις· οἷς μὲν ὀσμὴ θανάτου εἰς θάνατον, οἷς δὲ ὀσμὴ ζωῆς εἰς ζωήν. » Ταύτῃ τῇ ῥάβδῳ φησὶν, ἤτοι τῷ ἄνθει τῷ ἐκ τῆς ῥίζης Ἰεσσαὶ τεχθησομένῳ, κατὰ καιροὺς ἐπαναπαύσεσθαι Πνεῦμα Θεοῦ πολλὰς ἔχον τὰς ἐνεργείας. Πνεῦμα γὰρ αὐτὸ βουλῆς καὶ συνέσεως ὀνομάζει, γνώσεώς τε καὶ σοφίας, εὐσεβείας καὶ φόβου Θεοῦ. Φαμὲν δὲ, ὅτι τῆς προφητικῆς εὐτεχνίας τὸ κήρυγμα οὐχ ἄνθρωπον ἡμῖν ψιλὸν εἰσκομίζει τὸν Ἰησοῦν, εἶτα γεγονότα πνευματοφόρον, καὶ ὡς ἐν τάξει τῇ καθ' ἡμᾶς χαρισμάτων τῶν παρὰ Θεοῦ γεγονότα μέτοχον, ἐνανθρωπήσαντα δὲ μᾶλλον τὸν τοῦ Θεοῦ Λόγον καταδηλοῖ, πλήρη μὲν ὄντα παντὸς ἀγαθοῦ, τό γε ἧκον εἰς τὴν αὐτοῦ φύσιν, οἰκειουμένου δὲ μετὰ τῆς ἀνθρωπότητος καὶ τὰ αὐτῆς. Ἴδιον γὰρ ἀνθρωπότητος, τὸ οἴκοθεν μὲν ἔχειν, καὶ ὡς ἐξ ἰδίας φύσεως τῶν ἄνωθεν χαρισμάτων οὐδέν· « Τί γὰρ ἔχεις, ὃ οὐκ ἔλαβες; » εἴρηται πρὸς αὐτὴν, καταπλουτεῖν δὲ μᾶλλον ἔξωθέν τε καὶ ἐπακτῶς, παρὰ Θεοῦ δηλονότι, τὰ ὑπὲρ φύσιν ἰδίαν. Ἔδει τοίνυν καθέντα πρὸς κένωσιν ἑαυτὸν τὸν μονογενῆ τοῦ Θεοῦ Λόγον, τὸ ἐκ τῆς κενώσεως μὴ παραιτεῖσθαι σμικροπρεπὲς, καὶ πλήρη κατὰ φύσιν ὄντα δέχεσθαι διὰ τὸ ἀνθρώπινον, οὐχ ἑαυτῷ μᾶλλον, ἀλλ' ἡμῖν τοῖς ἐν ἐνδείᾳ παντὸς ἀγαθοῦ. Ὥστε κἂν εἰ λέγοιτό ποτε τὸ Πνεῦμα λαβεῖν, καίτοι χορηγὸς ὢν αὐτὸς τοῦ ἁγίου Πνεύματος, καὶ οὐκ ἐκ μέτρου διδοὺς, ἀλλ' ὡς ἐξ ἰδίου πληρώματος διανέμων αὐτὸ τοῖς ἀξίοις, τῶν τῆς κενώσεως μέτρων νοείσθω τὸ λαβεῖν, κατευθὺ γὰρ οὕτω τῆς ἀληθείας ἥξομεν. Πλὴν ἐκεῖνο ἄθρει· « Ἀναπαύσεται γὰρ ἐπ' αὐτὸν, φησὶ, Πνεῦμα τοῦ Θεοῦ. » Δέδοται γὰρ ἐν ἀρχαῖς τῇ τοῦ γένους ἡμῶν ἀπαρχῇ, τουτέστι, τῷ Ἀδὰμ, ἀλλὰ γέγονε ῥᾴθυμος περὶ τὴν τήρησιν τῆς δοθείσης αὐτῷ ἐντολῆς, κατημέλησε τῶν προστεταγμένων, κατεβιβάσθη πρὸς ἁμαρτίαν, οὐχ εὗρεν ἀνάπαυσιν ἐν ἀνθρώποις τὸ πνεῦμα. « Πάντες γὰρ ἐξέκλιναν, ἅμα ἠχρειώθησαν, οὐκ ἦν ὁ ποιῶν χρηστότητα, οὐκ ἦν ἕως ἑνός. » Εἶτα γέγονεν ἄνθρωπος ὁ μονογενὴς τοῦ Θεοῦ Λόγος, καίτοι τὸ εἶναι Θεὸς οὐ μεθείς. Ἐπειδὴ δὲ καίτοι γεγονὼς καθ' ἡμᾶς, ἀνάλωτος ἦν ἁμαρτίαις, ἐπανεπαύσατο τῇ ἀνθρώπου φύσει τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, ὡς ἐν αὐτῷ καὶ πρώτῳ, καὶ ὡς ἐν ἀπαρχῇ τοῦ γένους δευτέρᾳ, ἵνα καὶ ἡμῖν ἐπαναπαύηται, καὶ μένῃ λοιπὸν ταῖς τῶν πιστευόντων διανοίαις ἐμφιλοχωροῦν. Οὕτω γάρ που καὶ ὁ θεσπέσιος Ἰωάννης τεθεᾶσθαί φησιν ἐξ οὐρανοῦ καταφοιτῆσαν τὸ Πνεῦμα ἐπὶ Χριστόν. Ὥσπερ συγκληρονόμοι γεγόναμεν τῶν συμβεβηκότων τῷ πρωτοπλάστῳ κακῶν, οὕτως ἐσόμεθα μέτοχοι τῶν ὑπαρχθέντων οἰκονομικῶς τῇ

A nos in Christo, et odorem notitiæ suæ manifestat per nos in omni loco, quia Christi bonus odor sumus Deo in iis qui salvi fiunt, et in iis qui pereunt; aliis quidem odor mortis in mortem, aliis vero odor vitæ in vitam [44]. » Idcirco in hac virga, seu in hoc germine ex stirpe Jessæ, suis temporibus acquieturum ait Spiritum Dei, multis virtutibus et viribus pollentem. Spiritum enim ipsum nominat consilii, et intelligentiæ, et cognitionis, et sapientiæ, et fortitudinis, et religionis, et timoris Dei [45]. Dicimus autem prophetam in hoc præconio suo artificium sic temperasse, ut non hominem merum nobis inducat Jesum, dein Spiritu afflatum, et quasi nostri ordinis ac conditionis esset, charismatum divinorum participem factum, sed potius Dei Verbum

B humanam naturam assumpsisse declarat, cumulatum bonis omnibus (quatenus ad ipsius naturam pertinent) ac etiam una cum humanitate quæ ad eam spectant, velut sua ac propria sibi vindicans. Proprium namque humanitatis est, ex se et ex propria quasi natura nihil supernorum donorum habere (dictum enim est ei : « Quid enim habes quod non accepisti? »), at exterius magis et aliunde adscititiis, nimirum a Deo, locupletari donis, quæ propriam naturam superant. Oportebat igitur unigenitum Dei Sermonem qui se exinanivit et demisit, illius exinanitionis humilitatem non recusare, sed propter humanitatem suscipere, non sua causa, sed nostra potius, qui omnium bonorum laboramus indigentia.

C Itaque licet interdum dicatur Spiritum accipere, cum sit tamen ipse subministrator sancti Spiritus, et non ex mensura det, sed veluti de propria plenitudine illud dignis impartiat, hoc pro mensura et modulo exinanitionis intelligatur accipere : sic enim recta ad verum perveniemus. Verum illud mihi specta : « Requiescet enim super ipsum, inquit, Spiritus Dei. » A principio enim datum est nostri generis primitiis, id est, Adamo, verum in observatione mandati, quod traditum erat piger et remissus, jussa posthabuit, ac demersus est in peccatum, nec invenit in hominibus requietem spiritus. « Omnes » etenim « declinaverunt, simul inutiles facti sunt, non erat qui **194** faceret bonum, non erat usque ad unum [46]. » Post factus est homo unigenitum

D Dei Verbum, licet Deus esse non desineret : cumque similis nobis esset, irretitus tamen peccatis non est, Spiritusque sanctus in hominis natura insedit, velut in ipso primo et quasi in secundis primitiis generis, ut et in nobis deinceps conquiesceret ac maneret, et in credentium mentibus cum voluptate habitaret. Sic enim et divinus Joannes vidisse ait se descendentem de cœlo Spiritum in Christum. Ut enim consortes eramus, et hæredes malorum quæ protoplasto primumque condito homini acciderunt : sic etiam eorum quæ per dispensationem exstiterunt secundis nostri generis primitiis, id est, Christo, erimus participes. Quod autem

[44] II Cor. II, 14, 16. [45] Isa. XI, 2. [46] Rom. III, 12.

non particularem aliquam ei gratiam addiderit, quemadmodum in sanctis conquiescere dicitur Spiritus, sed quod plenitudo deitatis in sacrosancta carne velut in suo templo commorata fuerit, et non in experte animi, sed potius animato anima intelligenti, planum faciet propheta, dicens : « Complebit eum spiritus timoris Domini. » Uni autem Spiritui multiplicem tribuit efficacitatem : nec enim alius est Spiritus sapientiæ, alius intelligentiæ, vel consilii, et fortitudinis, ac reliquorum : at quemadmodum unus est ex Deo Patre Sermo, energia autem et efficientia nominatur multifariam (vita namque est, et lux, et virtus) : sic etiam in sancto Spiritu intelliges : unus nimirum cum sit, intelligitur multipliciter, et sic etiam operatur. Quippe Paulus sapientissimus ubi diversorum charismatum species nobis enumeravit : « Hæc omnia, inquit, operatur unus et idem Spiritus, dividit singulis prout vult [47]. »

VERS. 4, 5. *Non secundum gloriam judicabit, neque juxta sermonem arguet, sed judicabit humili judicium, et arguet humiles terræ, et percutiet terram verbo oris sui, et spiritu per labia necabit impium. Et erit justitia cinctus lumbum suum, et veritate involutus costas.*

Emmanuelem suo tempore nasciturum cum optime prædixisset, adducit porro peropportune ex quibus rebus posset inclarescere, a virtute scilicet quæ ipsi inest divina, operumque splendore. Oportebat enim, oportebat, inquam, eos, qui prædictiones propheticas habent, diligenter ante persuadere his qui fidem in eum amplexuri erant, **195** quis et qualis sit, et in quibus præclare sit venturus. Quemadmodum enim si quis nostrum aliquem hominibus, qui eum non norunt monstraturus, ex his quæ novit verbis depingit, et de eo prædicat, non esse capillitio denso, sed mediocriter tenui et raro, et gratioso esse oculo, et subridenti obtutu, et mire gracili ac subtili naso, cæterasque corporis partes persequitur : pari, credo, ratione etiam beatus propheta, quoniam ei de Verbo humanitatem propter nos assumente sermo est, ideo signa divinæ præstantiæ et excellentiæ enumerat, deque eo dicit : « Non secundum gloriam judicabit, neque ex sermone arguet. » Digna res Deo summæque naturæ consentanea. Etenim non in gloriam hominum intueri, sed rectum, et immotum in re quaque, et omnino irreprehensibile exercere judicium, nonne omnium rerum reginam naturam decet? Non enim novit personam respicere, nec divitiis vel elegantia cultus, vel auctoritate decoratum quemque honore aut æstimatione ille dignatur, alios spoliare volentem, sed operarium iniquitatis condemnat prorsus et detestandum reddit. Non arguet autem ex sermone, quemadmodum debeat intelligi, disserere necesse est. Plerique enim nostrum qui laudare volunt,

[47] I Cor. XII, 11.

A δευτέρᾳ τοῦ γένους ἡμῶν ἀπαρχῇ, τουτέστι Χριστῷ. Ὅτι δὲ οὐ μερικὴν αὐτῷ τὴν χάριν εἰργάζετο, καθάπερ ἐν τοῖς ἁγίοις τὸ ἐπαναπαύεσθαι λεγόμενον Πνεῦμα, ἀλλ' ἦν πλήρωμα τῆς θεότητος, τὸ ὡς ἐν ἰδίῳ ναῷ τῇ ἰδίᾳ σαρκὶ καταλύον, καὶ οὐκ ἀψύχῳ ποθὲν, ἐψυχωμένην δὲ μᾶλλον ψυχῇ νοερᾷ, σαφηνιεῖ λέγων ὁ προφήτης· « Ἐμπλήσει αὐτὸν πνεῦμα φόβου Θεοῦ. » Ἑνὶ δὲ τῷ Πνεύματι πολυειδῆ δέδωκε τὴν ἐνέργειαν. Οὐ γάρ τοι Πνεῦμα μὲν ἄλλο τῆς σοφίας, ἕτερον δὲ τὸ συνέσεως, ἤτοι βουλῆς, καὶ ἰσχύος, καὶ τῶν λοιπῶν, ἀλλ' ὥσπερ εἷς μέν ἐστιν ὁ ἐκ τοῦ Θεοῦ Πατρὸς Λόγος, ὀνομάζεται δὲ καὶ ἐνέργεια πολυτρόπως· ζωὴ γάρ ἐστι, καὶ φῶς, καὶ δύναμις· οὕτω καὶ ἐπὶ τοῦ ἁγίου συνήσεις Πνεύματος· ἓν γὰρ ὑπάρχων νοεῖται πολυειδῶς, ἐνεργεῖ δὲ B καὶ οὕτως. Καὶ γοῦν ὁ σοφώτατος Παῦλος διαφόρων ἡμῖν χαρισμάτων ἰδέας ἀπαριθμούμενος· « Ταῦτα πάντα, » φησὶν, « ἐνεργεῖ τὸ ἓν καὶ τὸ αὐτὸ Πνεῦμα, διαιρεῖ ἑκάστῳ ἰδίᾳ, καθὼς βούλεται. »

Οὐ κατὰ τὴν δόξαν κρινεῖ, οὐδὲ κατὰ τὴν λαλιὰν ἐξελέγξει, ἀλλὰ κρινεῖ ταπεινῷ κρίσιν, καὶ ἐλέγξει τοὺς ταπεινοὺς τῆς γῆς, καὶ πατάξει γῆν τῷ λόγῳ τοῦ στόματος αὐτοῦ, καὶ ἐν πνεύματι διὰ χειλέων ἀνελεῖ ἀσεβῆ. Καὶ ἔσται δικαιοσύνῃ ἐζωσμένος τὴν ὀσφὺν αὐτοῦ, καὶ ἀληθείᾳ εἰλημένος τὰς πλευράς.

Ὅτι τεχθήσεται κατὰ καιροὺς ὁ Ἐμμανουὴλ εὖ μάλα προειρηκὼς, προσεπάγει χρησίμως, καὶ τὰ δι' ὧν ἂν εἴη γνώριμος ὡς ἀπό γε τῆς ἐνούC σης αὐτῷ θεοπρεποῦς ἀρετῆς, καὶ τῆς ἐν ἔργοις λαμπρότητος. Ἔδει γὰρ, ἔδει προαναπείθειν ἀκριβῶς προφητικὴν ἔχοντας προαγόρευσιν, τοὺς οἵ γε τὴν ἐπ' αὐτὸν ἔμελλον παραδέχεσθαι πίστιν, τίς δέ γε, καὶ ποῖος, καὶ διὰ ποίων ἥξει κατορθωμάτων. Ὥσπερ γὰρ εἴ τις ἕνα τῶν καθ' ἡμᾶς, τοῖς οὐκ εἰδόσιν αὐτὸν κατασημαίνειν βεβουλημένος, ἐξ ὧν οἶδεν ὄντα λόγῳ ζωγραφεῖ, λέγει δὲ περὶ αὐτοῦ, ὡς εἴη μὲν τὴν κόμην οὐ βαθὺς, συμμέτρως δὲ ψιλὸς, καὶ χαροπὸν μὲν ὅτι τὸ ὄμμα αὐτῷ, καὶ ὑπογελῶσαν ἔχον τὴν βολὴν, ἰσχνὸς δὲ τὴν ῥῖνα, καὶ τὰ ἕτερα δὲ τοῦ σώματος διεξίοι μέρη, τὸν αὐτὸν, οἶμαι, τρόπον καὶ ὁ μακάριος προφήτης, ἐπείπερ ἐστὶν ὁ λόγος αὐτοῦ περὶ τοῦ δι' ἡμᾶς ἐνανθρωπήσαντος Λόγου, ταύτῃ τοι τὰ τῆς θεοπρεποῦς ὑπεροχῆς καὶ μέντοι D ἐξουσίας ἀπαριθμεῖται σημεῖα, καὶ δὴ καί φησι περὶ αὐτοῦ· « Οὐ κατὰ τὴν δόξαν κρινεῖ, οὐδὲ κατὰ τὴν λαλιὰν ἐλέγξει. » Θεοπρεπὲς τὸ χρῆμα, ἐοικός τε φύσει τῇ ἀνωτάτω. Τὸ γὰρ μήτε εἰς δόξαν τὴν ἐν ἀνθρώποις ὁρᾷν, ὀρθήν τε καὶ ἀδιάστροφον τὴν ἐφ' ἑκάστῳ ποιεῖσθαι κρίσιν καὶ ἀμώμητον παντελῶς, πῶς οὐκ ἂν πρέποι τῇ τῶν ὅλων βασιλίδι φύσει; Οὐ γὰρ οἶδεν ὁρᾷν εἰς πρόσωπον, οὔτε μὴν τὸν ταῖς ἐκ πλούτων περιβολαῖς, οὔτε μὴν ἀξιώμασιν ἐξωραϊσμένον ἀξιοῖ τιμῆς ἢ λόγου, πλεονεκτεῖν ἐθέλοντά τινας, κατακρίνει δὲ πάντως, καὶ ἐπάρατον ἀποφαίνει τὸν τῆς ἀνομίας ἐργάτην. Οὐκ ἐλέγξει δὲ κατὰ τὴν λαλιάν· καὶ τίνα τρόπον χρὴ ἐννοεῖσθαι, καὶ

τοῦτο διειπεῖν ἀναγκαῖον. Πλεῖστοι μὲν γὰρ ὅσοι τῶν καθ' ἡμᾶς τοὺς ἐπαινεῖν ἐθέλοντας ἀξιοῦσι τιμῆς, καὶ εἰ μή τινες εἶεν ἀγαθοὶ τοὺς τρόπους, μισθὸν δὲ ὥσπερ τῆς κολακείας αὐτοῖς ἀπονέμουσι τὸ καὶ θεραπεύειν ἔσθ' ὅτε, καὶ τοὺς ὑπ' αὐτοὺς ἐλέγχους συστέλλουσιν. Ἀλλ' οὐ τοῦτο δεδρακότα κατίδοι τις ἂν τὸν Κύριον καὶ Θεὸν ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστόν. Τοιγάρτοι καὶ τοὺς χρηστοεπεῖν ᾑρημένους, οὐ μὴν ἔτι καὶ ἀγαθοὺς ὄντας κατὰ ἀλήθειαν, ἀποτόμοις ἐλέγχοις μεθίστη πολλάκις ἐπί γε τὸ βιοῦν ἑλέσθαι σωφρονέστερον. Προσῆεσαν μὲν γάρ ποτε τῶν καλουμένων Ἡρωδιανῶν τινες, πράκτορες δὲ οὗτοι τελωνῶν, εἶτα δόλον αὐτῷ πικρὸν ἀρτίοντες, ἔφασκον· «Διδάσκαλε, οἴδαμεν ὅτι τὴν ὁδὸν τοῦ Θεοῦ ἐν ἀληθείᾳ διδάσκεις, καὶ οὐ μέλει σοι περὶ οὐδενός. Οὐ γὰρ βλέπεις εἰς πρόσωπον ἀνθρώπων. Ἔξεστι δοῦναι φόρους Καίσαρι, ἢ οὔ; Αὐτὸς δὲ πρὸς ταῦτα, Τί με πειράζετε, ὑποκριταί; ἐπιδείξατέ μοι τὸ νόμισμα τοῦ κήνσου.» Ἄθρει δὴ οὖν ὅπως διελέγχει κολακεύοντας, καὶ χρηστολογοῦντας ἀποσείεται. Διήλεγξε δὲ, καὶ οὐ κατά γε τὴν λαλιὰν αὐτῶν· οἱ μὲν γὰρ προσεδόκων ἐπαινεθήσεσθαι, τάχα που κατειρωνευόμενοι μὲν, πλὴν εὐφυᾶ καὶ στωμυλεστάτην ἐπιτηδεύοντες τὴν κομψολογίαν, ὁ δὲ ἀδοκήτως πειράζοντας καὶ ὑποκριτὰς ἐκάλει. Οὐκοῦν οὐ κατὰ τὴν δόξαν κρινεῖ, τουτέστιν, οὐ προσωπολήπτης ἔσται δικαστής, οὔτε μὴν ἐλέγξει κατὰ τὴν λαλιάν. Οὐ γὰρ ἀνέξεται, φησὶ, τῶν ἀνόσια μὲν φρονεῖν ᾑρημένων, προσωπεῖον δὲ ὥσπερ ἀπάτης καὶ δόλου περιτιθέντων ἑαυτοῖς τὴν κομψολογίαν. Τοῦτό τοί φησιν ἐναργῶς· «Οὐ πᾶς ὁ λέγων μοι, Κύριε, Κύριε, εἰσελεύσεται εἰς τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν, ἀλλ' ὁ ποιῶν τὸ θέλημα τοῦ Πατρός μου τοῦ ἐν τοῖς οὐρανοῖς.» Καὶ πάλιν· «Πολλοὶ ἐροῦσί μοι ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ, τῇ τῆς κρίσεως δηλονότι· Κύριε, Κύριε, οὐ τῷ σῷ ὀνόματι προεφητεύσαμεν, καὶ δυνάμεις πολλὰς ἐποιήσαμεν; Ἀλλὰ τότε, φησὶν, ἐρῶ αὐτοῖς· Ἀμὴν, λέγω ὑμῖν, οὐδέποτε ἔγνων ὑμᾶς.» Τί δὲ δὴ ἄρα πρὸς τούτοις ὁ ἀπροσωπόληπτος ἐργάζεται δικαστής; Κρινεῖ ταπεινῷ κρίσιν, τουτέστιν, οὐ περιόψεταί τινα τῶν ταπεινῶν, ἀλλ' ὀρθὴν καὶ ἀμώμητον ἐπ' αὐτῷ τὴν κρίσιν ἐξοίσει. Ἐξελέγξει δὲ ὁμοίως τοὺς ταπεινοὺς τῆς γῆς· ὥσπερ γὰρ οὐ τὸ τοῦ πλουσίου πλεονεκτεῖν ἐθέλοντος ἐρυθριάσει πρόσωπον, ἀλλὰ δικαίαν ἐπὶ τῷ ταπεινῷ ποιήσεται κρίσιν· οὕτω κἂν εἴ τις, φησὶ, τῶν ἐν ὑφέσει καὶ σμικροπρεπείᾳ τῇ κατὰ τὸν βίον, ἔξω τῶν θείων φέροιτο νόμων, καὶ τοῖς τῆς ἀδικίας ἐγκλήμασιν ἑαυτὸν ἀνιεὶς ἁλίσκοιτο, φησὶν, ἐλεγχθήσεται καὶ οὗτος. Γέγραπται γὰρ, ὅτι «Πένητα οὐκ ἐλεήσεις ἐν κρίσει.» Ὥσπερ γὰρ τὸν ἐν πλούτῳ, καὶ ὑπεροχῇ, καὶ μέντοι καὶ δυναστείαις οὐκ ἀπαλλάξει τῶν αἰτιαμάτων τὸ περιφανὲς, εἰ ἐπί τισι τῶν ἐκτόπων καταγινώσκοιτο, οὕτως οὐκ ἐλευθερώσει τοῦ εἶναι πονηρὸν τὸ ἐν ὑφέσει καὶ ταπεινότητι σμικροπρεπὲς, οὔτε μὴν ἀπαλλάξει τοῦ κολάζεσθαι δεῖν τὸν τῇ πτωχείᾳ κατηχθισμένον, καὶ τὸν ἀπευκτὸν καὶ τρισάθλιον ἀμείβοντα βίον. Προστεπ-

A honorem impertiunt licet minus bonis moribus præditis, eisque mercedem velut adulationis tribuunt, ut interdum etiam colant eos et observent, ac reprehensiones supprimunt. Verum Dominum ac Deum nostrum Jesum Christum hoc factitare nemo viderit. Qui enim blande volunt loqui, neque vere boni sunt, hos acerbissimis reprehensionibus convertit sæpe, ut vitam velint instituere moderatius. Accesserunt enim aliquando quidam Herodiani, ut vocantur : erant autem hi publicanorum exactores : ac dolo in illum egregie instructo dicebant : « Magister, scimus te viam Dei in veritate docere et non esse tibi curam de aliquo; non enim respicis personam hominum : licetne censum dare Cæsari, annon? Quibus ille : Quid me tentatis, hypocritæ? B ostendite mihi numisma census [48]. » Observa igitur quo pacto redarguat palpantes, et blandientes repellat. Coarguit autem, idque non ex sermone ipsorum : **196** nam hi sperabant se laudatum iri, cum cavillarentur quidem, sed ingenuum et blandum orationis leporem adhibentes, hic autem eos tentatores et hypocritas de improviso nominavit. Itaque non judicabit ex opinione, id est, non acceptator erit personarum judex, neque redarguet ex sermone : Non enim, inquit, adhærebit his qui impie affecti sunt, quique leporem orationis tanquam fraudulentiæ ac versutiæ personam sibi assumunt. Quod diserte dicit : « Non omnis qui dicit mihi, Domine, Domine, intrabit in regnum cœlorum, sed qui facit voluntatem Patris mei qui est in C cœlis [49]. » Et rursus : « Multi dicent mihi illo die, » judicii nimirum, « Domine, Domine, nonne in nomine tuo prophetavimus, et virtutes multas præstitimus? Sed tunc, inquit, dicam illis : Amen dico vobis : nunquam novi vos [50]. » Quid porro agit judex hic a personarum acceptatione alienus? Judicabit humili judicium, id est, non despiciet quemquam humilem, at rectum et inculpatum de eo judicium proferet. Similiter etiam arguet humiles terræ : quemadmodum enim personam divitis, rapere ac spoliare volentis, non verebitur, sed justum de humili exercebit judicium : ita, inquit, si quis eorum qui in tenui fortuna et angustiis rerum ad vitam necessariarum constitutus est, ex- D tra leges divinas evagetur, et injustitiæ crimine convictus ac constrictus teneatur, etiam is coarguetur. Scriptum enim est : « Pauperem non misereberis in judicio [51]. » Quemadmodum etenim divitiis, et dignitate, et principatu auctum ornatumque claritas et amplitudo criminibus non absolvet, si reus peractus sit fœdorum scelerum : sic abjectæ fortunæ et humilis hominem parvitas hæc a malo non vindicabit, nec a supplicio prohibebit defendetve eum qui mendicitate gravatur et opprimitur, et qui sordidam ac ter miseram vitam transmittit. Adjungit præterea his et alia quædam divinæ excellentiæ genera, quæ dicit in omnium

[48] Matth. xxii, 16-21. [49] Matth. vii, 21. [50] Ibid. xxii, 23. [51] Exod. xxiii, 3.

Servatore Christo esse, quia non nudus et simplex A homo nostræ conditionis fuerit, sed, uti dixi, Verbum Dei unigenitum incarnatum, et humanæ naturæ particeps. Quid ergo efficiet? inquit. Percutiet terram verbo oris sui. Et quam **197** terram? Maxime quam exsecratus est. Est quidem hoc verum, imo de omni terra verissimum. Maledixit enim universæ terræ, seu hominis naturæ in Adamo, inquiens: « Terra es, et in terram ibis [52]. » Maledixit nihilominus impio mundo, quem aqua oppressit. Maledixit etiam adhæc Judææ, cum incolæ ejus temulente in illum deblaterarent. Dixit enim: « Jerusalem, Jerusalem, quæ occidis prophetas, et ad te missos lapidas, quoties volui congregare filios tuos, quemadmodum gallina congregat pullos suos sub alas, et noluistis? Ecce relinquitur vobis domus B vestra [53-54]. » In illo enim, relinquitur domus vestra, derelictionis in ea factæ calamitas explicatur. Derelicta vero ab eo, bello, igne et adversariorum manibus consumpta est. Est item illud aliud signum et complementum summæ potestatis: Spiritu labiorum auferet impium. Increpavit enim immundos spiritus, et quantum humanam naturam attingit, vox personuit ex ore et labiis, vique spiritus inexplicabili dæmoniorum multitudo fracta est. Erunt autem, ait, et justitia cincti lumbi ejus, et veritate involuta latera. Perinde enim est, ac si quis dicat, Potestatem et auctoritatem in rebus mundanis habet omnino nullam, ac gloriam verius divinam, et quasi succinctus est justitia et veritate. C Zona autem signum est principatus, et cum dicat, ei involuta latera, nihil aliud est quam si declaret, tanquam balteum quempiam circumpositurum sibi justitiam, et præterea veritatem. Verisimile est autem, eum justitiam et veritatem appellare novam et evangelicam prædicationem, quemadmodum dictum est ei psallentis voce: « Justitia tua, justitia in omnem æternitatem, et lex tua veritas [55]. » Justitiæ enim magistra erat et lex, sed non mansit in æternum, meliore et perfectiore introducta, scilicet quæ per Christum lata est. Rursus lex non erat veritas, sed typus potius et umbra. Christus autem et ejus leges pure et simpliciter erant veritas. Siquidem dixit: « Ego sum veritas [56]. »

Ἄγει δὲ τούτοις καὶ ἑτερά τινα τῶν ὅτι μάλιστα θεοπρεπεστάτων ἀξιωμάτων, ἃ καὶ προσεῖναί φησι τῷ πάντων Σωτῆρι Χριστῷ, ὅτι μὴ ψιλὸς ἄνθρωπος καθ' ἡμᾶς, ἀλλ' ἦν, ὡς ἔφην, σαρκωθεὶς καὶ ἐνανθρωπήσας ὁ μονογενὴς τοῦ Θεοῦ Λόγος. Τί τοίνυν ἐργάσεται; φησίν. Πατάξει γῆν τῷ λόγῳ τοῦ στόματος αὐτοῦ. Καὶ ποίαν ἄρα γῆν; Μάλιστα μὲν ἣν ἂν καταράσαιτο. Ἀληθὲς δ' ἂν εἴη καὶ ἐπὶ πάσης τὸ εἰρημένον. Κατηράσατο γὰρ σύμπασαν γῆν, ἤτοι τὴν ἀνθρώπου φύσιν, εἰπὼν ἐν Ἀδάμ· « Γῆ εἶ, καὶ εἰς γῆν ἀπελεύσῃ. » Κατηράσατο γὰρ οὐδὲν ἧττον κόσμον ἀσεβῶν ὕδατι καταπνίξας. Κατηράσατο δὲ πρὸς τούτοις τὴν Ἰουδαίαν, ἐμπαροινησάντων αὐτῷ τῶν οἰκούντων αὐτήν. Ἔφη γάρ· « Ἱερουσαλὴμ, ἡ ἀποκτείνουσα τοὺς προφήτας, καὶ λιθοβολοῦσα τοὺς ἀπεσταλμένους πρὸς αὐτήν· ποσάκις ἠθέλησα ἐπισυναγαγεῖν τὰ τέκνα σου, ὃν τρόπον ὄρνις ἐπισυνάγει τὰ νοσσία ἑαυτῆς ὑπὸ τὰς πτέρυγας, καὶ οὐκ ἠθελήσατε; ἰδοὺ ἀφίεται ὑμῖν ὁ οἶκος ὑμῶν. » Ἐν γὰρ τῷ, ἀφίεται ὑμῖν ὁ οἶκος ὑμῶν, τὸ τῆς ἐγκαταλείψεως τῆς ἐπ' αὐτῇ γενομένης διαφαίνεται πάθος. Ἐγκαταλειφθεῖσα δὲ παρ' αὐτοῦ δεδαπάνηται καὶ πολέμῳ καὶ πυρὶ, καὶ ταῖς τῶν ἀνῃρηκότων χερσίν. Ἕτερον δὲ πρὸς τούτῳ σημεῖον, καὶ τῆς ἀνωτάτω δυνάμεως ἀποτέλεσμα, τὸ ἐν πνεύματι διὰ χειλέων ἀνελεῖν ἀσεβῆ. Ἐπετίμα γὰρ τοῖς ἀκαθάρτοις πνεύμασι, καὶ ὅσον μὲν ἧκεν εἴς γε τὸ ἀνθρώπινον, ἡ διὰ στόματος καὶ χειλέων ἀπεκτυπεῖτο φωνὴ, τῇ δὲ ἀῤῥήτῳ δυνάμει τοῦ πνεύματος ἡ τῶν δαιμονίων πληθὺς συνεθραύετο. Ἔσται δὲ, φησὶ, καὶ δικαιοσύνῃ ἐζωσμένος τὴν ὀσφὺν αὐτοῦ, καὶ ἀληθείᾳ εἰλημένος τὰς πλευράς. Ὅμοιον γὰρ ὡς εἰ λέγοι, Δύναμις αὐτῷ, καὶ ἀξίωμα τῶν μὲν ἐν κόσμῳ τὸ σύμπαν οὐδὲν, δόξα δὲ μᾶλλον ἡ θεοπρεπὴς, καὶ οἷον ἐζῶσθαι δικαιοσύνῃ καὶ ἀληθείᾳ. Ζώνη δὲ σημεῖον ἀρχῆς, καὶ τὸ εἰλῆσθαι λέγειν αὐτὸν τὰς πλευρὰς, ἕτερον οὐδὲν εἴη ἂν ἢ αὐτὸ δὴ τοῦτο κατασημαίνοντος, ὅτι καθάπερ τινὰ ζωστῆρα περικείσεται τὴν δικαιοσύνην, καὶ πρὸς αὐτῇ τὴν ἀλήθειαν. Εἰκὸς δὲ δὴ ὅτι καὶ δικαιοσύνην καὶ ἀλήθειαν τὸ νέον τε καὶ εὐαγγελικὸν ἀπεκάλεσε κήρυγμα, κατά τε τὸ διὰ τῆς τοῦ ψάλλοντος φωνῆς πρὸς αὐτὸν εἰρημένον· « Ἡ δικαιοσύνη σου δικαιοσύνη εἰς τὸν αἰῶνα· καὶ ὁ νόμος σου ἀλήθεια. » Δικαιοσύνης μὲν γὰρ διδάσκαλος καὶ ὁ νόμος ἦν, ἀλλ' οὐ μεμένηκεν εἰς τὸν αἰῶνα, τῆς κρείττονος καὶ τελεωτέρας εἰσκεκομισμένης, δῆλον δὲ ὅτι τῆς διὰ Χριστοῦ. Ἦν δὲ καὶ ὁ πάλαι νόμος οὐκ ἀλήθεια μᾶλλον, ἀλλὰ τύπος καὶ σκιά· Χριστὸς δὲ καὶ τὰ αὐτοῦ καθαρῶς ἡ ἀλήθεια. Τοιγάρτοι καὶ ἔφασκεν· « Ἐγώ εἰμι ἡ ἀλήθεια. »

198 VERS. 6-9. *Et simul pascetur lupus cum* D *agno, et pardus accubabit hœdo, et vitulus, et taurus, et leo simul pascentur, et puer parvulus aget eos: et bos, et ursus compascentur, et simul catuli eorum erunt; et leo, et bos simul vescentur paleis. Et puer parvulus in foramen aspidum, et in cubile fœtuum aspidum manum immittet, nec lædent, neque poterunt quemquam perdere in monte sancto meo, quia impleta est universa terra cognitione Domini, quasi aqua multa cooperiat mare.*

Καὶ συμβοσκηθήσεται λύκος μετὰ ἀρνὸς, καὶ πάρδαλις συναναπαύσεται ἐρίφῳ, καὶ μοσχάριον, καὶ ταῦρος, καὶ λέων ἅμα βοσκηθήσονται, καὶ παιδίον μικρὸν ἄξει αὐτούς. Καὶ βοῦς καὶ ἄρκος ἅμα βοσκηθήσονται, καὶ ἅμα τὰ παιδία αὐτῶν ἔσονται· καὶ λέων καὶ βοῦς ἅμα φάγονται ἄχυρα, καὶ παιδίον νήπιον ἐπὶ τρώγλην ἀσπίδων καὶ ἐπὶ κοίτην ἐγγόνων ἀσπίδων τὴν χεῖρα ἐπιβαλεῖ· καὶ οὐ μὴ κακοποιήσωσιν, οὐδ' οὐ μὴ δύνωνται ἀπολέσαι οὐδένα ἐπὶ τὸ ὄρος τὸ ἅγιόν μου· ὅτι ἐνεπλήσθη ἡ σύμπασα τοῦ γνῶναι τὸν Κύριον, ὡς ὕδωρ πολὺ καλύψαι θαλάσσας.

[52] Gen. III, 19. [53-54] Matth. XXIII, 37, 38. [55] Psal. CXVIII, 142. [56] Joan. XIV, 6.

A Πρὸς τοῖς ἤδη προειρημένοις, μέγα καὶ ἐξαίρετον καὶ τοῦτο σημεῖον, καὶ τῆς τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν ἐπιδημίας οὐκ ἀθαύμαστον ἀποτέλεσμα δοίη τις ἂν εἶναι, καὶ μάλα εἰκότως. Πρὶν μὲν γὰρ γενέσθαι καθ' ἡμᾶς ἄνθρωπον τὸν μονογενῆ τοῦ Θεοῦ Λόγον· πρὶν ἐπιλαβέσθαι σπέρματος Ἀβραάμ, ὁμοιωθῆναί τε κατὰ πάντα τοῖς ἀδελφοῖς, καθὰ γέγραπται, σύμπαν τὸ ἐπὶ γῆς γένος, φημὶ δὴ τὸ ἀνθρώπινον, εἰς ἔθνη διῄρητο δύο, εἴς τε τῶν Ἰουδαίων, καὶ τῶν τῇ κτίσει λελατρευκότων παρὰ τὸν κτίσαντα. Καὶ γνωστὸς μὲν ἦν ἐν τῇ Ἰουδαίᾳ ὁ Θεός· πολὺς δὲ καὶ ἄπλετος εἰδώλων ἑσμὸς παρὰ τῶν ἑτέρων ἐθρησκεύετο· καὶ τὸ ἑκάστῳ δοκοῦν τῇ τοῦ Θεοῦ δόξῃ τετίμητο· « Πάντες γὰρ ἐξέκλιναν, ἅμα ἠχρειώθησαν, καὶ οὐκ ἦν ὁ ποιῶν χρηστότητα, οὐκ ἦν ἕως ἑνός. » Ἀλλ' B Ἰουδαῖοι μὲν διὰ τῆς τοῦ νόμου παιδαγωγίας, οἱονεί πως ἐξημερούμενοι καὶ τοῖς τῆς δικαιοσύνης τρόποις τιθασσευόμενοι, βίον τετιμήκασιν ἀνθρωποπρεπῆ· οἵ γε μὴν ἕτεροι, τοῦτ' ἔστιν, οἱ τοῖς ἀψύχοις εἰδώλοις λατρεύοντες, τὸν ἰθυντῆρα νόμον οὐκ ἔχοντες δεινοί τε ἦσαν τὰς γνώμας, ἄγριοί τε καὶ ἁρπακτικοὶ ἕτοιμοι πρὸς πλεονεξίας, ὁρμητίαι πρὸς ἡδονὰς καὶ τὰς ἄγαν ἐκτόπους, καὶ πρὸς πᾶν τῶν αἰσχίστων ὁτιοῦν προαλέστατοι· ὧν ὁ μέν τις ἦν λύκῳ προσεοικώς, ὁ δὲ παρδάλεσι παραπλήσιος, διά τε τὸ πλείσταις ὅσαις καὶ πολυειδέσι παθῶν διαφοραῖς μονονουχὶ κατεστίχθαι τὰς φρένας· ὁ δὲ ἐπί τοι τὴν γνώμην ἄσχετος ἦν, τὴν καθ' ὧν ἕλοιτο πλεονεξίαν ἀμογητὶ κατορθῶν, τοῖς λέουσιν εἰκασμένος διετέλει κατὰ τὸν βίον. Ἀλλὰ τοῖς οὕτως ἀγρίοις ἤθεσί τε καὶ τρόποις C ἐντεθραμμένοι, Χριστοῦ μεταπλάττοντος εἰς ἡμερωτάτην τε καὶ ἁγίαν ζωήν, κατέληξαν μὲν τῆς ἐνούσης αὐτοῖς ὠμότητος· τετιμήκασι δὲ καὶ αὐτοὶ τὸν ἀνθρώποις πρέποντα βίον τὸν ἐν πραότητι δηλονότι. Πεπιστεύκασι γὰρ λέγοντι τῷ Χριστῷ· « Ἄρατε τὸν ζυγόν μου ἐφ' ὑμᾶς, καὶ μάθετε ἀπ' ἐμοῦ, ὅτι πρᾶός εἰμι καὶ ταπεινὸς τῇ καρδίᾳ, καὶ εὑρήσετε ἀνάπαυσιν ταῖς ψυχαῖς ὑμῶν. » Ὁμοῦ τοιγαροῦν τῇ πίστει κεκερδήκασι καὶ τῆς ἀρχαίας ὠμότητος τὴν ἀπεμπολήν, καὶ τὸ εἶναι χρηστοί τε καὶ πρᾶοι, καὶ τὸ τοῖς ἁγίοις ἀναμὶξ πολιτεύεσθαι. Κεχρηματίκασι γὰρ καὶ αὐτοὶ συμπολῖται τῶν ἁγίων καὶ οἰκεῖοι τοῦ Θεοῦ· τοῦτο οἶμαι πολυτρόπως ἡμῖν τὸν προφητικὸν ἐν τούτοις ὑπαινίττεσθαι λόγον. Συμβοσκηθήσεται γάρ, φησί, λύκος μετὰ ἀρνός, καὶ πάρδαλις συναναπαύσεται ἐρίφῳ, τοῦτ' ἔστι, διὰ Χριστοῦ συναφθήσονται τὰ ἄγρια τοῖς ἡμέροις, τὰ κατ' οὐδένα τρόπον ἱερὰ τοῖς ἱεροῖς καὶ ἁγίοις. Ὅσον γὰρ ἧκεν εἰς τὸ πεπαιδεῦσθαι νόμῳ τὸν Ἰσραὴλ καὶ τοὺς τῆς ἐπιεικείας εἰδέναι τρόπους, ἥμερός τε καὶ πρᾶος ἦν, ὁμοῦ τε καὶ ἱερός, καὶ οἷον προβάτῳ καὶ αἰγὶ παραπλήσιος· ἱερὰ δὲ ἄμφω καὶ καθαρὰ τὰ ζῶα, καὶ πρός γε τούτῳ τὸ τιθασσὸν παρ' αὐτῆς λαχόντα τῆς φύσεως. Λύκος δὲ καὶ πάρδαλις, καὶ μέντοι καὶ λέων, ἄγριά τε φυσικῶς, ἀσύμβατά τε τοῖς ἄλλοις· ἀλλ' ἐν Χριστῷ καὶ τοῦτο κατώρθωται. Συνηνέχθησαν γὰρ ἀλλήλοις, Ἰουδαῖοί τε καὶ Ἕλληνες, κοινὴν ὥσπερ ποιούμενοι

Ad ea quæ jam prius commemorata sunt, addere poteris et illud magnum et eximium signum, et mirificum Servatoris nostri adventus effectum : idque valde merito. Priusquam enim homo fieret similis nobis unigenitum Dei Verbum, priusquam se Abrahami semini insereret, et per omnia fratribus similis esset, quemadmodum scriptum est, universum genus in terra, humanum dico, in duas gentes divisum est, tum in Judæorum, tum eorum qui creaturam supra Creatorem coluerunt. Notus autem erat in Judæa Deus, copiosumque et ingens idolorum agmen ab aliis adorabatur, Deique majestati pro cujusque arbitratu honor tribuebatur. « Omnes enim declinarunt, simul inutiles facti sunt, nec erat, qui faceret bonitatem, non erat usque ad unum[57]. » Sed Judæi legis pædagogia velut mansuefacti, et justitiæ moribus cicurati, vitam coluerunt hominibus dignam : illi vero alii, id est, qui inanimis simulacris servierunt, rectricem legem non habentes, mente sæva præditi exstiterunt, et agrestes, et rapaces, avaritiæ addicti, impetuosi, et proni ad voluptates, easque turpissimas, et ad omnia fœdissima præcipites, quorum alius lupo assimilis erat, alius pardis vicinus et conformis, propterea quod mentem plurimis et variis perturbationibus, et affectibus notatam haberet : alius vero animo impotens et effrenis rapacitate facile persequens, in vita leonibus assimilis exstitit. Verum hi adeo efferatis et moribus et motibus innutriti, Christo eos ad mansuetissimam ac **199** sanctam vitam transformante, crudelitate sua relicta et rejecta, vitam hominibus convenientem, nimirum quæ cum mansuetudine conjuncta esset, excoluerunt. Crediderunt enim Christo dicenti : « Tollite jugum meum super vos, et discite a me quia mitis sum et humilis corde, et invenietis requiem animabus vestris[58]. » Itaque una cum fide lucrifecerunt et veteris immanitatis abolitionem, et ut boni essent, et ut una cum sanctis versarentur. Nuncupati sunt enim concives sanctorum, et domestici Dei. Hoc nobis arbitror propheticum sermonem hisce verbis varie subnotare. Compascet enim, inquit, lupus cum agno, et pardus accubabit hædo, id est, contigua erunt et conjuncta per Christum sæva cum mansuetis, et quæ nullo modo sacra, cum sacris et sanctis. Nam Israel quatenus lege institutus esset, et probitatem morum cognitam perspectamque haberet, placidus erat, et mitis simul et sanctus, et quasi ovi et capræ consimilis : ambo siquidem sacra sunt et munda animalia, et præterea ab ipsa natura ad mansuetudinem efficta. Lupus autem, pardus et leo, immania sunt naturaliter, nec inter se congregabilia : at in Christo hoc quoque perfectum est. Consociati sunt enim inter se mutuo Judæi et Græci, communem veluti capientes cibum, evangelicam et apostolicam scilicet prædicationem, et uni pastori omnium principi subditi qui pascere novit, sicut dicit propheta, in pascuis bonis, et in loco

[57] Psal. XIII, 3. [58] Matth. XI, 29.

præpingui. Sed vitulus, inquit, et taurus, et leo simul pascentur. Videtur autem vitulum appellare novitium et recentem credentium populum, in Christo scilicet puerascentem : taurum autem fortassis Israelem, velut veteranum. Cum enim tener sit vitulus, taurus prior est et maturior tempore. Vel per vitulum designat eum qui cognitione et virtute eminet. Quale est quod dicitur : Pusillos cum magnis, et seniores cum juvenibus benedicendos, juxta vocem psallentis. Novit vero et sapientissimus Joannes mentis et animi ætatem talem. Scribit igitur et patribus, et parvulis, et præterea **200** adolescentibus, comparans, arbitror, mensuram cujusque mentis, et notitiæ et divinæ cognitionis corporum ætatibus. Pascentur itaque, inquit, simul et uno in loco, vitulus, et taurus, et leo. Tum commode vitulo et tauro leonem adjungit, ut rursus ænigmatice et obscure subintelligas fide justificatos, et sceptro Christi omnium nostrum Servatoris subjectos, non ex solis esse mundis et sanctis, nempe ex placidis et mitibus, id est, ex legę mansuefactis, sed etiam ex agrestibus, videlicet ex gentibus, conglutinante et ad concordiam animorum componente eos nostrum omnium Servatore Christo, et bonum inde etiam in filios filiorum, id est, ex ipsis natos transmittente. Nam huc etiam propagatur a nobis pax Christi, et consensionis animorum, et fidei bonum. Istuc enim, puto, ostendit cum adjicit : Simul catuli eorum erunt, et leo, et bos simul vescentur paleis, inquit. Observa quod dicit non mite in alimentum feris usitatum, sed in mitis nutritionem ferum demigrare. Carnivora quippe plane sunt ursus et leo : bos autem et vitulus, et hædus non ita, sed herbas carpunt ejusmodi animantia. Atqui a consuetis ac solitis, inquit, silvestria recedent, et potius ad cibaria mansuetorum transibunt, et illa vescentur palea. Typus autem doctrinæ possit esse hæc pastio. Est igitur intelligendum, ante fidem in Christum gentes improbos habuisse præceptores, pecuinam illis tradentes doctrinam, et porro suadentes, corruptissima et perditissima consectari. At ubi ad agnitionem Dei, qui vere Deus est, vocati sunt, tum simul a pristino errore et doctrinis in quibus enutriti et educati sunt, desciverunt, floridum et deliciis affluentem pastum evangelicarum institutionum simul cum Israelitis sectantes. Cæterum, inquit, etiam puer parvulus ducet eos, id est, magistris subjicientur puerorum formatoribus non acerba mente vitiisque dedita præditis, sed potius simplicibus, et in malitia infantibus, animoque sapientibus, quales omnino sunt Christiani, divinum habentes thesaurum **201** in testaceis vasculis, et corde perversitate ac improbitate libero præditi, ac nuper natis puerulis nulla in re inferiores. Tales enim ipse Servator dignos esse ait regno cœlorum : « Sinite enim, inquit, pueros, et ne prohibete illos venire ad me, talium est enim regnum cœlorum [89]. » Quod autem, licet innocentissimi

[89] Matth. xix, 14.

A τροφὴν, τὸ εὐαγγελικόν τε καὶ ἀποστολικὸν δηλονότι κήρυγμα, καὶ ὑφ' ἑνὶ γεγονότες τῷ πάντων ἀρχιποιμένει, τῷ κατανέμειν εἰδότι, καθά φησιν ὁ προφήτης, ἐν νομῇ ἀγαθῇ, καὶ ἐν τόπῳ πίονι. Ἀλλὰ καὶ μοσχάριον, φησὶ, καὶ ταῦρος καὶ λέων ἅμα βοσκηθήσονται. Ἔοικε δὲ μοσχάριον ἀποκαλεῖν, τὸν ἀρτιφυᾶ καὶ νέον τῶν πιστευσάντων λαὸν, τοῦτ' ἔστι, τὸν ἐν Χριστῷ νηπιάζοντα· ταῦρον δὲ τάχα που τὸν Ἰσραὴλ ὡς πρεσβυγενῆ. Νεογνοῦ γὰρ μόσχου πρωτερεύει ταῦρος κατὰ τὸν χρόνον. Ἤγουν διὰ μόσχου καταδηλοῖ τὸν ὡς ἐν γνώσει τε καὶ κατὰ ἀρετὴν ὑπερκείμενον. Ὁποῖόν ἐστι τὸ εὐλογηθήσεσθαι λέγειν παρὰ Κυρίου τοὺς σμικροὺς μετὰ τῶν μεγάλων, καὶ πρεσβύτας μετὰ τῶν νεωτέρων, κατὰ τὴν τοῦ ψάλλοντος φωνήν. Οἶδεν δὲ καὶ ὁ σοφώτατος Ἰωάννης νοῦ καὶ ψυ- B χῆς ἡλικίαν τοιαύτην. Γράφει γοῦν καὶ πατράσι καὶ παιδίοις, καὶ πρός γε τούτῳ καὶ νεανίσκοις, τὸ, οἶμαι, τῆς ἑκάστου διανοίας τὸ μέτρον, ἤτοι συνέσεως καὶ θεογνωσίας, ταῖς τῶν σωμάτων ἡλικίαις ἀφομοιῶν. Βοσκηθήσονται τοίνυν, φησὶν, ἅμα καὶ κατὰ ταὐτὸν, μοσχάριον καὶ ταῦρος, καὶ λέων. Ἀναπλέκει δὲ πάλιν χρησίμως μοσχαρίῳ τε καὶ ταύρῳ τὸν λέοντα, ἵνα πάλιν αἰνιγματωδῶς ἐννοῇς τοὺς ἐν πίστει δεδικαιωμένους, καὶ ὑπὸ σκῆπτρα γεγονότας τοῦ πάντων ἡμῶν Σωτῆρος Χριστοῦ οὐκ ἐκ μόνων εἶναι καθαρῶν τε καὶ ἱερῶν, ἤγουν ἐξ ἡμέρων τε καὶ πράων, τοῦτ' ἔστι, τῶν διὰ τοῦ νόμου τετιθασσευμένων, ἀλλὰ γὰρ καὶ ἐκ τῶν ἀγρίων, δῆλον δὲ ὅτι τῶν ἐθνῶν, συνείροντος εἰς ὁμοψυχίαν αὐτοὺς τοῦ πάντων ἡμῶν C Σωτῆρος Χριστοῦ, παραπέμποντός τε τὸ ἐντεῦθεν ἀγαθὸν καὶ εἰς παίδων παῖδας, ἤτοι τοὺς ἐξ αὐτῶν. Ἐκτείνεται γὰρ εἰς δεῦρο καὶ παρ' ἡμῖν ἡ εἰρήνη Χριστοῦ, καὶ τὸ ἐκ τῆς ὁμοψυχίας τε ὁμοῦ καὶ ὁμοπιστίας ἀγαθόν. Τοῦτο γὰρ, οἶμαι, δηλοῖ προστιθεὶς, ὅτι ἅμα τὰ παιδία αὐτῶν ἔσονται, καὶ λέων καὶ βοῦς ἅμα φάγονται ἄχυρα, φησίν. Ἐπιτήρησον ὅτι οὐ τὸ ἥμερον εἰς τὴν τοῖς ἀγρίοις κατειθισμένην μεταφοίτησιν ἔφη τροφὴν, ἀλλ' εἰς τὴν τοῦ ἡμέρου τὸ ἄγριον· σαρκοβόρα μὲν γὰρ ὁμολογουμένως ἄρκτος καὶ λέων, βοῦς δὲ καὶ μόσχος, ἤγουν ἔριφος οὐκέτι· ποηφαγῆ δὲ μᾶλλον τὰ τοιάδε τῶν ζώων. Ἀλλὰ τῶν ἐν ἔθει, φησὶν, τὸ ἄγριον ἀποστήσεται. Μεταχωρήσει δὲ μᾶλλον ἐπὶ τὴν τῶν ἡμέρων τροφὴν, ἀχυροφαγήσει γὰρ καὶ αὐτά. Καὶ τύπος ἂν εἴη διδαγμάτων ἡ D τροφή. Ἔστι τοίνυν ἐννοεῖν, ὅτι πρὸ μὲν τῆς πίστεως τῆς εἰς Χριστὸν τὰ ἔθνη πονηροὺς μὲν ἐσχήκασι διδασκάλους, θηριοπρεπὲς αὐτοῖς παρατιθέντας τὸ μάθημα, καὶ τὰ φθορᾶς τε καὶ ἀπωλείας ἔργα τιμᾷν ἀναπείθοντας. Ἐπειδὴ δὲ κέκληνται πρὸς ἐπίγνωσιν τοῦ κατ' ἀλήθειαν ὄντος Θεοῦ, ὁμοῦ τῇ ἀρχαίᾳ πλάνῃ καὶ τῶν συντρόφων αὐτοῖς ἀπηλλάττοντο μαθημάτων, τὴν εὐανθῆ τε καὶ εὐδιάθρυπτον τῶν εὐαγγελικῶν παιδευμάτων ὁμοῦ τοῖς ἐξ Ἰσραὴλ τιμῶντες τροφήν. Ἀλλὰ καὶ παιδίον, φησὶ, μικρὸν ἄξει αὐτοὺς, τοῦτ' ἔστιν, ὑπὸ διδασκάλοις ἔσονται παιδαγωγοῖς οὐ πικρόν τε καὶ φιλοκάλουργον ἔχουσι νοῦν, ἁπλοῖς δὲ μᾶλλον καὶ νηπιάζουσι μὲν ἐν κακίᾳ, σοφοῖς δὲ τὰς φρένας. Τοιοῦτοι δὲ πάντες οἱ ἐν Χριστῷ τὸν θεῖον

ἔχοντες θησαυρὸν ἐν ὀστρακίνοις σκεύεσιν, καὶ δυστροπίας μὲν καὶ φαυλότητος ἐλευθέραν ἔχοντες τὴν καρδίαν, ἀρτιγενῶν τε παιδίων κατ' οὐδὲν ἀποδέοντες. Τοὺς γὰρ τοιούτους καὶ αὐτὸς ὁ Σωτὴρ ἀξίους εἶναί φησι τῆς βασιλείας τῶν οὐρανῶν· « Ἀφίετε » γάρ, φησὶ, « τὰ παιδία, καὶ μὴ κωλύετε αὐτὰ ἔρχεσθαι πρός με· τῶν γὰρ τούτων ἐστὶν ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν. » Ὅτι δὲ καὶ ἐπὶ πλείστην ἔχοιεν τὴν ἀκακίαν εἰς νοῦν, ἀχείρωτοί τε καὶ ἄληπτοι, καὶ ἁπάντων ἔσονται δειμάτων ἀμείνους, ὑπεμφαίνει λέγων· « Καὶ παιδίον νήπιον ἐπὶ τρώγλην ἀσπίδων, καὶ ἐπὶ κοίτην ἐγγόνων ἀσπίδων τὴν χεῖρα ἐπιβαλεῖ, καὶ οὐ μὴ κακοποιήσωσιν, οὐδ' οὐ μὴ δύνωνται ἀπολέσαι οὐδένα ἐπὶ τὸ ὄρος τὸ ἅγιόν μου. » Τρώγλας δὲ οἶμαι καὶ κοίτας ἀσπίδων, ἢ τὰ πονηρὰ τῶν δαιμονίων ὀνομάζει στίφη, ἤγουν τὰς τῶν ἀνοσίων αἱρετικῶν B οἷον οἰκίας τε καὶ καταδύσεις· ἵνα μὴ λέγωμεν ἐκκλησίας· αἷς τὴν χεῖρα πλειστάκις ἐπιφέροντες οἱ ἐν Χριστῷ νηπιάζοντες περιγίνονται ῥᾳδίως, κατ' οὐδένα τρόπον ἀδικούμενοι· Χριστὸς γάρ ἐστιν ὁ ἐπαμύνων αὐτοῖς, καὶ τῆς ἐκείνων σκαιότητος ἀφανίζων τὰ δήγματα, ἄπρακτόν τε τὸν ἰὸν ἀποφαίνων. Οὐ γὰρ μὴ δύνωνται, φησὶν, ἀπολέσαι τινὰ ἐπὶ τὸ ὄρος τὸ ἅγιόν μου. Ἅγιον δὲ ὄρος φησὶ τὴν Ἐκκλησίαν, διὰ τὸ ὑψοῦ τεθεῖσθαι τό γε ἧκον εἰς δόξαν, καὶ τῶν ἐν αὐτῇ δογμάτων τὸ ἐπηρμένον. Χθαμαλὸν γὰρ οὐδὲν ἐν ἡμῖν. Οὐ γὰρ ἴσως τῇ κτίσει τῷ Κτίστῃ τὸ σέβας ἀνάπτειν ἠθίσμεθα παρὰ τὸν Κτίστην καὶ Ποιητήν· οὔτε μὴν τὸν τῶν ὅλων δημιουργὸν Θεὸν Λόγον τῆς αὐτῷ πρεπούσης καταβιβάζομεν δόξης, συναριθμοῦντες αὐτὸν τοῖς κτίσμασιν. Ἐμπεπλῆσθαί τέ φησι τὴν σύμπασαν τοῦ γνῶναι τὸν Κύριον, οὕτω τε εἶναι πλήρη τῆς εἰς αὐτὸν εὐσεβείας, καθάπερ ἀμέλει καὶ ἡ πλατεῖά τε καὶ εὐρύχωρος θάλασσα μεστὴ τῶν ἰδίων ὑδάτων ἐστίν. Ἴδοι δ' ἄν τις καὶ τοῦτο ἀληθές. Ποῦ γὰρ ὅλως ἢ παρὰ τισιν οὐκ ὀνομάζεται Χριστός; ἢ ποῖον ἀνθρώπων γένος οὐχ ὑποπέπτωκεν; Κάμψει γὰρ αὐτῷ πᾶν γόνυ, καὶ πᾶσα γλῶσσα ἐξομολογήσεται αὐτῷ κατὰ τὸ γεγραμμένον, ὅτι Κύριος Ἰησοῦς Χριστὸς εἰς δόξαν Θεοῦ Πατρός.

A forent et simplicissima mente, inexpugnabiles, indeprehensibiles, omnibusque terroribus superiores futuri sunt, subindicat dicens : « Et puer parvulus in foramina aspidum, et in cubile fœtuum aspidum manum immittet, nec lædent, neque poterunt quemquam perdere in monte sancto meo. » Foramina autem et cubilia aspidum, credo, dicit malas dæmoniorum turmas, vel impiorum hæreticorum lustra ac latibula, ecclesias enim dicere non lubet, in quas sæpenumero manus immittentes, qui in Christo infantes sunt, facile superant nihil prorsus læsi. Christus siquidem eos vindicat, et sinistræ illorum perversitatis morsus reprimit, virusque inefficax efficit. Nec enim poterunt, inquit, perdere quemquam in monte sancto meo. Sanctum montem dicit B Ecclesiam, propterea quod in alto gloriæ fastigio collocata sit, et propter dogmatum in ea sublimitatem. Humile enim nihil est in nobis. Non etenim creaturæ supra Creatorem venerationem deferre solemus, nec omnium opificem Deum Verbum de gloria debita deturbamus, nec eum creaturis annumeramus. Repletam dein ait universam terram cognitione Domini, tanta religione erga eum plenam, quantis scilicet aquis spatiosum et laxum mare operitur. Quod verum esse a quovis perspici potest et intelligi. Ubi enim et apud quos Christus non nominatur? Et quod genus hominum illi non paret? Flectet etenim se illi omne genu, et omnis lingua illi confitebitur, quemadmodum scriptum est : Quia Dominus Jesus Christus in gloria Dei Patris [60].

Καὶ ἔσται ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ ἡ ῥίζα τοῦ Ἰεσσαὶ καὶ ὁ ἀνιστάμενος ἄρχειν ἐθνῶν, ἐπ' αὐτῷ ἐλπιοῦσιν, καὶ ἔσται ἡ ἀνάπαυσις αὐτοῦ τιμή. C

VERS. 10. *Et erit in die illa radix Jessæ, et qui consurgit, ut sit princeps gentium, in ipso gentes sperabunt, erit requies ejus honor.*

Ἀναλάμπει κατὰ βραχὺ τῶν ἀμυδρῶς εἰρημένων ἡ θεωρία, καὶ ἅπερ ἔφη δι' αἰνιγμάτων, ταῦτα τοῖς φιλακροάμοσιν εὖ μάλα διατρανοῖ. Τίνα γὰρ τρόπον βοσκηθήσεται μὲν ὁ λύκος μετὰ ἀρνὸς, συναναπαύσεται δὲ ἐρίφῳ πάρδαλις, καὶ μοσχάριον, καὶ βοῦς, καὶ λέων ἅμα φάγονται ἄχυρα, πότε δὲ ὅλως ἔσται ταυτὶ, καὶ τίνες οἱ ποτὲ μὲν ὠμοὶ καὶ ἀπηνεῖς, ἐσόμενοι δὲ μετὰ τοῦτο τιθασσοί τε καὶ πρᾶοι, ἔσονται δὲ ὅπως ἀναμὶξ τοῖς ἡμέροις τε καὶ ἱεροῖς ὑφ' ἑνὶ τῷ πάντων ἀρχιποιμένι νεμηθησόμενοι, καταλευκαίνει λέγων· Καὶ ἔσται ἡ ῥίζα τοῦ Ἰεσσαί. Ἔσται δὲ τί καὶ ἐπὶ τίσιν; Ὥστε κατάρξαι, φησὶ, τῶν ἐθνῶν, γε- D νέσθαι δὲ καὶ εἰς ἐλπίδα τοῖς οὐκ ἔχουσιν ἐλπίδα, αὐτοῖς δὲ δηλονότι τοῖς ἔθνεσιν, οἷς καὶ ὁ σοφώτατος Παῦλος ἐπιστέλλει λέγων· « Διὸ μνημονεύετε ὑμεῖς τὰ ἔθνη, οἱ λεγόμενοι ἀκροβυστία ὑπὸ τῆς λεγομένης ἐν σαρκὶ περιτομῆς χειροποιήτου, ὅτι ἦτε ἐν τῷ καιρῷ ἐκείνῳ χωρὶς Χριστοῦ, ἀπηλλοτριωμένοι τοῦ

Elucet paulatim eorum quæ obscure dicta sunt intelligentia, et quæ per ænigmata dixit, hic attentis auditoribus optime explanat. Nam quomodo compascet lupus cum agno, **202** et pardus hædo accubabit, et vitulus, et bos, et leo simul vescentur paleis, quando vere hæc omnino fient, et quinam olim crudeles, deinceps evadent cicures et mites, et quo pacto placidis et sanctis permiscebuntur, sub uno summo omnium pastore pascentes, candide et aperte declarat, cum ait : Et erit radix Jessæ. At quid erit et in quibus? Ut princeps sit, D inquit, gentium, et ut spes sit spem non habentibus, ipsis videlicet gentibus, quibus sapientissimus Paulus scribit dicens : « Propter quod memores estote vos gentes, qui dicebamini præputium ab ea quæ dicitur circumcisio in carne, manufacta : quod eratis in tempore illo sine Christo, alienati ab Israel, et hospites testamentorum, promissionis

[60] Philipp. II, 10, 11.

spem non habentes, et sine Deo in hoc mundo. Nunc autem in Christo Jesu vos qui aliquando eratis longe, facti estis prope in sanguine Christi [61]. » Verum etsi erant spei expertes, et Deum non habentes in mundo (procubuerunt enim operibus suarum manuum), tamen vocati sunt per fidem ad agnitionem Christi, et ei subjecti sunt, et Deum habuerunt naturalem et verum, et spei sanctorum erant consortes. Erit autem, inquit, requies ejus honor. Dupliciter intelliges quod dicitur. Si quis enim mallet requietem hic Christi mortem in carne significare, quam propter nos sustinuit volens, non tanquam mortem sustinens (vita enim erat natura), sed velut quiescere carnem faciens ad tempus: hoc illi aliud nihil erat quam honor. Glorificatus est enim omnium Salvator et Dominus noster Jesus Christus, cum necem pro mundo subiisset, et pro omnium vita voluntariam mortem esset perpessus. Affatus nimirum est Patrem cœlestem ad pretiosissimam crucem profecturus: « Pater, glorifica tuum Filium, ut et Filius tuus glorificet te [62]; » et rursus: « Nunc glorificatus est Filius hominis, et Deus glorificatus est in eo [63]. » Quatenus enim ad crucifigentium dementiam et impios et crudeles conatus attinebat, labem illi et ignominiam aspersit passio; putabant enim forte invitum eum esse passum. At ubi revixit, spoliato inferno, et morte se superiorem hac re ostendens, honori ei et gloriæ hujus rei eventum fuisse comperiemus. Erit itaque, inquit, hoc modo requies ei, honor. Si vero quis **203** aliter his commentationibus adjicere velit, sic dictorum sensum accipiet: Non enim in solam spem erit gentibus Servator, sed manifestabitur etiam stato temporum curriculo, sive resurget, non ut imperet solum illis, sed etiam requietem quæ gloriæ ipsis et honori sit, donabit. Hospitium enim gratum illi est sanctorum mens, et commoratur cum dignis, et conquiescit cum animabus sacris ipsum colentium. Quod qui consecuti sunt, his honori est et gloriæ. Quid enim cum hac nobilitate et gloria conferendum est, Deum habere diversantem et in corde habitantem? Erit itaque, modo velimus, etiam hac ratione in nobis requies ejus honor: « Si enim quis, inquit, audiet sermonem meum, diliget eum Pater meus, et ad eum veniemus, et in eo manebimus [64]. »

VERS. 11. *Et erit die illa, perget Dominus ostendere manum suam, ad æmulandum residuum populi, quod relictum fuerit ab Assyriis, et ab Ægypto, et Babylonia, et Æthiopia, et ab ortu solis, et ab Arabia.*

Diem itaque nominat propheta hic tempus quo Christi adventus fuit, et dispensatione cum carne

A Ἰσραὴλ, καὶ ξένοι τῶν διαθηκῶν, τῆς ἐπαγγελίας ἐλπίδα μὴ ἔχοντες καὶ ἄθεοι ἐν τῷ κόσμῳ. Νυνὶ δὲ οἱ ποτὲ ὄντες μακρὰν, ἐγενήθητε ἐγγὺς ἐν τῷ αἵματι τοῦ Χριστοῦ. » Ἀλλ' εἰ καὶ ἦσαν ἐλπίδος δίχα, καὶ Θεὸν οὐκ ἔχοντα κατὰ τὸν κόσμον· προσκεκυνήκασι γὰρ τοῖς ἔργοις τῶν ἰδίων χειρῶν· ἀλλ' οὖν κεκλημένα διὰ τῆς πίστεως εἰς ἐπίγνωσιν τοῦ Χριστοῦ, καὶ ὑπ' αὐτῷ τέθεινται, καὶ Θεὸν ἐσχήκασι τὸν φύσει καὶ ἀληθῶς, καὶ τῆς τῶν ἁγίων ἐλπίδος γεγόνασι κοινωνοί. Ἔσται δὲ, φησὶν, ἡ ἀνάπαυσις αὐτοῦ τιμή. Διχῇ νοήσεις τὸ εἰρημένον. Εἰ μὲν γάρ τις ἕλοιτο τὴν ἀνάπαυσιν ἐν τούτοις ὑποδηλοῦν τὸν ἐν σαρκὶ θάνατον τοῦ Χριστοῦ, ὃν δι' ἡμᾶς ὑπέμεινεν ἑκὼν, οὐχ ὡς θάνατον ὑπομένων, ζωὴ γὰρ ἦν κατὰ φύσιν, ἀλλ' οἷον ἠρεμῆσαι βραχὺ τὴν σάρκα ποιῶν· τιμὴ τὸ B χρῆμα, καὶ ἕτερον οὐδέν. Δεδόξασται γὰρ ὁ τῶν ὅλων Σωτὴρ καὶ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς ὁ Χριστὸς, τὴν ὑπέρ γε τοῦ κόσμου σφαγὴν ὑπομείνας, καὶ ὑπὲρ τῆς ἁπάντων ζωῆς ἐθελοντὴς ἀνατλὰς τὸν θάνατον. Καὶ γοῦν ἔφασκε πρὸς τὸν ἐν οὐρανοῖς Πατέρα, μέλλων ἐπὶ τὸν τίμιον ἰέναι σταυρόν· « Πάτερ, δόξασόν σου τὸν Υἱὸν, ἵνα καὶ ὁ Υἱός σου δοξάσῃ σε. » Καὶ πάλιν· « Νῦν ἐδοξάσθη ὁ Υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου, καὶ ὁ Θεὸς ἐδοξάσθη ἐν αὐτῷ. » Ὅσον μὲν γὰρ ἧκεν εἰς τὴν τῶν σταυρωσάντων ἀπόνοιαν, καὶ τὸ ἀνόσιόν τε καὶ ἀπαχθὲς ἐγχείρημα, μῶμος ἦν αὐτῷ καὶ ἀδοξία τὸ πάθος. Ὤοντο γὰρ ἴσως καὶ οὐχ ἑκόντα παθεῖν. Ἐπειδὴ δὲ ἀνεβίω σκυλεύσας τὸν ᾅδην, καὶ ὅτι θανάτου κρείττων ἐστὶν δι' αὐτοῦ τοῦ πράγματος ἀποφήνας, εἰς C τιμὴν αὐτῷ καὶ δόξαν ἐκτελευτῶσαν εὑρήσομεν τὴν τοῦ πράγματος ἔκβασιν. Ἔσται τοίνυν, φησὶ, κατὰ τοῦτον τὸν τρόπον ἡ ἀνάπαυσις αὐτοῦ τιμή. Εἰ δὲ δὴ καὶ ἑτέρως τοῖς θεωρήμασι προσβαλεῖν βούλοιτό τις, ἐκδέξεται τοιῶσδε τῶν εἰρημένων τὴν δύναμιν. Οὐ γὰρ εἰς ἐλπίδα μόνην ἔσται τοῖς ἔθνεσιν ὁ Χριστὸς, ἀναδειχθήσεται δὲ κατὰ καιροὺς, ἤγουν ἀναστήσεται οὐ πρὸς τὸ κατάρξαι μόνον αὐτῶν, ἀλλὰ γὰρ εἰς τιμὴν καὶ δόξαν αὐτοῖς χαριεῖται τὴν ἐν αὐτοῖς ἀνάπαυσιν. Ἐνδιαίτημα μὲν γὰρ αὐτῷ φίλον τῶν ἁγίων ὁ νοῦς, ἐναυλίζεται δὲ τοῖς ἀξίοις, καὶ ἀναπαύεται ψυχαῖς ἱεραῖς τῶν σεβομένων αὐτὸν, καὶ τοῖς λαβοῦσι τὸ χρῆμα τιμή τέ ἐστι καὶ δόξα. Τί γὰρ ἂν γένοιτο ἰσοστατοῦν εἰς εὐκλείας λόγον τοῦ Θεὸν ἔχειν ἐνηυλισμένον καὶ ἐνοικοῦντα καρδίαις; D Ἔσται τοίνυν καὶ κατὰ τοῦτον τὸν τρόπον ἡ ἐν ἡμῖν ἀνάπαυσις αὐτοῦ τοῖς ἅπαξ ἐθέλουσι τιμή· « Ἐὰν γάρ τις ἀκούσῃ, » φησὶ, « τῶν λόγων μου, ἀγαπήσει αὐτὸν ὁ Πατήρ μου, καὶ πρὸς αὐτὸν ἐλευσόμεθα, καὶ ἐν αὐτῷ καταλύσομεν. »

Καὶ ἔσται ἐν ἡμέρᾳ ἐκείνῃ, προσθήσει Κύριος τοῦ δεῖξαι τὴν χεῖρα αὐτοῦ, τοῦ ζηλῶσαι τὸ καταλειφθὲν ὑπόλοιπον τοῦ λαοῦ, ὃ ἐὰν καταλειφθῇ ἀπὸ τῶν Ἀσσυρίων, καὶ ἀπὸ Αἰγύπτου, καὶ Βαβυλωνίας καὶ Αἰθιοπίας, καὶ ἀπὸ Ἐλαμιτῶν, καὶ ἀπὸ ἡλίου ἀνατολῶν, καὶ ἐξ Ἀραβίας.

Ἡμέραν μὲν οὖν ὁ προφήτης ἐν τούτοις τὸν καιρὸν ὀνομάζει, καθ' ὃν ἡ Χριστοῦ γέγονε παρουσία, καὶ

[61] Ephes. II, 11, 12. [62] Joan. XVII, 1. [63] Joan. XIII, 31. [64] Joan. XIV, 23.

τῆς μετὰ σαρκὸς οἰκονομίας τοῦ Μονογενοῦς ἀνεδείχθη τὸ μυστήριον. Τότε δὴ οὖν, τότε, φησὶ, καταδείξει Κύριος τὴν ἑαυτοῦ χεῖρα, τοῦτ' ἔστι, δυναστείας ἐπίδειξις ἔσται πολλή· καὶ τοῦτο οὐ μάτην, ἀλλ' ὑπὲρ «τοῦ ζηλῶσαι τὸ καταλειφθὲν ὑπόλοιπον τοῦ λαοῦ, ὃ ἐὰν καταλειφθῇ ἀπὸ τῶν Ἀσσυρίων,» φησὶ, καὶ ἀπὸ τῶν ἄλλων ἐθνῶν. Δεῖ δὲ, οἶμαι, τὴν τῶν εἰρημένων δύναμιν κατευρύνοντας ἀπεργάσασθαι διαφανεστέραν. Κατὰ μὲν γὰρ τοὺς ἄνωθεν ἔτι καιροὺς κέκμηκεν οὐ μετρίως τὸ τῶν Ἰουδαίων ἔθνος, καταδηούντων αὐτὸ, τοῦτο μὲν Ἀσσυρίων καὶ Ἐλαμιτῶν, τοῦτο δὲ τῶν ἀπὸ Αἰγύπτου καὶ Βαβυλωνίας, καὶ ἀπὸ ἡλίου ἀνατολῶν, καὶ ἐξ Ἀραβίας. Ἐπιλάμψας δὲ μετὰ τοῦτο Χριστὸς ἡ πανσθενεστάτη χεὶρ καὶ παντουργὸς δεξιὰ τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς ἑαυτὴν ἐμφανῆ καθίστη διὰ θαυμάτων, καὶ πληροφορεῖν ἠπείγετο τοὺς ἐξ Ἰσραὴλ, ὅτι τε εἴη κατὰ ἀλήθειαν Θεὸς, καὶ Θεοῦ τοῦ κατὰ ἀλήθειαν Υἱός. Τί γὰρ τῶν ἄγαν τεθαυμασμένων οὐ τετέλεσται παρ' αὐτοῖς; πάντα γὰρ ἦν θεοπρεπῆ καὶ παράδοξα, καὶ τῆς ἀνωτάτω δυνάμεως σαφῆ τε καὶ ἐναργεστάτην ἔχοντα τὴν ἐπίδειξιν. Κατ' ἐκεῖνο, φησὶ, τοίνυν τοῦ καιροῦ προσθήσει Κύριος τοῦ δεῖξαι τὴν χεῖρα αὐτοῦ, ὑπὲρ τοῦ ζηλῶσαι τὸν Ἰσραὴλ, καὶ οἷον μὴ μόνοις τοῖς ἔθνεσι παραχωρῆσαι Χριστὸν, ἑλέσθαι δὲ καὶ αὐτοὺς ἐλπίδα ἔχειν τὴν ἐπ' αὐτῷ, καὶ μὴν καὶ ὑπ' αὐτῷ γενέσθαι ζητεῖν, ἄρχοντά τε ποιεῖσθαι, καθηγητὴν καὶ διδάσκαλον, τὸν ταύτης ἕνεκα τῆς αἰτίας γενόμενον ἄνθρωπον. Καὶ γοῦν ἔφασκε διὰ φωνῆς τοῦ Δαβίδ· «Ἐγὼ δὲ κατεστάθην βασιλεὺς ὑπ' αὐτοῦ ἐπὶ Σιὼν ὄρος τὸ ἅγιον αὐτοῦ, διαγγέλλων τὸ πρόσταγμα Κυρίου.» Ἧκεν μὲν γὰρ ὁ Χριστὸς, οὐκ ἀπεστάλθαι λέγων εἰ μὴ εἰς τὰ ἀπολωλότα πρόβατα οἴκου Ἰσραήλ. Καὶ γοῦν παρ' αὐτοῖς διεκήρυξε πρώτοις, ἐνετέλλετο δὲ καὶ τοῖς ἁγίοις ἀποστόλοις· «Εἰς ὁδὸν ἐθνῶν μὴ ἀπέλθητε, καὶ εἰς πόλιν Σαμαρειτῶν μὴ εἰσέλθητε· πορεύεσθε δὲ μᾶλλον πρὸς τὰ ἀπολωλότα πρόβατα οἴκου Ἰσραήλ.» Ἐπειδὴ δὲ διατετελέκασιν ἐκ πολλῆς ἄγαν ἀπονοίας οἱ δείλαιοι τὸν ἀφιγμένον εἰς τοῦτο ταῖς ἀπειθείαις περιυβρίζοντες, μεταπεφοίτηκεν ἐπὶ τὰ ἔθνη λοιπὸν, καὶ γεγόνασιν οἱ ἔσχατοι πρῶτοι, καὶ οἱ πρῶτοι ἔσχατοι. Ταύτῃ τοι καὶ νῦν ὁ προφήτης, ἅτε δὴ καὶ ὑπάρχων Πνευματοφόρος ἀνὴρ, καὶ τῶν ἐσομένων τὴν γνῶσιν διὰ τῆς ἄνωθεν δᾳδουχίας πεπλουτηκὼς, πρῶτον διαμέμνηται τῶν ἐθνῶν, εἶτα μετ' ἐκείνους τοῦ Ἰσραὴλ, ὡς ἐῤῥιμμένου κατόπιν τῶν διὰ πίστεως ἡγιασμένων, τεθειμένου τε εἰς νῶτον καὶ ἐν τοῖς περιλοίποις, κατὰ τὸ γεγραμμένον.

Καὶ ἀρεῖ σημεῖον εἰς τὰ ἔθνη, καὶ συνάξει τοὺς ἀπολομένους Ἰσραὴλ, καὶ τοὺς διεσπαρμένους τοῦ Ἰούδα συνάξει ἐκ τῶν τεσσάρων πτερύγων τῆς γῆς. Καὶ ἀφαιρεθήσεται ὁ ζῆλος Ἐφραῒμ, καὶ οἱ ἐχθροὶ Ἰούδα ἀπολοῦνται. Ἐφραῒμ οὐ ζηλώσει Ἰούδαν, καὶ Ἰούδας οὐ θλίψει Ἐφραΐμ.

Παραδόξως ἡμῖν ὁ προφήτης τὸν ἔν γε τούτοις μάλιστα διαπεραίνει λόγον. Δέχεται γὰρ τὸ ἱστορικῶς γεγονὸς εἰς εἰκόνα πράγματος νοητοῦ· χρῆναι δὲ οἶμαι ὡς ἔνι εἰπεῖν καὶ τοῦτο λαμπρῶς. Διεδέξατο γὰρ τὴν Σολομῶντος ἀρχὴν ὁ ἐξ αὐτοῦ γεγονὼς Ῥο-

Unigeniti mysterium patefactum est. Tunc, inquit, tunc ostendet Dominus suam manum, id est, potentiæ magna erit declaratio, idque non frustra, sed ad æmulandum relictum residuum populi quod relictum fuerit ab Assyriis, et ab aliis gentibus. Cæterum sensum eorum quæ dicta sunt explicare oportere me arbitror, et efficere illustriorem. Superioribus enim temporibus haud mediocriter divexata est gens Judaica, partim eam Assyriis, et Elamitis, partim iis qui ab Ægypto, et Babylonia, et ab ortu solis, et ex Arabia profecti sunt, depopulantibus. Post hæc autem cum Christus affulsisset, omnipotentissima manus omniumque effectrix illa dextera Dei et Patris se clare exhibuit, et Israelitis persuadere conatus est se esse vere Deum, et Dei vere Filium. Quid enim gestum est apud eos non valde stupendum? Omnia enim erant divina et communem opinionem excedentia, et summæ potentiæ claram et illustrissimam habentia demonstrationem. Hoc igitur tempore, **204** inquit, perget Dominus ostendere manum suam, ad æmulandum Israelem: videlicet non ut ad solas gentes accederet Christus, sed ut hi quoque in illo spem haberent, illi subessent, illum principem facerent et ducem, principem et doctorem qui hac de causa homo factus est. Dixit autem voce Davidis: «Ego constitutus sum rex ab eo super montem Sion sanctum ejus, prædicans præceptum Domini [65].» Venit enim Christus, dicens se non missum nisi ad oves perditas domus Israelis. Et sane apud eos primum prædicavit, præcepitque sanctis apostolis: «In viam gentium ne abieritis, et in civitatem Samaritanorum ne intretis, sed ite potius ad oves perditas domus Israel [66].» Cum autem ex singulari amentia, eum qui ad hoc venit, sua inobedientia, miseri homines affecissent insigni contumelia, transmigravit deinceps ad gentes, et facti sunt ultimi primi, et primi ultimi. Hinc et propheta nunc, quippe vir Spiritu afflatus, et futurorum scientia, face prælucente e supernis, ditatus, primum mentionem facit gentium, dein post illas, Israelis, utpote qui projectus est a tergo eorum, qui per fidem sanctificati sunt, et in dorso positus est et inter reliquias, quemadmodum scriptum est.

VERS. 12. *Et tollet signum in gentes, et congregabit perditos Israelis, et dispersos Juda coget a quatuor alis terræ: et auferetur zelus Ephraim, et inimici Juda peribunt, et Ephraim non æmulabitur Judam, et Judas non affliget Ephraim.*

Propheta sermonem hunc hisce verbis mirabiliter pertexit. Sumit enim quod historice factum est ad imaginem describendam rei sub intelligentiam cadentis. Idque dicendum esse arbitror, quatenus licet, dilucide. Cepit enim regnum Salomonis natus

[65] Psal. II, 6. [66] Matth. X, 5, 6.

ejus Roboamus, a quo dissecta est in dissidium gens Judaica, et decem tribus cum dimidia tribu Ephraim commigrarunt Samariam : Hierosolymis vero remansit tribus Juda, et dimidia tribus Manassis. Regnaruntque vicissim statis temporibus, et horum et illorum aliquot : Hierosolymis, qui ex tribu Juda, in Samaria vero qui ex tribu erant Ephraim. Et magna interea loci **205** inter partes efferbuit æmulatio, bella crebra, et aliorum in alios tumultus et incursationes, sicuti in libris Regnorum diserte exponitur. Ubi autem Chaldæi, et Babylonis Persicæ reges, universam prope, ut ita dixerim, Judæam devastassent, in suam ipsorum terram, tum Israelem, tum Judam captivos abduxerunt, id est, tam eos qui in Samaria, quam qui Hierosolymis degebant. Dein liberati ex captivitate, denuo reversi sunt in suam regionem, et habitarunt non sparsim et divisim amplius, sed Hierosolymis omnes, cessaruntque separatim reges sibi ac principes ungere, et alter alterum affictare, ac invidere, sicut prius. Subditi enim erant tum uni Zorobabeli filio Salathielis, qui erat e tribu Juda, tum et Jesu filio Josedech, qui sacerdotio claruit. Et hæc quidem est in his historica oratio. Prophetæ autem consilium et scopus fuit, ut ex rebus evidentioribus, et ex illis quæ olim evenerunt, Servatoris nostri adventus præclaras res gestas ostenderet. Erecto etenim signo, id est, pretiosa cruce, et per universum orbem terrarum gentibus ac populis exhibito, facta est eorum qui captivitate, videlicet intelligibili, detinebantur, remissio, concursus ad concordiam, studium ad animorum fideique consensionem, inter eos, qui olim divisi erant, qui multorum ac impiorum tyrannorum jugo oppressi (servierunt enim impuris spiritibus) eorum jugum depulerunt, et ad Sion intelligibilem seu Jerusalem, id est, Ecclesiam, summa cum alacritate confluxerunt, unique regi subditi sunt, id est, Christo, cujus typum præ se gessit Zorobabel, reducens ex captivitate Israelem, versante cum illo etiam Jesu sacerdote magno, ut in eo intelligatur Christus, rex pariter et sacerdos, sanctus, innocens, impollutus, segregatus a peccatoribus, et excelsior cœlis factus, sicuti inquit divinus Paulus [67]. Quod autem Christi lignum, id est, pretiosa crux, quasi conciliatrix et mediatrix fuerit, ut universæ terræ incolæ in fidei conspirationem coalescerent, et per illum Patri sanctissimo intime ac domestice conciliarentur, ex his quæ scripsit divinus Joannes evangelista, clarum esse poterit et perspicuum. Introduxit enim maledictum illum Caipham in concilio, dicentem : « Vos nescitis quidquam, neque cogitatis expedire **206** nobis, ut unus homo moriatur pro populo, et non totus populus pereat [68]. » Quibus subjunxit : « Hoc autem dixit non a seipso, sed sacerdos cum esset anni illius, prophetavit moriturum esse Jesum pro gente, et non pro gente

A βοάμ· κατεσχίσθη δὲ πρὸς διχόνοιαν ἀπ' αὐτοῦ τὸ τῶν Ἰουδαίων ἔθνος· καὶ αἱ μὲν δέκα φυλαὶ καὶ τὸ ἥμισυ φυλῆς Ἐφραῒμ μετῳκίσθησαν ἐν τῇ Σαμαρείᾳ, ἐν δέ γε τοῖς Ἱεροσολύμοις ἀπομεμένηκεν ἡ Ἰούδα φυλὴ, καὶ τὸ ἥμισυ φυλῆς Μανασσῆ. Ἐβασίλευόν τε κατὰ καιροὺς τούτων τε κἀκείνων τινές· ἐν μὲν τοῖς Ἱεροσολύμοις, οἱ ἐκ φυλῆς Ἰούδα· ἐν δέ γε τῇ Σαμαρείᾳ, οἱ ἐκ φυλῆς Ἐφραῒμ· καὶ πολὺς ὁ μεταξὺ τοῖς μέρεσιν ἀνεκαίετο ζῆλος, πόλεμοί τε συχνοὶ, καὶ κατ' ἀλλήλων ἐπαναστάσεις, καθὰ καὶ ἐν βίβλοις τῶν Βασιλειῶν διηγόρευται σαφῶς. Ἐπειδὴ δὲ Χαλδαῖοι καὶ οἱ Βαβυλῶνος τῆς Περσικῆς βεβασιλευκότες, ἅπασαν, ὡς ἔπος εἰπεῖν, τὴν Ἰουδαίαν καταδῃώσαντες, ἀπεκόμισαν αἰχμάλωτον εἰς τὴν ἑαυτῶν τόν τε Ἰσραὴλ καὶ τὸν Ἰούδαν, τοῦτ' ἔστι, τούς τε ἐν τῇ

B Σαμαρείᾳ, καὶ τοὺς ἐν τοῖς Ἱεροσολύμοις· εἶτα τῆς αἰχμαλωσίας ἀπηλλαγμένοι, πάλιν ὑπενόστησαν εἰς τὴν ἑαυτῶν, καὶ κατῳκήκασιν οὐκέτι διῃρημένως, ἀλλ' ἐν τοῖς Ἱεροσολύμοις ἅπαντες· ἐπαύσαντο δὲ τοῦ καὶ ἀνὰ μέρος χρίειν ἐφ' ἑαυτοῖς βασιλέας τε καὶ ἄρχοντας, θλίβειν τε ἀλλήλους, καὶ ζηλοῦν ἔτι, καθὰ καὶ πρότερον. Ὑφ' ἑνὶ γὰρ γεγόνασι τὸ τηνικάδε Ζωροβάβελ τῷ τοῦ Σαλαθιὴλ, ὃς ἦν ἐκ φυλῆς Ἰούδα, καὶ μέντοι καὶ Ἰησοῦ τῷ τοῦ Ἰωσεδὲκ τῷ προὔχοντι καθ' ἱερωσύνην. Καὶ ὁ μὲν τῆς ἱστορίας ἐν τούτοις λόγος. Γέγονε δὲ τῷ προφήτῃ σκοπὸς, ὡς ἐκ πραγμάτων ἐμφανεστέρων καὶ ἐκ τῶν τοῖς πάλαι συμβεβηκότων τῆς τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν ἐπιδημίας καταδεῖξαι τὰ κατορθώματα. Ἐγηγερμένου γὰρ τοῦ σημείου, τοῦτ' ἔστι, τοῦ τιμίου σταυροῦ, καὶ ἐμφανοῦς γεγο-

C νότος τοῖς ἀνὰ πᾶσαν τὴν οἰκουμένην ἔθνεσί τε καὶ λαοῖς, γέγονεν ἄφεσις τῶν ἐν αἰχμαλωσίᾳ (δῆλον δὲ ὅτι τῇ νοητῇ), συνδρομὴ πρὸς ὁμοψυχίαν, σπουδὴ πρὸς ὁμόνοιαν καὶ ὁμοπιστίαν τῶν πάλαι διῃρημένων· οἱ πολλοῖς τε καὶ ἀνοσίοις τυράννοις κατεζευγμένοι (δεδουλεύκασι γὰρ τοῖς ἀκαθάρτοις πνεύμασι), ἀπεσείσαντο μὲν τὸν ἐκείνων ζυγὸν, συνδεδραμήκασι δὲ καὶ μάλα προθύμως εἰς τὴν νοητὴν Σιὼν, ἤγουν Ἱερουσαλὴμ, τοῦτ' ἔστι, τὴν Ἐκκλησίαν, καὶ ὑφ' ἑνὶ γεγόνασι βασιλεῖ, τοῦτ' ἔστι Χριστῷ, οὗ καὶ εἰς τύπον ὁ Ζωροβάβελ ἦν, ἀνακομίζων ἐκ τῆς αἰχμαλωσίας τὸν Ἰσραὴλ συνόντος αὐτῷ καὶ Ἰησοῦ τοῦ ἱερέως καὶ μεγάλου, ἵν' ἐν αὐτῷ νοῆται Χριστὸς βασιλεύς τε καὶ ἀρχιερεὺς, ὅσιος, ἄκακος, ἀμίαντος, κεχωρισμένος

D ἀπὸ τῶν ἁμαρτωλῶν, καὶ ὑψηλότερος τῶν οὐρανῶν γεγονὼς, καθά φησιν ὁ θεσπέσιος Παῦλος. Ὅτι δὲ τὸ Χριστοῦ σημεῖον, τοῦτ' ἔστιν, ὁ τίμιος σταυρὸς γέγονε πρόξενος τοῦ συνενεχθῆναι πρὸς ὁμοπιστίαν τοὺς ἀνὰ πᾶσαν τὴν γῆν, οἰκειωθῆναί τε οὕτω δι' αὐτοῦ τῷ παναγίῳ Πατρὶ, σαφὲς ἂν γένοιτο δι' ὧν γέγραφεν ὁ θεσπέσιος Ἰωάννης ὁ εὐαγγελιστής. Εἰσκεκόμικε γὰρ τὸν ἐπάρατον Καϊάφαν τοῖς ἐν τῷ συνεδρίῳ λέγοντα· « Ὑμεῖς οὐκ οἴδατε οὐδὲν, οὐδὲ λογίζεσθε ὅτι συμφέρει ἡμῖν, ἵνα εἷς ἄνθρωπος ἀποθάνῃ ὑπὲρ τοῦ λαοῦ, καὶ μὴ ὅλον τὸ ἔθνος ἀπόληται. » Προσεπήνεγκε δὲ τούτοις αὐτοῖς· « Τοῦτο δὲ ἀφ' ἑαυτοῦ οὐκ εἶπεν, ἀλλ' ἀρχιερεὺς ὢν τοῦ ἐνιαυτοῦ ἐκείνου,

[67] Hebr. VII, 26. [68] Joan. XI, 49.

προεφήτευσεν ὅτι ἔμελλεν Ἰησοῦς ἀποθνήσκειν ὑπὲρ A τοῦ ἔθνους, καὶ οὐχ ὑπὲρ τοῦ ἔθνους μόνον, ἀλλ' ἵνα καὶ τὰ τέκνα τοῦ Θεοῦ τὰ διεσκορπισμένα συναγάγῃ εἰς ἕν. » Γέγονε γὰρ ὁ Χριστὸς εἰρήνη ἡμῶν, κατὰ τὰς Γραφὰς, ὁ τὸ μεσότοιχον τοῦ φραγμοῦ λύσας, καὶ τὸν νόμον τῶν ἐντολῶν ἐν δόγμασι καταργήσας, καὶ εἰς ἕνα καινὸν ἄνθρωπον τοὺς δύο κτίσας λαούς· ἄμφω τε δι' ἑαυτοῦ καταλλάττων τῷ Θεῷ καὶ Πατρὶ, καὶ τὴν μεταξὺ καταλύων ἔχθραν, ἵν' οἱ πάντες ἐν ἑνὶ πνεύματι καὶ ἐν ἑνὶ σώματι, σύμψυχοί τε ἀλλήλοις καὶ σύσσωμοι γεγονότες, ἐν αὐτῷ δὲ δηλονότι τῷ Χριστῷ, καρποφορήσωμεν αὐτῷ τὴν ὑπὲρ νόμον δικαιοσύνην, καὶ τῆς εὐαγγελικῆς πολιτείας τὴν καθαρότητα. Οὐκοῦν ὡς ἀπό γε τῶν ἱστορικῶς πεπραγμένων εἰς θεωρίαν ἐρχόμενος τὴν πνευματικὴν, συνήσεις εὖ μάλα τοῦ Χριστοῦ τὸ μυστήριον.

B

Καὶ πετασθήσονται ἐν πλοίοις ἀλλοφύλων· θάλασσαν ἅμα προνομεύσουσι, καὶ τοὺς ἀφ' ἡλίου ἀνατολῶν, καὶ Ἰδουμαίαν, καὶ ἐπὶ Μωὰβ πρῶτον τὰς χεῖρας ἐπιβαλοῦσιν· οἱ δὲ υἱοὶ Ἀμμὼν πρῶτοι ὑπακούσονται.

Τίνα δὴ τρόπον οἱ ἐκ τῶν τεσσάρων πτερύγων τῆς γῆς, τοῦτ' ἔστι, πάντα τὰ ἔθνη συνενεχθήσεσθαι πρὸς ἑνότητα τὴν ἐν Χριστῷ διὰ πίστεως, καὶ εἰς σύνδεσμον ἀγάπης ἁγιοπρεποῦς, διατρανοῖ πάλιν ἐν τούτοις. Πρὸ μὲν γὰρ τοῦ τιμίου σταυροῦ τοῖς ἁγίοις ἀποστόλοις ἔφασκεν ὁ Χριστός· « Εἰς ὁδὸν ἐθνῶν μὴ ἀπέλθητε, καὶ εἰς πόλιν Σαμαρειτῶν μὴ εἰσέλθητε· πορεύεσθε δὲ μᾶλλον πρὸς ἀπολωλότα πρόβατα οἴκου Ἰσραήλ. » Ὡς γὰρ αὐτὸς ἔφη πάλιν· « Οὐκ ἀπεστάλην εἰ μὴ εἰς τὰ ἀπολωλότα πρόβατα οἴκου Ἰσραήλ. » C Ἐπειδὴ δὲ δυσσεβείας ἁπάσης ἄχρον ἐληλακότες πεπαρῳνήκασιν εἰς Χριστὸν, καὶ ἀπεκτόνασιν ἀρχηγὸν τῆς ζωῆς, καὶ τὸν ἅγιον καὶ δίκαιον ἠρνήσαντο· τότε δὴ, τότε πατήσας τὸν θάνατον, καὶ ἐγηγερμένος ἐκ νεκρῶν, τοῖς ἁγίοις ἐνετέλλετο μαθηταῖς· « Πορευθέντες μαθητεύσατε πάντα τὰ ἔθνη, βαπτίζοντες αὐτοὺς εἰς τὸ ὄνομα Πατρὸς, καὶ Υἱοῦ, καὶ ἁγίου Πνεύματος· διδάσκοντες αὐτοὺς τηρεῖν πάντα ὅσα ἐνετειλάμην ὑμῖν. » Ἐπειδὴ δὲ ἀναβέβηκεν εἰς τὸν οὐρανὸν, εἶτα καταπεφοίτηκεν εἰς αὐτοὺς ἡ ἐξ ὕψου δύναμις, οὐκέτι μεμενήκασιν κατὰ μόνην τὴν Ἰουδαίαν εὐαγγελιζόμενοι τὸν Ἰησοῦν, ἀλλ' οἱ μὲν εἰς Ἠῶ, καὶ τὰς τῇδε πόλεις ἀπιόντες ἐκήρυττον· οἱ δὲ τὴν Ἑσπέραν καταλαμβάνοντες, ἄλλοι δὲ τοῖς ὁμόροις ἔθνεσι τοὺς τῆς κατηχήσεως ἐχαρίζοντο λόγους· D ἦν δέ πως ἀνάγκη τὴν ὑφ' ἡλίῳ πᾶσαν περινοστεῖν ἐθέλοντας κεχρῆσθαι καὶ πλοίῳ. Καὶ γοῦν ὁ θεσπέσιος Παῦλος νυχθήμερον ἐν τῷ βυθῷ πεποιηκέναι διισχυρίζεται. Καὶ ὁ τὰς Πράξεις δὲ τῶν ἁγίων ἀποστόλων συγγεγραφὼς, ἐπιβῆναί φησιν αὐτὸν καὶ τοὺς σὺν αὐτῷ πλοίῳ Ἀλεξανδρίνῳ παρασήμῳ Διοσκούροις. Ἔθος γάρ πως ἐν ταῖς Ἀλεξανδρέων μάλιστα ναυσὶ πρός γε τῇ πρώρῃ δεξιά τε καὶ εὐώνυμα γραφὰς εἶναι τοιαύτας. Ἐπειδὴ δὲ ἦν εἰκὸς, εἰδωλολατρείας κρατούσης κατ' ἐκεῖνο καιροῦ, ἐγγεγράφθαι τῇ νηῒ

solum, sed ut filios Dei dissipatos in unum cogeret [69]. » Factus est enim Christus pax nostra, juxta Scripturas [70], qui medium parietem maceriæ solvit, et legem mandatorum in decretis evacuavit, et in unum novum hominem duos populos condidit, ambos per seipsum Deo et Patri reconciliavit, et intermediam inimicitiam diremit, ut omnes in uno corpore, et in uno spiritu, et animæ et corporis societate inter se juncti, in ipso videlicet Christo fructum ei justitiæ, quæ supra legem est, et puritatem evangelicæ vitæ proferamus. Itaque si ab his quæ historice gesta sunt, ad theoriam et contemplationem spiritualem venias, optime Christi mysterium intelliges.

Vers. 14. *Et volabunt in navibus alienigenarum, mare simul prædabuntur, et eos qui a solis ortu, et Idumæam, et in Moab primum manus injicient; filii vero Ammon primi obedient.*

Quomodo ex quatuor alis terræ, id est, omnes gentes ad fidei Christianæ societatem, et vinculum sanctæ dilectionis congregandæ essent, denuo explicat hisce verbis. Ante pretiosam enim crucem sanctis apostolis dixit Christus : « In viam gentium ne abieritis, et in civitatem Samaritanorum ne ingredimini : sed ite potius ad oves perditas domus Israel [71]. » Quemadmodum enim ipse iterum dixit : « Non sum missus nisi ad oves perditas domus Israel [72]. » At cum ad summum ac culmen omnis impietatis provecti, deblaterassent in Christum, ac vitæ principem interemissent, et sanctum et justum negassent, tunc quidem, tunc morte calcata, et suscitatus e mortuis, sanctis discipulis in mandatis dedit : « Profecti docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris et Filii et Spiritus sancti, docentes servare omnia quæ præcepi vobis [73]. » Postquam autem conscendit in cœlum, et in eos ex alto virtus demigravit : non jam in sola hæserunt Judæa **207** evangelizantes Jesum, sed alii quidem ad Orientem ejusque urbes profecti prædicabant; alii Occidente occupato, alii finitimis gentibus sermonem catecheseos gratuito impartiebant, eratque necesse, ut qui universum orbem terrarum peragraturi erant, etiam navi uterentur. Siquidem divinus Paulus noctem ac diem se in profundo maris egisse, affirmat [74]. Et qui Acta sanctorum apostolorum conscripsit, ait, eum et comites ejus conscendisse navem Alexandrinam, quæ insigne Castoris et Pollucis habebat [75]. Moris enim erat, ut naves, maxime Alexandrinæ, in prora dextrorsum et sinistrorsum hujusmodi picturis insignirentur. Cum autem verisimile sit, idololatria per id temporis vigente, inscriptos navi Dioscuros, hinc alienigenam, id est, idololatram navis dominum fuisse,

[69] Joan. xi, 50-52. [70] Ephes. ii, 14. [71] Matth. x, 5, 6. [72] Matth. xv, 24. [73] Matth. xxviii, 19, 20. [74] II Cor. xi, 25. [75] Act. xxviii, 11.

intelligendum videtur. Igitur in navigiis alienigenarum extendentur, inquit, id est, celeres et quasi volucres transibunt, et prædabuntur mare. Est autem familiare Scripturæ divinitus inspiratæ, mare appellare partes occidentales, eo quod ibi spatiosum admodum sit mare. Etenim beatus David, totius mundi architectum declarans universitatis Deum : « Aquilonem, » inquit, « et mare tu condidisti [76]. » Quod autem et divinus Petrus, et ipsemet Paulus sapientissimus, occidentalibus partibus occupatis, Christum annuntiaverint, nemo est qui ambigat. Deprædabuntur vero, inquit, et qui ab ortu solis sunt, et Idumæam, et in Moabitas manus injicient. Filii autem Ammon primi obedient. Nam post Judæorum regionem, omnes deinceps finitimæ et vicinæ, ac etiam longius dissitæ, plenæ erant idololatris, sensu et opinionibus dissidentes ab his, qui unum et natura et vere Deum cognoscunt. Idumæi dein et Moabitæ, et filii Ammon, finitimi quidem erant Israelitis, et conterminam regionem incolebant, dissenserunt tamen, et graves et pugnacissimi hostes exstiterunt, astra adorarunt, omnique religione Luciferum prosecuti sunt, aliorumque deorum principem et antistitem nominarunt. Quorum animo ac cordi imprimis illuxit vere Lucifer, et lux diei sub intelligentiam cadentis resplenduit. Nam pristina nebula abjecta, et cultu creaturæ jam repudiato, Christum adoraverunt, et quondam infensissimos, **208** Israelitas, inquam, mystagogos, et sacrorum antistites, et præmonstratores viæ ad salutem perducentis constituerunt.

A τοὺς Διοσκούρους, ταύτῃ τοίνυν ἀκόλουθον ἀλλόφυλον εἶναι, τοῦτ' ἔστιν, εἰδωλολάτρην τῆς νεὼς τὸν δεσπότην. Οὐκοῦν ἐν πλοίοις ἀλλοφύλων πετασθήσονται, φησί, τοῦτ' ἔστι, δρομαῖοι καὶ πρόθυμοι καὶ οἱονεὶ πτηνοὶ διαβήσονται, καὶ προνομεύσουσι τὴν θάλασσαν. Ἔθος δὲ τῇ θείᾳ Γραφῇ θάλασσαν ἀποκαλεῖν τὰ πρὸς τῇ ἑσπέρᾳ μέρη, διάτοι τὸ σφόδρα πολλὴν καὶ εὐρεῖαν εἶναι τὴν ἐκείνης θάλασσαν. Καὶ γοῦν ὁ μακάριος Δαβίδ, παντὸς τοῦ κόσμου δημιουργὸν ἀποφαίνων τὸν τῶν ὅλων Θεόν, « Τὸν βοῤῥᾶν, » φησί, « καὶ θάλασσαν σὺ ἔκτισας. » Ὅτι δὲ καὶ ὁ θεσπέσιος Πέτρος, καὶ μὴν καὶ αὐτὸς ὁ πάνσοφος Παῦλος, τὰ τῆς ἑσπέρας καταλαβόντες μέρη, κατηγγέλκασι τὸν Ἰησοῦν, ἐνδοιάσειεν ἂν οὐδείς. Προνομεύσουσι δέ, φησί, καὶ τοὺς ἀφ' ἡλίου ἀνατολῶν, καὶ Ἰδουμαίαν,
B καὶ ἐπὶ Μωὰβ τὰς χεῖρας ἐπιβαλοῦσιν. Οἱ δὲ υἱοὶ Ἀμμὼν πρῶτοι ὑπακούσονται. Μετὰ γάρ τοι τὴν τῶν Ἰουδαίων χώραν, ἅπασαι λοιπὸν αἱ ὅμοροί τε καὶ γείτονες, εἰ καὶ ἔτι ποῤῥωτέρω, μεσταὶ μὲν ἦσαν εἰδωλολατρῶν, ἀσύμβατοι δὲ τοῖς φρονήμασι τοῖς τὸν ἕνα καὶ φύσει καὶ ἀληθῶς εἰδόσι Θεόν. Ἰδουμαῖοί τε καὶ Μωαβῖται, καὶ μέντοι καὶ υἱοὶ Ἀμμών, ὅμοροί τε ἦσαν τοῖς ἐξ Ἰσραήλ, καὶ γείτονα μὲν κατενέμοντο χώραν, διάφοροι δὲ δεινῶς, καὶ τῶν ὅτι μάλιστα πολεμιωτάτων. Προσεκύνουν δὲ τοῖς ἄστροις, καὶ δι' αἰδοῦς ἁπάσης ἐποιοῦντο τὸν Ἑωσφόρον, προῦ[σ]χοντα δὲ τῶν ἄλλων ἀπεκάλουν Θεόν. Ἀλλ' αὐτοῖς καὶ πρώτοις εἰς νοῦν καὶ καρδίαν ἀνέλαμψεν ὁ ἀληθῶς Ἑωσφόρος, καὶ διηύγασε τῆς νοητῆς ἡμέρας τὸ φῶς. Ἀποβεβληκότες δὲ τὴν ἀρχαίαν ἐκείνην ἀχλύν, καὶ
C τὸ κτίσει λατρεύειν ἔτι παρωσάμενοι, προσκεκυνήκασι τῷ Χριστῷ, καὶ τοὺς πάλαι πολεμιωτάτους, φημὶ δὴ τοὺς ἐξ Ἰσραήλ, ἐποιοῦντο μυσταγωγοὺς καὶ καθηγητὰς ὁδοῦ τῆς ἀποφερούσης εἰς σωτηρίαν.

VERS. 15, 16. *Et vastabit Dominus mare Ægypti, et admovebit manum fluvio spiritu violento, et percutiet septem valles, ut transeat ipse in calceamentis. Et erit transitus relicto meo populo in Ægypto, et erit Israeli, quasi dies quando egressus est e terra Ægypti.*

Καὶ ἐξερημώσει Κύριος τὴν θάλασσαν Αἰγύπτου, καὶ ἐπιβαλεῖ τὴν χεῖρα αὐτοῦ ἐπὶ τὸν ποταμὸν πνεύματι βιαίῳ, καὶ πατάξει ἑπτὰ φάραγγας, ὥστε διαπορεύεσθαι αὐτὸν ἐν ὑποδήμασιν. Καὶ ἔσται δίοδος τῷ καταλειφθέντι μου λαῷ ἐν Αἰγύπτῳ· καὶ ἔσται τῷ Ἰσραὴλ ὡσεὶ ἡ ἡμέρα ὅτε ἐξῆλθεν ἐκ γῆς Αἰγύπτου.

Inventor et pater peccati, cum in omnes orbis terrarum incolas imperium vi ac tyrannide usurpavit, hominemque extra septa veritatis seductum, gregis dæmoniorum cultorem reddidit, ac suo eum jugo subjecit : tum vero Ægyptii præ aliis superstitiosissimi, et in hoc acerrimi impigerrimique exstiterunt. Delubra enim passim et aras per regionem, et simulacra infinita habebant, et examina signorum, eaque in adytis multiformia. Adorarunt enim volatilia et pisces, capram et ovem : et vitulus ab illis in honore habitus est. Sic tamen affectos invisit Deus, et simul cum aliis vocavit ad lucem et ad agnitionem veritatis. Prædicarunt enim inter illos Evangelium Christi, cum Marcus beatus evangelista, tum cæteri post illum suis temporibus, partim qui ex Hebræorum regione venerunt, partim ex ipsis qui crediderunt, duces mysteriorum, et

Κεκράτηκε μὲν ἐκ πλεονεξίας τῶν ἀνὰ πᾶσαν τὴν ὑπ' οὐρανὸν ὁ τῆς ἁμαρτίας εὑρέτης καὶ πατήρ. Ἀποβουκολήσας τῆς ἀληθείας τὸν ἄνθρωπον, τῆς τῶν δαιμονίων ἀγέλης ἀπετέλει προσκυνητήν, καὶ τοῖς ἰδίοις ὑπετίθει ζυγοῖς· Αἰγύπτιοι δὲ μάλιστα δεισιδαιμονέστατοι παρὰ τοὺς ἄλλους καὶ δεινοὶ πρὸς τοῦτο γεγόνασι. Τεμένη γὰρ ἦσαν πανταχοῦ καὶ βωμοὶ κατὰ
D τὴν χώραν αὐτοῖς, ἔδη τε μυρία, καὶ ἀγαλμάτων ἑσμός, πολύμορφά τε τὰ ἐν σηκοῖς. Προσκεκυνήκασι γὰρ πτηνοῖς καὶ ἰχθύσιν, αἰγὶ καὶ προβάτῳ, καὶ μόσχος ἦν τὸ σέβας αὐτοῖς. Ἀλλὰ καὶ οὕτως ἔχοντας ἐπεσκέπτετο Θεός, καὶ ὁμοῦ τοῖς ἄλλοις ἐκάλει πρὸς τὸ φῶς, καὶ πρὸς ἐπίγνωσιν ἀληθείας. Διεκήρυξαν γὰρ ἐν αὐτῇ τὸ Εὐαγγέλιον τοῦ Χριστοῦ Μάρκος τε ὁ μακάριος εὐαγγελιστής, καὶ ἕτεροι δὲ μετ' αὐτὸν κατὰ καιρούς· τοῦτο μὲν ἐκ τῆς Ἑβραίων ὁρμώμενοι χώρας, τοῦτο δὲ καὶ ἐξ αὐτῶν τῶν πεπιστευκότων

[76] Psal. LXXXVIII, 13.

μυσταγωγοὶ καὶ διδάσκαλοι κατὰ καιροὺς ἀναδεδειγμένοι. Τίνα δὴ τρόπον καὶ τοῦτο κατώρθωται, διειπεῖν ἀναγκαῖον, τὸν τῆς ἱστορίας κατευρύνοντας λόγον. Πρὶν μὲν γὰρ τὰ Ῥωμαίων κατὰ πάντων ἰσχῦσαι κράτη, χώρας τε ἑκάστης ἴδιον ἐχούσης τὸν ἡγούμενον, ἤτοι βασιλεύοντα, πολλή τις ἦν τοῖς ἔθνεσιν ἡ διαφορά· τοῦτο μὲν ὅτι καὶ τὸ τῆς θρησκείας ἑτερόθεν ἀνακαλέσθαι μεταξὺ τὴν ἔχθραν ἐποιεῖτο, τοῦτο δὲ ὅτι καταληΐζεσθαι τοῖς ἐθέλουσιν ἐξῆν τὸν ἐκ τῆς ἑτέρας, ἐπιτιμῶντος οὐδενός. Ἦν οὖν ἀμιξία πρὸς ἄλληλα πλείστη τέως τοῖς ἔθνεσι, καὶ τὸ ἁλῶναί τισι τῆς ἑτέρων χώρας εἴσω γεγονόσιν οὐκ ἀζήμιον. Ἐπειδὴ δὲ ἴσχυσε κατὰ πάντων ἡ Ῥωμαίων ἀρχὴ, καὶ ὑφ' ἕνα γεγόνασι τὸν ἡγούμενον, νόμοις τοῖς παρ' αὐτῶν διαβιοῦν ἐδιδάχθησαν, ἐπιμιξίαι τε λοιπὸν αἱ πρὸς ἄλληλα τῶν ἐθνῶν γεγόνασιν ἀδεεῖς, καὶ πολλὴ κεκράτηκεν ἡμερότης· τότε δὴ, τότε τοῖς εὐαγγελιζομένοις τὸν Ἰησοῦν γέγονε δίοδος, ἤτοι ὁδὸς, τοῦ καὶ ἐν Αἰγύπτῳ δύνασθαι παρελθεῖν. Εἷλεν δὲ τίνα τρόπον τὴν Αἰγυπτίων ὁ Αὔγουστος Καῖσαρ, ὁ προφητικὸς ἡμῖν διερμηνεύει λόγος. Ὁ μὲν γὰρ τῆς Αἰγύπτου ποταμὸς εὐρύς τε καὶ πολὺς, καὶ πλημμυρῶν κατὰ καιροὺς, δι' ἑπτὰ στομάτιων ἔρχεται, ἀλλ τῇ γείτονι τὸ νᾶμα δωρούμενος· γεγονώς γε μὴν ἐν τοῖς μέρεσι τῶν ἑλείων ἀνδρῶν, λίμνας ἀποτελεῖ μακρὰς καὶ εὐρείας, καὶ ἅπασαν αὐτῶν ἐπικλύζει τὴν γῆν, ὥστε καὶ ναυσίπορον εἶναι τὴν πυροφόρον. Ὡς οὖν ὁ Αὔγουστος Καῖσαρ τῆς Ἰουδαίας κεκρατηκὼς ἧκεν εἰς τὴν Αἰγυπτίων, ᾤοντο μὲν οἱ ταύτης οἰκήτορες, ὅτι κἂν εἰ ἕλοιντο κατηρεμεῖν, ἀποσχέσθαι τε πολέμου καὶ ὅπλων, ἄληπτον ἐκείνῳ τὴν χώραν ἐργάσεται τὸ διεζῶσθαι λίμναις τε καὶ ποταμοῖς. Ἐπειδὴ δὲ τῷ τῶν ὅλων κρατοῦντι Θεῷ τοῖς Ῥωμαίων σκήπτροις ὑποφέρειν ἐδόκει καὶ αὐτὴν μετὰ τῶν ἄλλων τὴν Αἰγυπτίων, ἀνέμῳ νότῳ βιαιοτάτῳ τὸ τοῦ ποταμοῦ κατωθήσας ὕδωρ ἐπὶ τὴν θάλασσαν, βάσιμον ἅπασαν ἐτίθει τὴν χώραν, ὥστε τοὺς διαπεραιοῦσθαι θέλοντας λίμνας τε καὶ αὐτὰς δὲ τὰς φάραγγας, ἤτοι τὰ ἑπτὰ στόματα τοῦ ποταμοῦ, μηδ' ὅσον εἰπεῖν, ἀπολῦσαι τοῦ ποδὸς τὸ ὑπόδημα. Καταλεαίνοντος τοίνυν τοῦ Θεοῦ τὴν πάροδον τῇ Ῥωμαίων στρατιᾷ, νενίκηνται τὰ Αἰγυπτίων. Τοῦτο πάλιν ἡμᾶς ὁ προφήτης διδάσκει λέγων· « Τάδε λέγει Κύριος Σαβαὼθ, Καὶ πίονται οἱ Αἰγύπτιοι ὕδωρ τὸ παρὰ θάλασσαν· ὁ δὲ ποταμὸς ἐκλείψει καὶ ξηρανθήσεται· καὶ ἐκλείψουσιν οἱ ποταμοὶ, καὶ αἱ διώρυγες τοῦ ποταμοῦ· καὶ ξηρανθήσεται πᾶσα συναγωγὴ ὕδατος, καὶ ἐν παντὶ ἕλει καλάμου καὶ παπύρου, καὶ τὸ ἄχι τὸ χλωρὸν πᾶν τὸ κύκλῳ τοῦ ποταμοῦ, καὶ πᾶν τὸ σπειρόμενον διὰ τοῦ ποταμοῦ ξηρανθήσεται ἐν ἀνεμοφθορίᾳ. » — Ἐξερημώσει τοίνυν, φησὶ, Κύριος τὴν θάλασσαν Αἰγύπτου. Ἔθος δὲ τῇ θείᾳ Γραφῇ, καὶ αὐτὰς τὰς λίμνας θαλάσσας ἀποκαλεῖν. Καὶ ἐπάξει τὴν χεῖρα αὐτοῦ ἐπὶ τὸν ποταμὸν πνεύματι βιαίῳ. Χειρὸς γὰρ ἔργον, ἤτοι δυνάμεως τῆς θείας, γενέσθαι φαμὲν τοῦ βιαιοτάτου πνεύματος τὴν κατὰ τῶν ὑδάτων ἐπαγωγήν. Ἐπάταξε γὰρ τὰς ἑπτὰ φάραγγας, τοῦτ' ἔστι, τὰ στόματα, καὶ ἀποτε-

A doctores ac magistri, temporibus subsequentibus, efficiebantur. Quo autem modo hoc perfectum fuerit, historiam aperiendo dicendum est. Prius enim quam Romani imperium in omnes obtinerent, singulis regionibus suum ducem ac regem habentibus, magna erat inter gentes dissensio : tum quod prædas agere liceret quibus lubebat, et alios aliunde nullo reprehendente diripere. Erat itaque maxima gentium inter se disjunctio et dissociatio, nec impune capiebantur intra aliorum regionem constituti. Verum cum in omnes Romanorum imperium invaluisset, et unius imperio subditi ad legum quas illi tulerunt normam vivere docti essent, commerciaque ac societates gentium deinceps citra metum ultro citroque haberentur, et summa mansuetudo
B et clementia vigeret : tunc quidem, tunc evangelizantibus Jesum transitus, seu via patefacta est, ut etiam Ægyptum pertransire potuerint. Quomodo autem ceperit Ægyptiacam **209** terram Augustus Cæsar, prophetica nobis interpretatur oratio. Fluvius enim Ægypti, et latus et magnus, certisque temporibus inundans, per septem ostia means, in mare vicinum influit; veruntamen cum in partibus palustrium hominum exsistit, paludes longas et latas efficit, et cunctam eorum terram inundat, ita ut quæ frumenti fertilis erat, fiat navigabilis. Postquam igitur Augustus Cæsar, Judæorum devicta terra, in regionem Ægyptiorum venisset, existimabant ejus incolæ, etiam ipsis quiescentibus, et a bello armisque
C sibi temperantibus, non posse regionem ab eo capi, quod lacubus et fluvio cingeretur. At postquam universitatis dominatori Deo placuit una cum aliis etiam hanc, Ægyptiorum inquam, Romanorum sceptris submittere, vento Noto violentissimo, fluvii unda in mare depulsa, planam totam regionem et meabilem fecit, ut qui lacus et valles, sive septem fluvii ora trajicere vellent, ne pedis sui, ut sic dixerim, calceum solverent. Complanante igitur Deo, et aperiente transitum Romanorum exercitui, fractæ sunt vires Ægyptiorum. Hoc rursus propheta ipse nos docet, inquiens : « Hæc dicit Dominus Sabaoth : Et bibent Ægyptii aquam quæ juxta mare, fluvius autem deficiet et exarescet, et deficient fluvii, et rivi fluvii, et exarescet omnis collectio
D aquæ, etiam in omni palude calami et papyri, et achi viride omne circum fluvium, et omne quod seminatur circa fluvium arescet a venti corruptione [77]. » Vastabit igitur, inquit, Dominus mare Ægypti. Solet autem Scriptura divina ipsas lacus maria appellare. Et admovebit manum fluvio, spiritu violento. Manus enim et potentiæ divinæ opus esse dicimus, vehementissimi spiritus in aquas inductionem. Percussit autem septem convalles, hoc est, fauces et ostia, adeoque exsiccavit, ut illas calceis pertransirent. Tunc, inquit, tunc erit transitus in Ægypto derelicto populo meo. Et qualis tandem et quis est? **210** Qui in Israel credebant, de quibus

[77] Isa. XIX, 3 seqq.

et propheta Isaias dicit: « Si fuerit numerus filiorum Israel velut arena maris, reliquiæ servabuntur [78]. » Primitiæ vero velut reliquiarum beati erant discipuli, et qui cum illis fuerunt, quorum unus erat divinus Marcus. Erit etiam, inquit, quasi dies, quando egressi sunt ex Ægypto, id est qui ex sanguine Israëlitico orti, divinum et cœleste verbum illis qui erant in Ægypto prædicarunt, impendio gaudebunt, quemadmodum sane illo die gavisi sunt, cum e terra Ægypti exiverunt. Rursus enim illi e servitute Ægyptiaca erepti sunt. Qui autem divinorum præconiorum ministri facti sunt, et evangelicorum vaticiniorum custodes veri ac genuini, non servitute carnali liberabant Ægyptios, sed e manu diaboli extractos, liberos reddiderunt. Et intermediante quidem sapientissimo Mose, fluvius in sanguinem conversus est: nunc vero facta illis est in Christo aqua salutifera. Servamur enim per sacrum baptisma. Suffocati tum fuerunt illi qui mare Rubrum intrarunt, persequentes Israelem: at a sanctis apostolis edocti sunt, ex hujus vitæ undis enatare, et ex mundanis fluctibus eluctari fortiter. Incubuit illis grando vehemens et validissima: at ubi mystico sermone dispensationis in carne initiati sunt, pluvia divina in mentem eorum demisse fructuosos reddidit. Profundæ et trium dierum spatio inductæ sunt tenebræ: sed in luce versati sunt. Luxerunt primogenita: sed eos servavit ex morte et corruptione Primogenitus ex mortuis, id est, Christus. Proinde in his omnibus consentaneum erat ut Israelitæ lætarentur, quemadmodum ubi egressi erant ipsi ex terra Ægypti.

A τέλεχεν οὕτω ξηρᾶς, ὡς διαπορεύεσθαι αὐτὰς ἐν ὑποδήμασι. Τότε δὴ, τότε, φησὶν, ἔσται δίοδος ἐν Αἰγύπτῳ τῷ καταλειφθέντι μου λαῷ. Καὶ ποῖος οὗτος ἦν; Οἱ ἐξ Ἰσραὴλ πιστεύσαντες, περὶ ὧν καὶ ὁ προφήτης Ἡσαΐας· « Ἐὰν ᾖ ὁ ἀριθμὸς τῶν υἱῶν Ἰσραὴλ ὡς ἡ ἄμμος τῆς θαλάσσης, τὸ κατάλειμμα σωθήσεται. » Ἀπαρχὴ δὲ ὥσπερ τοῦ καταλείμματος οἱ μακάριοι μαθηταὶ καὶ οἱ σὺν αὐτοῖς· ὧν εἷς γέγονε καὶ ὁ θεσπέσιος Μάρκος. Ἀλλὰ καὶ ἔσται, φησὶν, ὡς ἡ ἡμέρα, ὅτε ἐξῆλθον ἐκ γῆς Αἰγύπτου· τοῦτ' ἔστιν, οἱ ἐξ αἵματος Ἰσραὴλ, τὸν θεῖόν τε καὶ οὐράνιον λόγον τοῖς ἐν Αἰγύπτῳ διακηρύξαντες, ἡσθήσονται λίαν, καθάπερ ἀμέλει καὶ κατ' ἐκείνην ἥσθησαν τὴν ἡμέραν, ὅτε ἐξῆλθον ἐκ γῆς Αἰγύπτου. Πάλιν μὲν γὰρ αὐτοὶ τῆς ἐν Αἰγύπτῳ δουλείας ἀπεκομίζοντο. B Κηρυγμάτων δὲ τῶν θείων ἱερουργοὶ γεγονότες, καὶ τῶν εὐαγγελικῶν θεσπισμάτων ταμίαι γνήσιοι, οὐ σαρκικῆς δουλείας ἀπήλλαττον Αἰγυπτίους, ἀλλὰ τῆς τοῦ διαβόλου χειρὸς ἐξελόντες ἐλευθέρους ἀπετέλουν. Καὶ μεσιτεύοντος τοῦ μὲν [τοῦ] πανσόφου Μωσέως, ὁ ποταμὸς εἰς αἷμα μετεσκευάζετο· νυνὶ δὲ γέγονεν αὐτοῖς ἐν Χριστῷ τὸ ὕδωρ σωτήριον. Σεσώσμεθα γὰρ διὰ τοῦ ἁγίου βαπτίσματος. Κατεπνίγοντο τότε τῇ Ἐρυθρᾷ θαλάσσῃ προσβεβληκότες οἱ διώκοντες τὸν Ἰσραήλ· ἐδιδάχθησαν δὲ διὰ τῶν ἁγίων ἀποστόλων, τὸν τοῦ παρόντος διανήχεσθαι βίου κλύδωνα, καὶ κυμάτων ἀμείνους ὁρᾶσθαι κοσμικῶν· ἐπέπιπτεν αὐτοῖς ἡ χάλαζα τότε δεινὴ καὶ ῥαγδαιοτάτη. Ἐπειδὴ δὲ μεμυσταγώγηνται τῆς μετὰ σαρκὸς οἰκονομίας τὸν λόγον, ὑετὸς αὐτοῖς ὁ θεῖος εἰς νοῦν καταβέβηκεν, ἐγκάρπους ἀποτε- C λῶν. Βαθὺς καὶ τριήμερος ἐπενήνεκται σκότος· ἀλλὰ γεγόνασιν ἐν φωτί. Τεθρηνήκασι τὰ πρωτότοκα· ἀλλὰ σέσωκεν αὐτοὺς ἐκ θανάτου καὶ φθορᾶς ὁ Πρωτότοκος ἐκ νεκρῶν, τοῦτ' ἔστι, Χριστός. Ἐπ' οὖν τούτοις ἅπασι χαίρειν ἦν ἀκόλουθον τοὺς ἐξ Ἰσραὴλ, ὡς ὅτε ἐξῆλθον αὐτοὶ ἐκ γῆς Αἰγύπτου.

VERS. 1, 2. *Et dices in die illa: Benedicam te, Domine, quia iratus es mihi, et avertisti furorem tuum a me, et misertus es mei. Ecce Deus meus, Servator meus Dominus. Confidam ei, et salvus ero in eo, et non timebo, quoniam gloria mea, et laus mea Dominus, et factus est mihi in salutem.*

Καὶ ἐρεῖς ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ· Εὐλογήσω σε, Κύριε, διότι ὠργίσθης μοι, καὶ ἀπέστρεψας τὸν θυμόν σου ἀπ' ἐμοῦ, καὶ ἠλέησάς με. Ἰδοὺ ὁ Θεός μου, Σωτήρ μου Κύριος, πεποιθὼς ἔσομαι ἐπ' αὐτῷ, καὶ σωθήσομαι ἐν αὐτῷ, καὶ οὐ φοβηθήσομαι, διότι ἡ δόξα μου καὶ ἡ αἴνεσίς μου Κύριος, καὶ ἐγένετό μοι εἰς σωτηρίαν.

Cum dixisset conservatos esse gentiles **211** per fidem in Christum, et ad agnitionem veritatis venisse, qui præ aliis superstitiosissimi erant, merito eos benedicentes introduxit. Nam liberatos fuisse omnino priore ignoratione qua principio laborabant, et demum conversos esse ut ea saperent quæ soli servanti Deo placent: documentum manifestum sit, quod ad Dei gloriam decantandam, et velut ad spirituale quoddam gratiarum actionis sacrificium ei offerendum instigantur. Quare sub id temporis, inquit, quo fiet transitus in Ægypto, hoc est, illis evangelici et salutaris verbi præconibus: Tu, inquit, qui in altis olim versatus es tenebris, et magnus idololatra exstitisti, et dæmoniorum imposturis conturbatus es, cum animi oculis lucem con-

D Ἀνασεσῶσθαι λέγων τοὺς ἐξ ἐθνῶν διὰ πίστεως τῆς εἰς Χριστὸν, καὶ εἰς ἐπίγνωσιν ἀληθείας ἐλθεῖν τοὺς ὅτι μάλιστα τῶν ἄλλων δεισιδαιμονεστάτους, εἰκότως αὐτοὺς δοξολογοῦντας εἰσφέρει. Τοῦ γὰρ ἀπηλλάχθαι μὲν ὁλοτρόπως τῆς πρώτης τε καὶ ἐν ἀρχαῖς ἐνούσης αὐτοῖς ἀμαθίας, μεταφοιτῆσαι δὲ λοιπὸν εἴς γε τὸ ἑλέσθαι φρονεῖν τὰ αὐτῷ δοκοῦντα καὶ μόνῳ τῷ διασώσαντι Θεῷ, γένοιτ' ἂν ἀνάδειξις ἐναργής, τὸ ἐπείγεσθαι δοξολογεῖν, καὶ καθάπερ τινὰ θυσίαν πνευματικὴν προσκομίζειν αὐτῷ τὰς εὐχαριστίας. Οὐκοῦν κατ' ἐκεῖνο, φησὶ, τοῦ καιροῦ, καθ' ὃν ἂν γένοιτο δίοδος ἐν Αἰγύπτῳ, τοῦτ' ἔστι, τοῖς τὸν εὐαγγελικὸν καὶ σωτήριον πρεσβεύουσι λόγον, Σὺ, φησὶν, ὁ ἐν σκότῳ πάλαι βαθεῖ, καὶ πικρὸς εἰδωλολάτρης ὁ ταῖς τῶν δαιμονίων ἀπάταις ἐγκεχωσμένος, ὅταν τοῖς

[78] Isa. x, 22.

τῆς διανοίας ὄμμασιν ἀναβλέψῃς πρὸς τὸ φῶς· ὅταν ἴδῃς τοῦ κεκληκότος τὴν δόξαν, καὶ εἰς αἴσθησιν ἐνεχθῇς, ἐξ οἵων εἰς οἷα μετακεχώρηκας πράγματα· καὶ ὅτι πικρῷ τυράννῳ κατεζευγμένος, ἔξω μὲν τῆς ἐκείνου γέγονας πλεονεξίας, ὑπέδραμες δὲ τὴν ἐπικουρίαν τοῦ πάντα ἰσχύοντος Θεοῦ καὶ διασώζοντος τοὺς ἀπολωλότας· τότε δὴ, τότε σεαυτῷ δὴ λίαν καὶ μάλα εἰκότως ἐπιγαννύμενος ἀναφωνήσεις λέγων· Εὐλογήσω σε, Κύριε, διότι ὠργίσθης μοι, καὶ ἀπέστρεψας τὸν θυμόν σου ἀπ' ἐμοῦ, καὶ ἠλέησάς με. Ἀνακομίζουσι δὲ τὰ χαριστήρια, καὶ ἀνάπτουσι τὰς δοξολογίας, οὐχ ὅτι γεγόνασιν ὑπὸ θείαν ὀργὴν, ἀλλ' ὅτι γεγονότες ἠλέηνται. Ὠργίσθαι δέ φαμεν τοῖς τὰ τοιάδε λέγουσι τὸν τῶν ὅλων Θεὸν, δῆλον ὅτι τοῖς εἰδωλολάτραις. Διὰ ποίαν αἰτίαν; Παῦλος ἡμῖν ὁ θεσπέσιος σαφηνιεῖ γεγραφώς· « Φάσκοντες εἶναι σοφοὶ ἐμωράνθησαν. Καὶ ἤλλάξαντο τὴν δόξαν τοῦ ἀφθάρτου Θεοῦ, ἐν ὁμοιώματι εἰκόνος φθαρτοῦ ἀνθρώπου, καὶ πετεινῶν καὶ ἑρπετῶν, καὶ τετραπόδων. Ταύτῃ τοι, » φησὶ, « παρέδωκεν αὐτοὺς ὁ Θεὸς εἰς ἀδόκιμον νοῦν, καὶ εἰς πάθη ἀτιμίας ποιεῖν τὰ μὴ καθήκοντα. » Οἱ γὰρ δὴ τὴν θείαν παρασημάναντες δόξαν, καὶ τῆς ἀνωτάτω φύσεως τὸ ἐξαίρετον κάλλος τοῖς οὕτως οἰκτροῖς ἀναθέντες κτίσμασι, πῶς οὐ σφόδρα εἰκότως τοῖς ἐκ θείας ὀργῆς κινήμασιν ὑπενεχθεῖεν ἄν; Ἐπειδὴ δὲ, φησὶν, ἀπέστρεψας τὸν θυμόν σου, ἠλέησάς με (κέκλημαι γὰρ εἰς ἐπίγνωσιν διὰ πίστεως, οὐ κατὰ τὰ ἔργα ἃ ἐποιήσαμεν ἡμεῖς, καθὰ γέγραπται, ἀλλὰ κατὰ τὸ πολὺ αὐτοῦ ἔλεος)· ταύτῃ τοι, φησὶν, εἰς αἴσθησιν τῆς μεγαλοδωρίας ἐνηνεγμένος, ἀκατάληκτον προσοίσω σοι τὴν δοξολογίαν, καὶ δὴ καὶ ἐρῶ· Ἰδοὺ ὁ Θεός μου, Σωτήρ μου Κύριος, πεποιθὼς ἔσομαι ἐπ' αὐτῷ καὶ σωθήσομαι ἐν αὐτῷ. Πάλαι μὲν γὰρ ξύλοις τε καὶ λίθοις προσπίπτοντες, καὶ τοῖς ἀναισθήτοις ἀγάλμασι προσκομίζοντες θυσίας, σώζεσθαι δι' αὐτῶν παρεκάλουν. Ἐπειδὴ δὲ Θεὸν ἐγνώκασιν τὸν ἀληθινὸν, τοὺς ψευδωνύμους παρωσάμενοι, αὐτόν τε καὶ μόνον καταδεικνύουσι λέγοντες· Ἰδοὺ ὁ Θεός μου Σωτήρ μου Κύριος. Οὐκ ἐπὶ ξύλοις ἔτι καὶ λίθοις ἔσομαι πεποιθὼς, φησὶν, ἀλλ' ἐπ' αὐτῷ καὶ μόνῳ, καὶ δι' αὐτοῦ σωθήσομαι. Κἂν ὁ πάλαι πλεονεκτήσας καὶ συναρπάσας εἰς πλάνην, προσέρχεται πάλιν πειράζων καὶ μαχόμενος, Νικήσω, φησὶν, ὅτι ἡ δόξα μου καὶ ἡ αἴνεσίς μου Κύριος. Ὁρᾷς ὅπως ἐγνώκασιν ὅτι σωτήριον χρῆμα τὸ δοξολογεῖν; « Θῦσον » γὰρ, φησὶ, « τῷ Θεῷ θυσίαν αἰνέσεως, καὶ ἀπόδος τῷ Ὑψίστῳ τὰς εὐχάς σου. » Καὶ, « Ἐπικαλέσεις με ἐν ἡμέρᾳ θλίψεώς σου, καὶ ἐξελοῦμαί σε, καὶ δοξάσεις με. »

Καὶ ἀντλήσατε ὕδωρ μετ' εὐφροσύνης ἐκ τῶν πηγῶν τοῦ Σωτηρίου.

Φιλότιμος ὁ κεκληκὼς, ἕτοιμος εἰς ἀντίδοσιν ὁ διασώσας Θεὸς, εὐεργετεῖ τοὺς ἐπεγνωκότας, θείοις τε καὶ πνευματικοῖς κατευφραίνει πλουσίως τοὺς δοξολογοῦντας αὐτόν. Ἄθρει γὰρ ὅπως οἱ μὲν ὡμολόγουν λέγοντες· Ἰδοὺ ὁ Θεός μου, Σωτήρ μου Κύριος, πεποιθὼς ἔσομαι ἐπ' αὐτῷ· ὁ δὲ παραχρῆμα, καὶ πηγὰς αὐτοῖς καὶ ὕδωρ ἐπαγγέλλεται σωτήριον. Ἔδει

A spexeris, cum contemplatus fueris vocantis gloriam, et ad sentiendum redieris ex qualibus in quantas res transisti, atque ut et ab acerbo tyranno subjugatus, ab ejus tyrannide liber factus es, et ad Dei cuncta potentis, qui perditos conservat, opem confugeris: tunc quidem, tunc apud te multum et sane meritissime glorians, acclamabis dicens: Benedicam te, quia iratus es mihi, et avertisti furorem tuum a me, et misertus es mei. Offerunt autem gratiarum hostias, ac gloriam tribuunt, non quod iræ divinæ subjicerentur, sed cum subjecti et obnoxii fuissent, misericordiam consecuti sunt. Irasci dicimus talia loquentibus universitatis Deum, videlicet simulacrorum cultoribus. Quam ob causam? Paulus divinus nobis aperiet, dicens: « Cum se dicerent sapien-
B tes esse, infatuati sunt, et mutarunt gloriam incorruptibilis Dei in similitudinem imaginis corruptibilis hominis, et volatilium, et quadrupedum, et reptilium. Propterea, » inquit, « tradidit eos Deus in reprobum sensum, et in cupiditates ignominiosas, ut faciant quæ non decent [79]. » Qui enim divinam adulterarunt gloriam, et supremæ naturæ excellentem pulchritudinem adeo miseris creaturis attribuerunt, annon justissime divinæ iræ severitati subjicerentur? Cum autem, ait, avertisti furorem tuum, misertus es mei (vocati enim sumus ad agnitionem per fidem: non ex operibus quæ fecimus nos, sicut scriptum est [80], **212** sed ex multa ejus misericordia), idcirco, inquit, ad intelligentiam tuæ magnificentiæ perductus, assidue tribuam tibi
C gloriam et laudes, et dicam: Ecce Deus meus, Servator meus Dominus, confidam ei, et salvus ero. Quondam enim lignis lapidibusque procidentes, et imaginibus sensu carentibus offerentes sacrificia, servari per illa rogabant. At postquam, Deo vero agnito, falso nominatos profligarunt, illum et solum demonstrant, dicentes: Ecce Deus meus, Servator meus Dominus. Non jam lignis, non lapidibus fidam amplius, inquit, sed in eo, et quidem solo, et per ipsum servabor. Et licet qui olim spoliavit et in errorem abripuit, rursus accedit tentans et pugnans, Vincam tamen, inquit, quia gloria mea et laudatio mea Dominus. Viden' quomodo noverint salutare esse, laudes canere ac glorificare? « Sacrifica » enim,
D inquit, « Deo sacrificium laudis, et redde Altissimo vota tua [81]; » et: « Invocabis me in die afflictionis tuæ, et eripiam te, et glorificabis me [82]. »

VERS. 3. *Et haurite aquam cum lætitia de fontibus Salutaris.*

Gloriosus ille qui vocavit, promptus et paratus ad remunerationem, qui conservavit Deus, benefacit agnoscentibus, et gloria decorantes ipsum divinis atque spiritalibus donis affatim exhilarat. Contemplare etenim, quo pacto hi quidem confitebantur dicentes: Ecce Deus meus, Servator meus Dominus, confidam ei. Ille confestim et fontes ipsis, et

[79] Rom. I, 22 sqq. [80] Tit. III, 5. [81] Psal. XLIX, 14. [82] ibid. 15.

aquam promittit salutarem. Decuit enim, decuit e tenebris ad lucem emergentes, ex ignorantia gentilium ad agnitionem veri Dei vocatos, pædagogiæ et verbi, quod exhilarat et potest eos in pietatis officio continere; neutiquam esse expertes. « Non enim, » inquit, « in solo pane vivet homo, sed in omni verbo quod procedit ex ore Dei[83]. » Aquam ergo nominat vivificum Dei verbum, fontes autem sanctos apostolos et evangelistas: adde etiam ipsos prophetas, Salutare vero Christum. Vos igitur, ait, qui confessionibus fidei me natura et universitatis Deum exhilaratis, recipietis et divinam et spiritalem hilaritatem, haurientes verbum quod continere et corroborare in hoc vos poterit, ex fontibus Salutaris, id est, Christi. Ipse enim constituit **213** sanctos apostolos, de quibus et beatus David psallit: « Apparuerunt fontes aquarum, et retecta sunt fundamenta orbis terrarum[84]. » Fontes siquidem aquarum sunt divini discipuli, qui sermones e supernis et per Spiritum in universum orbem terrarum depluunt. Sunt item et fundamenta mundi. Lapis enim selectus Christus, qui positus a Deo et Patre dicitur in fundamenta Sion, id est, Ecclesiæ: ipsi namque innitimur, et per fidem ædificamur domus spiritualis in templum sanctum, in ædificium Dei in spiritu. Lapides vero secundum ipsum sive fundamenta orbis terræ possent esse ac dici, idque jure optimo, qui illum per omnem terram prædicant. Nam scripta eorum nos sustinent, ac firmitate et constantia fidei et veritatis fulciunt.

γάρ; ἔδει τοὺς ἐκ σκότους δραμόντας πρὸς τὸ φῶς, τοὺς ἐξ ἀμαθίας Ἑλληνικῆς εἰς ἐπίγνωσιν κεκλημένους τοῦ κατὰ ἀλήθειαν ὄντος Θεοῦ μὴ ἀμοιρῆσαι παιδαγωγίας καὶ λόγου τοῦ κατευφραίνοντος; καὶ συνέχειν αὐτοὺς ἰσχύοντος πρὸς εὐσέβειαν. « Οὐ γὰρ ἐπ' ἄρτῳ μόνῳ ζήσεται, » φησὶν, « ὁ ἄνθρωπος, ἀλλ' ἐπὶ παντὶ ῥήματι ἐκπορευομένῳ διὰ στόματος Θεοῦ. » Ὕδωρ μὲν οὖν ἀποκαλεῖ τὸν ζωοποιὸν τοῦ Θεοῦ λόγον· πηγὰς δὲ τοὺς ἁγίους ἀποστόλους τε καὶ εὐαγγελιστὰς, προσθείην δ' ἂν ὅτι καὶ αὐτοὺς τοὺς προφήτας;· Σωτήριον δὲ τὸν Χριστόν. Ὑμεῖς τοιγαροῦν, φησὶν, οἱ ταῖς εἰς πίστιν ὁμολογίαις ἐμὲ τὸν φύσει καὶ τὸν ὅλων Θεὸν εὐφραίνοντες, ἀντικομιεῖσθε θείαν τε καὶ πνευματικὴν εὐφροσύνην, ἀρυόμενοι τὸν λόγον τὸν εἰς τοῦτο ὑμᾶς συνέχειν ἰσχύοντα ἐκ τῶν πηγῶν τοῦ Σωτηρίου, τοῦτ' ἔστι, Χριστοῦ. Αὐτὸς γὰρ ἀνέδειξε τοὺς ἁγίους ἀποστόλους· περὶ ὧν καὶ ὁ μακάριος ψάλλει Δαβίδ· « Ὤφθησαν αἱ πηγαὶ τῶν ὑδάτων, καὶ ἀνεκαλύφθησαν τὰ θεμέλια τῆς οἰκουμένης. » Πηγαὶ μὲν γὰρ ὑδάτων εἰσὶν οἱ θεσπέσιοι μαθηταὶ, τοὺς ἄνωθεν καὶ διὰ τοῦ Πνεύματος τοῖς ἀνὰ πᾶσαν τὴν ὑπ' οὐρανὸν ἀναβρύοντες λόγους. Εἰσὶ δὲ ὁμοίως καὶ θεμέλια τοῦ κόσμου. Λίθος μὲν γὰρ ἐκλεκτὸς ὁ Χριστὸς, ὃς καὶ τεθεῖσθαι λέγεται παρὰ τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς εἰς τὰ θεμέλια τῆς Σιὼν, τοῦτ' ἔστι, τῆς Ἐκκλησίας. Αὐτῷ γὰρ ἐπερηρείσμεθα καὶ διὰ πίστεως ἐποικοδομούμεθα οἶκος πνευματικὸς εἰς ναὸν ἅγιον, εἰς κατοικητήριον τοῦ Θεοῦ ἐν πνεύματι. Λίθοι δὲ μετ' αὐτὸν, ἤτοι θεμέλια τῆς οἰκουμένης, εἶεν ἂν ὀνομάζοιντό τε καὶ σφόδρα εἰκότως οἱ διακηρύττοντες αὐτὸν τοῖς ἀνὰ πᾶσαν τὴν γῆν. Ἀνέχουσι γὰρ ἡμᾶς τὰ αὐτῶν συγγράμματα πρὸς ἑδραιότητα καὶ βεβαίωσιν τὴν ἐν πίστει τε καὶ ἀληθείᾳ.

VERS. 4-6. *Et dices in die illa: Hymnis celebrate Dominum, invocate nomen ejus, annuntiate in gentibus gloriosa ejus, commemorate quoniam exaltatum est nomen ejus. Laudate nomen Domini, quoniam excelsa fecit; annuntiate hæc in omni terra. Exsultate et lætamini, qui habitatis Sion, quia exaltatus est Sanctus Israelis in medio tui.*

Καὶ ἐρεῖς ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ, Ὑμνεῖτε Κύριον, βοᾶτε τὸ ὄνομα αὐτοῦ, ἀναγγείλατε ἐν τοῖς ἔθνεσι τὰ ἔνδοξα αὐτοῦ· μιμνήσκεσθε, ὅτι ὑψώθη τὸ ὄνομα αὐτοῦ. Ὑμνήσατε τὸ ὄνομα Κυρίου, ὅτι ὑψηλὰ ἐποίησεν· ἀναγγείλατε ταῦτα ἐν πάσῃ τῇ γῇ. Ἀγαλλιᾶσθε καὶ εὐφραίνεσθε, οἱ κατοικοῦντες ἐν Σιὼν, ὅτι ὑψώθη ὁ ἅγιος τοῦ Ἰσραὴλ ἐν μέσῳ σου.

O rem admirandam et incredibilem! Qui modo mysteriis initiatus est, dein ad Salutaris fontes accessit, vitalesque hausit latices, tantam videtur cepisse progressionem, ad hoc, inquam, ut fidus et germanus exsistat, ut statim apostolicum ministerium ostendat, et non solum ut ad glorificandum Deum instigabatur solus, sed jam aliis quoque omnibus hoc factitandum mandat, dicens: Hymnis prædicate Deum, invocate nomen ejus. Et quibusnam injungit invocare, perspicuum facit, dicens illico: Annuntiate in gentibus gloriosa ejus. Ne enim, inquit, lateat Servatoris gloria. Omnibus conspicua sit divina ejus vis atque potestas. Servavit, nec mala refricat: sustulit inexpugnabilem diaboli ac dæmoniorum tyrannidem, redemit deceptos, in libertatem asseruit captivitate constrictos. Fausta nuntiavit cæcis, ut visum reci-

Ὢ παραδόξου πράγματος! Ὁ ἀρτίως μυσταγωγούμενος, εἶτα περιτυχὼν ταῖς τοῦ Σωτηρίου πηγαῖς καὶ τὸ ζωαρχὲς ἀρυσάμενος νᾶμα, τοσαύτην ὁρᾶται προσειληφὼς τὴν ἐπίδοσιν, τὴν εἴς γε φημὶ τὸ εἶναι πιστὸς καὶ γνήσιος, ὥστε καὶ ἀποστολικὴν εὐθὺς ἐνδείκνυται λειτουργίαν. Καὶ οὐχ ὅπως αὐτὸς δοξολογεῖν ἐπείγετο μόνος, ἀλλ' ἤδη καὶ τοῖς ἄλλοις ἅπασι τοῦτο δρᾷν ἐπιτάττει λέγων· Ὑμνεῖτε Κύριον, βοᾶτε τὸ ὄνομα αὐτοῦ. Καὶ τίσιν ἄρα προστάττει βοᾷν, ἐναργὲς καθίστησιν ἐπιλέγων εὐθύς· Ἀναγγείλατε ἐν τοῖς ἔθνεσι τὰ ἔνδοξα αὐτοῦ. Μὴ γὰρ δὴ λανθανέτω, φησὶ, τοῦ Σωτῆρος ἡ δόξα, ἅπασιν ἔστω καταφανὴς ἡ θεοπρεπὴς αὐτοῦ δύναμίς τε καὶ ἐξουσία. Σέσωκε μὲν ἀμνησικάκως· καθεῖλεν ἄμαχον τυραννίδα τὴν τοῦ διαβόλου καὶ τῶν δαιμονίων· ἐλυτρώσατο τοὺς ἠπατημένους· ἠλευθέρωσε τοὺς ἐν αἰχμαλωσίᾳ· εὐηγγελίσατο τυφλοῖς ἀνάβλεψιν.

[83] Matth. IV, 4. [84] Psal. XVII, 16.

Δεδικαίωκε διὰ πίστεως, ἡγίασε διὰ τοῦ Πνεύματος, A υἱοὺς ἀπέφηνε Θεοῦ τοὺς πάλαι δραπέτας καὶ τὴν ἀκλεᾶ καὶ ἐπάρατον διαβιοῦντας ζωήν. Πεπληροφόρηκε διὰ πραγμάτων ὅτι φύσει τε καὶ ἀληθῶς ἐστι Θεός. Ἤγειρε νεκρούς, καθαροὺς ἀπέφηνε τοὺς ἐν λέπρᾳ. Τεθεράπευκε νεύμασι τοὺς ἐν ἀῤῥωστίαις· ἀνέκοψε πνευμάτων ὁρμάς. Δεδυσώπηκε θάλασσαν ἀγρίαν οὖσαν. Οὐκοῦν ἀναγγείλατε ἐν τοῖς ἔθνεσι τὰ ἔνδοξα αὐτοῦ, καὶ διὰ μνήμης ποιεῖσθε πολλῆς, ὅτι ὑψώθη τὸ ὄνομα αὐτοῦ. Ὑψηλὰ γὰρ ἐποίησεν. Καὶ γάρ ἐστιν ἀληθῶς ὑπὲρ ἀνθρώπου χεῖρα, μᾶλλον δὲ καὶ παντὸς ἐπέκεινα θαύματος τὰ κατωρθωμένα. Ἀγαλλιᾶσθε δὴ οὖν καὶ εὐφραίνεσθε οἱ κατοικοῦντες Σιὼν, τοῦτ' ἔστιν, οἱ ἑδραίαν ἔχοντες τὴν πίστιν ἐν Ἐκκλησίαις· ὅτι ὑψώθη ὁ ἅγιος τοῦ Ἰσραὴλ ἐν μέσῳ σου. Εἰ γὰρ καὶ γέγονεν ἄνθρωπος ὁ ἅγιος B τοῦ Ἰσραὴλ, καὶ ἐν δούλου μορφῇ καθίκετο δι' ἡμᾶς οἰκονομικῶς, ἀλλ' οὖν ἐκ τῶν ἀποτελεσμάτων, καὶ τῆς τῶν ἔργων λαμπρότητος, ὑψώθη θεοπρεπῶς· καὶ τίς κατὰ φύσιν ἐστὶν, ἐγνώκαμεν.

ΤΟΜΟΣ Β'.

Ὅρασις ἣν εἶδεν Ἡσαΐας υἱὸς Ἀμὼς κατὰ Βαβυλῶνος.

Ἡ μὲν κατὰ Βαβυλῶνος ὅρασις, καὶ μὴν καὶ αἱ ταύτῃ καθεξῆς, κατά γε Ἰδουμαίων καὶ Μωαβιτῶν, καὶ μέν τοι καὶ Αἰγυπτίων, καὶ προσέτι τῶν ἑτέρων πεποίηνται μὲν εἰς παράκλησιν τῷ Ἰσραὴλ· ἱστορικωτέραν δέ πως τῶν σημαινομένων ἔχουσι τὴν ἀπόδοσιν, πλὴν ἐφεῖται τοῖς νουνεχεστέροις, ὡς ἐκ παχείας καὶ νῦν εἰκόνος μεταχαράττειν ἀστείως εἰς C πνευματικὴν θεωρίαν τὰ τοῖς ἀρχαίοις συμβεβηκότα σαφεστάτην· ὃ τοῖς ἐντευξομένοις ποιήσεται τὴν ἀφήγησιν προϊὼν ὁ λόγος, καὶ τῶν γεγραμμένων ἕκαστα διερμηνεύων ὡς ἔνι. Χρῆναι δὲ οἶμαι καὶ νῦν ἐπὶ τὴν τοῦ πράγματος ἀρχὴν ἀναδραμεῖν, καὶ τὰς τῆς ὁράσεως αἰτίας προαφηγήσασθαι. Κεκλημένος γὰρ διὰ τοῦ πανσόφου Μωσέως ὁ Ἰσραὴλ εἰς ἐπίγνωσιν καὶ λατρείαν τοῦ κατὰ ἀλήθειαν ὄντος Θεοῦ, καὶ νόμον ἔχων τὸν ἀπευθύνοντα πρὸς πᾶν ὁτιοῦν τῶν τεθαυμασμένων, κατημέλησε μὲν τῆς αὐτῷ δοθείσης ἐντολῆς, ἐτράπετο δὲ πρὸς διδασκαλίας ἐντάλματα ἀνθρώπων, μᾶλλον δὲ καὶ τοῖς ἔτι χείροσιν ἑαυτὸν ἐνιεὶς, τοῖς τῆς εἰδωλολατρείας ἐνώλισθε βόθροις. Ἐπητιᾶτο γοῦν τοιαῦτα δρᾷν ἑλομένους ὁ τῶν ὅλων Θεὸς διὰ παντὸς προφήτου, καὶ πολλὴν ἐποιεῖτο D δεδυσσεβηκότος αὐτοῦ τὴν καταβοήν. Ἔφη γοῦν· «Ἐγγίζει μοι ὁ λαὸς οὗτος, τοῖς χείλεσιν αὐτῶν τιμῶσί με· ἡ δὲ καρδία αὐτῶν πόῤῥω ἀπέχει ἀπ' ἐμοῦ. Μάτην δὲ σέβονταί με διδάσκοντες διδασκαλίαν ἐντάλματα ἀνθρώπων.» Καὶ πάλιν· «Τί ἡ ἠγαπημένη ἐποίησεν ἐν τῷ οἴκῳ μου βδέλυγμα;» Βδέλυγμα δὲ τὸ εἴδωλον ὀνομάζει. Οὐκοῦν ἀπονενευκότα δεινῶς εἰς ἐκτόπους ἐξιτηλείας, καὶ τῆς ὑπὸ Θεῷ δουλείας ἀποφέροντας τὸν αὐχένα, καὶ γαῦρον ὥσπερ αὐτῷ τὸ οἰκεῖον ἀντεγείροντες φρόνημα, παρεδίδου κατὰ καιροὺς, ποτὲ μὲν τοῖς τὴν γείτονα νεμομένοις χώραν, Ἰδουμαίοις τέ φημι, καὶ μέντοι καὶ Μωαβί-

perent, justificavit per fidem, sanctificavit per spiritum, filios effecit Dei quondam fugitivos et ignobilem degentes vitam et exsecrabilem. Rebus ipsis certo fidem fecit, se natura et vere Deum **214** esse. Excitavit mortuos, leprosos fecit mundos, infirmitatibus laborantes nutu sanavit, spirituum assultus præscidit, mare sævum vultu compescuit. Quocirca annuntiate in gentibus gloriosa ejus, et commemorate quod sublime sit nomen ejus. Excelsa enim fecit. Sunt namque vere supra hominis manum, imo ultra omnem admirationem præclare ab illo præstita. Exsultate igitur et lætamini, qui habitatis Sion, id est, qui firmam fidem habetis in Ecclesiis, quoniam sublimis est sanctus Israelis in te. Quamvis etenim homo factus sit sanctus Israelis, et in forma servi venerit propter nos ad dispensationis perfunctionem, ex effectibus tamen operumque splendore, divina subvectus est dignitate, et quis natura sit, perspeximus.

TOMUS II.

Cap. xiii. Vers. 1. *Visio quam vidit Isaias filius Amos contra Babylonem.*

Visio hæc contra Babylonem, et quæ hic deinceps contra Idumæos, et Moabitas, et Ægyptios porro et reliquos fiunt, ad consolandum Israelem adhibentur: explanationem autem habent magis historicam, quam quæ significantur: verum licet acutioribus quæ majoribus acciderunt velut ex crassa figura ac imagine, ad spiritualem considerationem venuste convertere: oratioque progrediens, etiam quæ scripta sunt sigillatim, quantum licuerit, interpretans, narrationem lectoribus efficiet planissimam. Jam, ut arbitror, ad rei primordium recurrendum, et visionis causæ prius exponendæ. Nam vocatus per sapientissimum Mosen Israel ad agnitionem cultumque veri Dei, et legem habens ad omnia admirabilia dirigentem, præceptum sibi datum neglectui habuit, conversusque est ad doctrinas, mandata hominum, imo deterioribus adhuc se immiscens, delapsus est in idololatriæ voragines. Invectus est igitur in eos qui talia commiserunt universitatis Deus per omnes prophetas, **215** multumque vociferatus est in eum qui tanta impietate se obstrinxit. Dixit ergo: «Appropinquat mihi populus hic, labiis suis honorant me, cor autem eorum procul abest a me. Frustra autem colunt me docentes doctrinas, mandata hominum [85].» Et rursus: «Quid dilecta fecit in domo mea abominationem?» Abominationem idolum nominat. Itaque velut graviter ad fœdam supinitatem declinantes, et a servitio Dei cervicem subducentes, suumque sensum superciliosum contra eum erigentes, certis temporibus tradidit, nunc contiguam regionem occupantibus, Idumæis inquam, Moabitis, Ægyptiis et Philistinis, nunc graviore illis plaga illata, mortalium crudelissimos in eos

[85] Isa. xxix, 13.

immisit, Babylonios inquam, qui etiam universa Judæorum regione citra laborem devastata, captivam abduxerunt in suam regionem multitudinem innumerabilem. Cæterum hæc eventura esse illis, qui Deum universitatis ad iram provocarent, prædixerunt olim beati prophetæ. At hi, licet quæ prænuntiata jam sunt, etiam ad finem pervenissent, nihilo secius præfracti erant et pervicaces, exsecrandam et a legis regula alienissimam vitam instituentes. Appositissime ergo universitatis Deus post plagam et flagella, et quæ his definitis temporibus ab hostibus erant obventura, suavissimarum rerum, quæ delectare poterant, facit præsignificationem: promittitque jam quantumvis factis captivis reditum se adornaturum, et miseriæ nexus relaxaturum, illosque qui olim vicerunt, in manus hostium traditurum. Maxime enim conveniebat etiamsi inemendati propter illa fuerint, posterioribus tamen hisce impense deinceps gaudere, et in spem desideratarum rerum velut alis evectos, gratissimum Deo cultum in pretio habere, et mentem illi affixam ac immotam custodire. Quoniam igitur, licet complures olim Judæorum regiones populati fuerint, crudeliores tamen aliis et sæviores fuerunt, Chaldæi maxime, et qui tum temporis Babyloni præfuerunt, illis quodammodo primum oratio prophetica insultat, ac inquit:

A ταις, Αἰγυπτίοις καὶ τοῖς ἐκ Φυλιστιεὶμ, ποτὲ δὲ καὶ δυσαχθεστέραν αὐτοῖς ἐπιφέρων πληγὴν, τοὺς ὅτι μάλιστα τῶν ἐπὶ γῆς ὠμοτάτους αὐτοῖς ἐπηφίει, φημὶ δὴ τοὺς Βαβυλωνίους, οἳ καὶ πᾶσαν ἀμογητὶ τὴν τῶν Ἰουδαίων καταδηώσαντες χώραν, αἰχμάλωτον ἀπεκόμισαν εἰς τὴν ἑαυτῶν ἀριθμοῦ κρείττονα πληθύν. Ἀλλὰ ταυτὶ μὲν ὅτι συμβήσεται παροτρύνουσιν αὐτοῖς τὸν τῶν ὅλων Θεὸν, προηγόρευον κατὰ καιροὺς οἱ μακάριοι προφῆται. Οἱ δὲ καίτοι πρὸς πέρας αὐτοῖς ἐκβεβηκότων τῶν ἤδη προηγγελμένων, οὐδὲν ἧττον ἦσαν σκληροί τε καὶ ἀπειθεῖς, βδελυρὰν καὶ ἐκνομωτάτην ἐπιτηδεύοντες ζωήν. Οἰκονομικώτατα τοίνυν ὁ τῶν ὅλων Θεὸς μετὰ πληγὴν καὶ μάστιγας καὶ τὰ ἐκ τῶν πολεμίων συμβεβηκότα κατὰ καιροὺς αὐτοῖς, καὶ τῶν ἡδίστων καὶ κατευφραίνειν B εἰδότων ποιεῖται τὴν προαγόρευσιν· ὑπισχνεῖται δὲ ὅτι καὶ τοὺς ἤδη γεγονότας αἰχμαλώτους ὑπονοστῆσαι παρασκευάσει, καὶ τῶν τῆς ταλαιπωρίας ἀνήσει δεσμῶν, παραδώσει δὲ καὶ αὐτοὺς τοὺς πάλαι νικήσαντας εἰς χεῖρας ἐχθρῶν. Ἦν γὰρ δή που καὶ μάλα εἰκὸς, εἰ καὶ ἀνουθέτητοι μεμενήκασιν ἐπ' ἐκείνοις, ἀλλ' οὖν ἑλέσθαι λοιπὸν τὸ κἂν γοῦν τοῖς δευτέροις ἐφησθῆναί τε ἅμα, καὶ εἰς ἐλπίδα τῶν ποθουμένων ἀναπτερουμένους, τὴν τῷ Θεῷ φιλαιτάτην τιμῆσαι λατρείαν, καὶ ἀκλόνητον αὐτῷ τηρῆσαι τὸ φρόνημα. Ἐπειδὴ τοίνυν, εἰ καὶ πολλοί τινες ἦσαν οἱ κατὰ καιροὺς τὴν τῶν Ἰουδαίων χώραν πεπορθηκότες, ἀλλ' οἵ γε τῶν ἄλλων ἀπηνέστεροί τε καὶ ἀγριώτεροι Χαλδαῖοι μάλιστα, καὶ οἱ τῆς Βαβυλῶνος βεβασιλευκότες κατὰ καιροὺς αὐτοῖς οἱονεὶ καὶ πρώτοις ὁ τῆς προφητείας λόγος ἐπιπηδᾷ καί φησιν·

VERS. 2. *In monte campestri tollite signum.*

Oportere autem existimo qui diligenter **216** verba proposita enarrare voluerint, aliquid quod ad rem facit, necessario præfari. Cyrus ergo patre quidem Cambyse, matre vero Mandana natus, Persiæ ac Mediæ rex, oppugnavit Babylonem et omnem regionem Chaldæorum, licet ampla sit et maxima; et sane expugnavit cepitque eam non viribus suis, neque robustiori manu (invicta siquidem et insuperabilis erat gens Chaldæorum, et propter multitudinem, et propter magnam rei militaris peritiam), sed potius quod Deus ei adversarios subjiceret, impiumque Babyloniorum imperium labefactaret: quippe quod apud illos præstigiæ maxime vigerent, et innumerabilia idolorum examina essent: nimirum terra sculptilium nominata est, vel propter turbam idolorum, vel etiam quod unusquisque incolarum nullo modo ab idolo discrepare deprehenderetur, in quantum nempe impotenter et effrenate in errorem prolabebantur. Ad hæc, quia sancta terra et Deo deputata, id est, Judæa devastata, et Hierosolymis ipsoque divino templo incensis, abduxerunt in suam regionem vasa sacra, atque impotenti ira concitati Israelem occiderunt, quantumvis sanctus populus, et portio et sors Dei nominaretur. Nam quod Israelem idola colentem tradiderit Deus in manus hostium, non obscurum est sacrarum Litterarum scientibus, sed qui ad hoc vocati sunt, eos non levi supplicio affecerunt. Invenietur enim alicubi dixisse universitatis Deus voce Zachariæ:

C *Ἐπ' ὄρους πεδινοῦ ἄρατε σημεῖον.*

Δεῖν δὲ οἶμαι τῆς ἑρμηνείας τῶν προκειμένων ἀκριβῆ ποιεῖσθαι τὴν ἀπόδοσιν ᾑρημένους, προαφηγήσασθαί τι τῶν ἀναγκαιοτάτων. Κῦρος τοιγαροῦν, ὁ πατρὸς μὲν Καμβύσου γεγονὼς, μητρὸς δὲ Μανδάνης, Περσῶν τε καὶ Μήδων βεβασιλευκὼς, κατεστράτευσε τῆς Βαβυλῶνος, καὶ πάσης δὲ τῆς τῶν Χαλδαίων χώρας εὐρείας τε οὔσης καὶ πολλῆς ἄγαν· καὶ δὴ καὶ κεκράτηκεν. Εἷλεν αὐτὴν οὐ δυνάμεσιν ἰδίαις, οὔτε μὴν ἀλκιμωτέρᾳ χειρὶ χρήσασθαι δυνηθεὶς (ἄμαχον γάρ τι καὶ ἀνανταγώνιστον τὸ Χαλδαίων ἔθνος ἦν, διά τε πληθὺν, καὶ τὸ εὖ μάλα γεγυμνάσθαι τὰ τακτικὰ), Θεοῦ μᾶλλον ὑποφέροντος αὐτῷ τοὺς ἀνθεστηκότας, καὶ τὰ δυσσεβῆ τῶν Βαβυλωνίων κατασείοντος κράτη· διότι τὸ πλείστην μὲν D ὅσην παρ' αὐτοῖς εἶναι τὴν γοητείαν· ἀριθμοῦ δὲ κρείττονα τὸν τῶν εἰδώλων ἑσμόν· καὶ γοῦν γῆ τῶν γλυπτῶν κατωνόμασται, ἢ διὰ τὴν τῶν εἰδώλων πληθὺν, ἤγουν ὅτι καὶ ἕκαστος τῶν ἐκεῖσε κατῳκηκότων κατ' οὐδένα τρόπον εἰδώλου διενεγκὼν ἡλίσκετο, κατά γέ φημι τὸ ἀσχέτως τε καὶ ἀκρατῶς ἀπονεῦσαι πρὸς πλάνησιν. Εἶτα πρὸς τούτοις, ὅτι τὴν ἁγίαν καὶ ἐκνεμηθεῖσαν τῷ Θεῷ καταδηώσαντες γῆν, τοῦτ' ἔστι, τὴν Ἰουδαίαν, κατεμπρήσαντές τε τὰ Ἱεροσόλυμα, καὶ αὐτόν τε τὸν θεῖον ναὸν, ἀπεκόμισαν μὲν τὰ σκεύη τὰ ἱερὰ εἰς τὴν ἑαυτῶν, θυμῷ δὲ ἀκράτῳ χρώμενοι τὸν Ἰσραὴλ ἀπεκτόνασιν, καίτοι λαὸν ἅγιον ὠνομασμένον, μερίδα τε καὶ κλῆρον Θεοῦ. Ὅτι μὲν γὰρ εἰδωλολατρήσαντα τὸν Ἰσραὴλ παρεδίδου Θεὸς εἰς χεῖρας ἐχθρῶν οὐκ ἀσυμφανὲς τοῖς τῶν

ἱερῶν γραμμάτων ἐπιστήμοσιν, ἀλλ' ἐκόλαζον οὐ A μετρίως οἱ κεκλημένοι πρὸς τοῦτο. Καὶ γοῦν εὑρίσκεταί που λέγων ὁ τῶν ὅλων Θεὸς διὰ φωνῆς Ζαχαρίου· « Ἐζήλωκα τὴν Ἱερουσαλὴμ καὶ τὴν Σιὼν ζῆλον μέγαν, καὶ θυμῷ μεγάλῳ ἐγὼ ὀργίζομαι ἐπὶ τὰ ἔθνη τὰ συνεπιτιθέμενα, ἀνθ' ὧν ἐγὼ μὲν ὠργίσθην ὀλίγα, αὐτοὶ δὲ συνεπέθεντο εἰς κακά. » Καὶ πρός γε τὴν Βαβυλῶνά φησιν· « Ἐγὼ δέδωκα αὐτοὺς εἰς τὰς χεῖράς σου, σὺ δὲ οὐκ ἔδωκας αὐτοῖς ἔλεος. » Κύρῳ δὴ οὖν παρεδίδου Θεὸς τὴν ἀλαζόνα καὶ ὑβρίστριαν, τὴν ἁπάσης φαυλότητος μητέρα καὶ τροφόν, φημὶ δὴ τὴν Βαβυλῶνα. Γένοιτο δὲ καὶ τοῦτο σαφὲς λέγοντός αὐτοῦ διὰ Ἡσαΐου οὕτως· « Τάδε λέγει Κύριος τῷ χριστῷ μου Κύρῳ, οὗ ἐκράτησα τῆς δεξιᾶς, ἐπακοῦσαι ἔμπροσθεν αὐτοῦ ἔθνη, καὶ πόλεις οὐ συγκλεισθήσονται· Ἐγὼ ἔμπροσθέν σου πορεύσο- B μαι, καὶ ὄρη ὁμαλιῶ. Θύρας χαλκᾶς συντρίψω, καὶ μοχλοὺς σιδηροῦς συγκλάσω. » Νενικηκὼς δὲ ὁ Κῦρος ἀνῆκε τῆς αἰχμαλωσίας τὸν Ἰσραήλ, οἴκοι τε χαίροντας ἰέναι προστέταχεν, καὶ μὴν καὶ αὐτὸν ἀναδείμασθαι τὸν θεῖον ναόν. Καὶ γοῦν ὁ προφήτης Ἱερεμίας, « Ὁ λόγος, » φησίν, « ὃν ἐλάλησε Κύριος ἐπὶ Βαβυλῶνα· Ἀναγγείλατε ἐν τοῖς ἔθνεσι, καὶ ἀκουστὰ ποιήσατε, καὶ μὴ κρύψητε. Εἴπατε· Ἑάλωκε Βαβυλών, κατῃσχύνθη Βήλ, ἡ ἀπτόητος, ἡ τρυφερά. Παρεδόθη Μεωδάχ, ὅτι ἀνέβη ἐπ' αὐτὴν ἔθνος ἀπὸ βοῤῥᾶ, αὐτὸς θήσει τὴν γῆν αὐτῆς εἰς ἀφανισμόν, οὐκ ἔσται ὁ κατοικῶν ἐν αὐτῇ ἀπὸ ἀνθρώπου ἕως κτήνους. Ἐν ταῖς ἡμέραις ἐκείναις, καὶ ἐν τῷ καιρῷ ἐκείνῳ, ἥξουσιν οἱ υἱοὶ Ἰσραὴλ καὶ οἱ υἱοὶ Ἰούδα C ἐπὶ τὸ αὐτὸ βαδίζοντες καὶ κλαίοντες πορεύσονται τὸν Θεὸν αὐτῶν ζητοῦντες· ἕως Σιὼν ἐρωτήσουσι τὴν ὁδόν. Ὧδε γὰρ τὸ πρόσωπον αὐτῶν δώσουσι, καὶ ἥξουσι, καὶ καταφεύξονται πρὸς Κύριον. Διαθήκη γὰρ αἰώνιος οὐκ ἐπιλησθήσεται. » Καὶ πάλιν· « Διὰ τοῦτο τάδε λέγει Κύριος· Ἰδοὺ ἐγὼ ἐκδικῶ ἐπὶ τὸν βασιλέα Βαβυλῶνος, καὶ τὴν γῆν αὐτοῦ, καθὼς ἐξεδίκησα ἐπὶ τὸν βασιλέα Ἀσσοὺρ· καὶ ἀποκαταστήσω τὸν Ἰσραὴλ εἰς τὴν νομὴν αὐτοῦ· καὶ νεμηθήσεται ἐν τῷ Καρμήλῳ, καὶ ἐν ὄρει Ἐφραΐμ, καὶ ἐν τῷ Γαλαάδ, καὶ ἐμπλησθήσεται ἡ ψυχὴ αὐτοῦ. »

« Æmulatus sum Jerusalem et Sion æmulatione magna, et ira magna irascor gentibus quæ superimpositæ sunt: pro eo quod ego iratus fui modice, ipsæ vero superimpositæ sunt in mala [86]. » Et Babyloni ait: « Ego dedi eos in manus tuas, tu autem non impartivisti illis misericordiam [87]. » Cyro igitur tradidit Deus superbam et insolentem, omnis vitiositatis matrem et nutricem, dico autem Babylonem. Hoc autem manifestum esse poterit, dicente ipso Isaiæ voce sic: « Hæc dicit Dominus christo meo Cyro, cujus prehensavi dexteram, ut auscultent coram eo gentes, et civitates non occludentur: Ego ante te ambulabo, et montes complanabo, portas æneas conteram, et vectes ferreos confringam [88]. » **217** Cum subegisset vero Cyrus, laxavit captivitate Israelem, domumque lætos ire jussit, ipsumque Dei templum restaurare. Quin et propheta Jeremias inquit: « Verbum quod locutus est Dominus super Babylonem: Annuntiate inter gentes, et audita facite, et ne celate. Dicite: Capta est Babylon, confusus est Bel; imperterrita, mollis, tradita est Meodach, quia ascendit contra eam gens ab Aquilone, ipse rediget terram ejus in vastitatem, nec erit inhabitans in ea, nec homo, nec jumentum. In diebus illis et in tempore illo venient filii Israel ipsi, et filii Juda, una ambulantes et flentes ibunt, Deum suum quærentes, usque ad Sion interrogabunt viam. Huc enim faciem suam dabunt, et venient, et confugient ad Dominum. Fœdus enim æternum non tradetur oblivioni [89]. » Et rursus: « Propterea hæc dicit Dominus: Ecce ego vindictam sumam de rege Babylonis et de terra ipsius, sicuti vindictam sumpsi de rege Assur, et restituam Israel in pascua sua, et pascet in Carmelo, et in monte Ephraim, et in Galaad, et implebitur anima ejus [90]. »

Ἐπ' ὄρους πεδινοῦ ἄρατε σημεῖον, ὑψώσατε τὴν φωνὴν ἑαυτοῖς, μὴ φοβεῖσθε, παρακαλεῖτε τῇ χειρί, ἀνοίξατε οἱ ἄρχοντες. Ἐγὼ συντάσσω, καὶ ἐγὼ ἄγω αὐτούς. Ἡγιασμένοι εἰσίν, καὶ ἐγὼ ἄγω αὐτούς. Γίγαντες ἔρχονται πληρῶσαι τὸν θυμόν D *μου, χαίροντες ἅμα καὶ ὑβρίζοντες.*

VERS. 2, 3. *In monte campestri tollite signum, elevate vocem eis, consolamini manu, aperite, principes: ego instruo, et ego adduco eos, sanctificati sunt, et ego adduco eos. Gigantes veniunt ut expleant furorem meum, gaudentes simul et insultantes.*

Ὁ μακάριος προφήτης μεμεστωμένον ἔχων τὸν νοῦν τοῦ ἁγίου Πνεύματος, γεγονώς τε ἐν ὀπτασίαις πραγμάτων, οἱονεὶ γραφομένων, μονονουχὶ καὶ ἐξάλλεται, Πέρσαις τε καὶ Μήδοις ἐπιφωνῶν, ὡς ἤδη κεκρατηκόσι τῆς Βαβυλωνίων, αἴρειν τε ὑψοῦ τῆς νίκης τὸ σύμβολον· τουτὶ γάρ, οἶμαι, ἐστὶ τὸ σημεῖον· καὶ καταλαλάζειν τῆς Χαλδαίων στρατιᾶς, ὡς ἤδη πεσούσης καὶ παραδούσης αὐτοῖς τὴν ἀλαζόνα καὶ ἀοίδιμον, ἣν καὶ σφύραν τῆς γῆς ὁ προφήτης Ἱερεμίας ἀπεκάλει λέγων περὶ τῆς Βαβυλωνίων· Πῶς ἑάλω καὶ συνετρίβη ἡ σφύρα τῆς γῆς; πᾶσα γὰρ συνετρίβη πόλις τε καὶ χώρα καταπαιομένη τρόπον

Beatus propheta mentem habens repletam sancto Spiritu, et constitutus in specula ut res veluti sibi descriptas et ob oculos positas contempletur, tantum non exsultat, Persis juxta ac Medis acclamans, ac si jam subjugassent Babylonios, ut et tollant in altum victoriæ symbolum: hoc enim est, opinor, signum: et ut vocem tollant contra Chaldæorum exercitum, velut corruentem jam et tradentem ipsis superbam illam et celebrem regionem, quam malleum terræ propheta Jeremias vocavit, dicens de terra Babyloniorum: Quomodo captus est et contritus malleus universæ terræ!

[86] Zachar. I, 14, 15. [87] Isa. XLVII, 6. [88] Isa. XLV, 1, 2. [89] Jerem. L, 4-5. [90] ibid. 18, 19.

Tota enim civitas et regio contrita est et conquassata quodammodo, velut quopiam malleo, eorum rapinis. Montem autem, puto, campestrem nominat, veluti humilem et instar tumuli. Non enim in montibus excelsis vexilla statuunt vel tropæa aut signum, sed in collibus non ita editis, **218** ut simul et in loco nimis edito non ponatur, et toti exercitui maxime sit conspicuum et cognitum. Tollite igitur, inquit, signum quasi jam victores, Deo tanquam scuto protegente. Elevate vocem, id est, clamores contra phalangem inimicorum tollite. Ne timete. Potens enim procul dubio et inexpugnabilis omnibus ubique gentibus Babyloniorum manus, nec si qui extimescerent eam, illos quisquam reprehenderit. Sed nunc, ait, nolite timere, cum Deus eorum superbiæ iram suam opponat. Evocate manu. Et quid tandem est istud? Solent fortassis militum duces manu excitare, et nutu exstimulare fortissimos, et ad incursiones contra aliquos faciendas animare, cum veluti in magno tumultu vox ad hoc minus valeat. Proinde jubet ut qui rebus gerendis præficiuntur, copias quæ sub potestate sunt, manibus et nutibus cohortentur suosque ad invictam quamdam alacritatem exacuant. Acclamat etiam rursus : Aperite, principes. Vel enim iis imperat ut Babyloniis jam quasi devictis aperiant portas, et superbam olim et insolentem urbem tradant : vel etiam forte exercitui sancto, jussu et imperio Dei succurrenti Medis, et illis ardua licet ac prærupta agendis equis accommoda redditurо. Quo autem pugnantium insuperabilem manum demonstret, adnectit, et inquit : Ego instruo, et ego adduco eos; sanctificati sunt, et ego adduco eos. Simile enim fere est ac si diceret : Medorum exercitus multitudo non ultro venit ad vos, neque sola sua sponte ac voluntate Persarum populus accessit, sed ego potius eos ad hoc sanctificavi. Hic autem, sanctificavi, dicit pro segregavi, et velut selegi, ad ea gerenda quæ in vos statui. Igitur veniunt, inquit, quos ego adduco, velut gigantes quidam, ut furorem meum expleant, gaudentes simul et insultantes : gaudentes quippe qui confidunt se victoria potituros : insultantes autem, pro despuentes eos, ceu multum imbelles, et nullius pretii homunculos. Istiusmodi enim fere est semper barbarorum animus, propendens in spem victoriæ, et elevans semper adversarios et abjiciens. Ira enim eos maxime ad hoc regit, eumque fortitudinis ardorem ingenerat, ut omne periculum ac formidinem contemnant.

219 Vers. 4, 5. *Vox gentium multarum in montibus similis gentium multarum : vox regum et gentium congregatarum. Dominus Sabaoth præcepit genti bellicosæ ut veniat e terra longinqua. Ab extremo fundamento cœli Dominus, et bellatores ejus ad delendum omnem orbem terræ.*

Velut jam vociferantibus Medis, et vocem bellicosam extollentibus, velut equo hinniente, et per-

A τινὰ καθάπερ τινὶ σφύρᾳ, ταῖς ἐκείνων πλεονεξίαις. Ὄρος δὲ, οἶμαι, πεδινὸν ὀνομάζει τὸ οἱονεὶ χθαμαλὸν, καὶ ὡς ἐν τάξει γηλόφου. Οὐ γάρ τοι πρὸς τὰ ἀνεστηκότα τῶν ὀρῶν ἀναβαίνοντες τὰς σημασίας ἱστᾶσιν, ἤτοι τὰ τρόπαια, ἤγουν τὸ σημεῖον, ἀλλ' ἐπὶ βουνῶν οὐ λίαν ἠρμένων, ἵν' ἐν ταὐτῷ καὶ τὸ ὕψου τεθεῖσθαι λίαν διαφύγῃ, εἴη δὲ καὶ ἁπάσῃ τῇ στρατιᾷ γνωριμώτατον. Ἄρατε τοίνυν, φησὶ, σημεῖον, ὡς ἤδη νενικηκότες Θεοῦ προασπίζοντος. Ὑψώσατε τὴν φωνὴν, τοῦτ' ἔστι, καταλαλάξατε τῆς τῶν ἐχθρῶν φάλαγγος, μὴ φοβεῖσθε. Δεινὴ μὲν γὰρ ὁμολογουμένως καὶ ἀνανταγώνιστος τοῖς ἁπανταχοῦ τῶν Βαβυλωνίων ἡ χεὶρ, καὶ οὐκ ἄν τις καταμωμήσαιτο τοὺς δεδιότας αὐτήν. Ἀλλὰ νῦν μὴ φοβεῖσθε, φησὶ, Θεοῦ ταῖς ἐκείνων ὑπεροψίαις τὴν ἰδίαν ὀργὴν ἀντεξάγοντος. B Παρακαλεῖτε τῇ χειρί. Καὶ τί δὴ τοῦτό ἐστιν; Ἔθος τάχα που τοῖς τῶν τακτικῶν ἡγουμένοις χειρὶ παραθήγειν, καὶ νεύμασι παροτρύνειν τοὺς μαχιμωτάτους, ἐγείρειν τε πρὸς ἐφόδους αὐτοὺς τὰς κατά τινων, φωνῆς ἀτονούσης τοῦτο δρᾷν, ὡς ἐν θορύβῳ πολλῷ. Προστάττει τοιγαροῦν τοῖς τῶν πραγμάτων προεστηκόσι τὰς διὰ χειρῶν καὶ νευμάτων παρακλήσεις ποιεῖσθαι ταῖς ὑπὸ χεῖρα στρατιαῖς, καὶ εἰς ἄμαχόν τινα προθυμίαν παραθήγειν αὐτούς. Ἐπιφωνεῖ δὲ πάλιν τὸ, Ἀνοίξατε οἱ ἄρχοντες. Ἢ γὰρ αὐτοῖς ἐπιτάττει τοῖς Βαβυλωνίοις, ὡς ἤδη κεκρατημένοις ἀνοιγνῦναί τε τὰς πύλας, καὶ παραδιδόναι τὴν ἀλαζόνα ποτὲ καὶ ὑβρίστριαν πόλιν· ἢ τάχα που καὶ δυνάμεσιν ἁγίαις κατὰ πρόσταξιν Θεοῦ συνασπιζούσαις τοῖς Μήδοις, ἀποφα[ι]νούσαις τε αὐτοῖς C ἱππήλατα καίτοι λίαν δυσχερῆ. Ἵνα δὲ τὴν τῶν μαχομένων ἀήττητον ἀποδείξῃ χεῖρα, προστίθησι καί φησιν· Ἐγὼ συντάσσω καὶ ἐγὼ ἄγω αὐτούς. Μόνον γὰρ οὐχὶ τοιοῦτόν τί φησιν· Οὐ στρατιᾶς ὑμῖν Μηδικῆς ηὐτομόλησε πλῆθος, οὐδὲ ἐκ μόνης τῆς ἰδίας γνώμης ὁ Περσῶν ἐπεφοίτησε δῆμος· ἢ τάχα μᾶλλον αὐτοὺς ἐγὼ καὶ ἡγίακα πρὸς τοῦτο. Τὸ δὲ ἡγίακα φησὶν ἐν τούτοις, ἀντὶ τοῦ ἀφώρισα καὶ οἱονεὶ ἐξελεξάμην πρὸς κατόρθωσιν ὧν βεβούλευμαι καθ' ὑμῶν. Ἔρχονται τοίνυν, φησὶν, οὓς ἐγὼ ἄγω, καθάπερ τινὲς γίγαντες πληρῶσαι τὸν θυμόν μου, χαίροντες ἅμα καὶ ὑβρίζοντες· χαίροντες μὲν ἅτε δὴ καὶ τεθαῤῥηκότες ὅτι κρατήσουσιν· ὑβρίζοντες δὲ, ἀντὶ τοῦ περιπτύοντες ὡς πολὺ νοσοῦντας τὸ D ἄναλκες, καὶ οὐδενὸς ὄντας ἀξίους. Τοιοῦτον γάρ πως ἀεὶ τὸ βάρβαρον φρόνημα, καὶ προαλὲς εἰς ἐλπίδα τὴν ἐπί γε τὸ δύνασθαι κρατεῖν, καὶ κατασμικρύνον ἀεὶ τοὺς ἀνθεστηκότας. Στρατηγεῖ γὰρ μάλιστα θυμὸς πρὸς τοῦτο αὐτοὺς, καὶ τὸν τῆς εὐανδρείας ἐντίκτει πόθον, τὸ καὶ παντὸς κινδύνου καὶ φόβων ὑπερορᾷν.

Φωνὴ ἐθνῶν πολλῶν ἐπὶ τῶν ὀρέων ὁμοία ἐθνῶν πολλῶν, φωνὴ βασιλέων καὶ ἐθνῶν συνηγμένων. Κύριος Σαβαὼθ ἐντέταλται ἔθνει ὁπλομάχῳ ἔρχεσθαι ἐκ γῆς πόῤῥωθεν ἀπ' ἄκρου θεμελίου τοῦ οὐρανοῦ Κύριος, καὶ οἱ ὁπλομάχοι αὐτοῦ τοῦ καταφθεῖραι τὴν οἰκουμένην ὅλην.

Ὡς ἀλαλαζόντων ἤδη τῶν Μήδων, καὶ τὴν τοῖς πολέμοις πρέπουσαν ἐξαιρόντων φωνὴν, ὡς ἵππου

μὲν χρεμετιζόντων καὶ διωκόντων τινῶν, τραπομένων δὲ ἤδη πρὸς φυγὴν ἑτέρων, μεγάλης τε καὶ παμμιγοῦς διασχιδναμένης ἠχῆς, « Φωνή, » φησί, « πολλῶν ἐθνῶν ἐπὶ τῶν ὀρέων, ὁμοία ἐθνῶν πολλῶν. » Οὐ τοιαύτη, φησίν, ἡ φωνή, ὥστε καὶ εἰκάσαι τινὰς εὐαριθμήτους εἶναι τοὺς κεκραγότας, οἴεσθαι δὲ μᾶλλον καὶ ἀριθμοῦ κρείττονα τὴν τῶν βοώντων εἶναι πληθύν. Ἀποφαίνει δὲ ὁ λόγος ὁμοῦ τοῖς ὑπεζευγμένοις τοὺς καθηγεῖσθαι λαχόντας καταπεπλῆχθαι τοῖς δείμασιν. Ἐθνῶν γὰρ εἶναι καὶ βασιλέων ἰσχυρίζεται τὴν φωνήν. Οὐκοῦν εἶεν ἂν οἱ κεκραγότες, ὁ Βαβυλωνίων ἄπλετος δῆμος, καὶ σὺν αὐτοῖς οἱ περιφανέστεροι, δορύληπτον ἤδη γεγενημένην ὁρῶντες τὴν πόλιν, ἤγουν Πέρσαι τε καὶ Μῆδοι τῶν ἁλόντων καταλαλάζοντες. Αὐτοὺς δὲ, οἶμαι, καὶ ὁπλομάχους ἀποκαλεῖ, καὶ ἐκ γῆς πόῤῥωθεν ἐρχόμενον ἔθνος· ἀπ' ἄκρου θεμελίου τοῦ οὐρανοῦ, τοῦτ' ἔστιν, ἐξ αὐτῶν τῶν τερμάτων τῆς Μηδικῆς, καὶ τῶν ἐσωτάτων γῆς τῆς βορειωτάτης. Ἐπειδὴ δὲ κατὰ βούλησιν Θεοῦ τὴν ἔφοδον ἐμελέτων ὁπλομάχους αὐτοὺς τοῦ Κυρίου καλεῖ, ἧχθαί τέ φησι πρὸς τὸ καταφθεῖραι τὴν οἰκουμένην ὅλην, καὶ οὐχὶ δὴ πᾶσαν τὴν καθ' ἡμᾶς. Οὔτε γὰρ τοῦτο γεγονὸς εὑρήσομεν παρά τε Κύρου καὶ τῶν σὺν αὐτῷ. Οἰκουμένην δὲ ἀποκαλεῖ τὴν Χαλδαίων, διάτοι τὸ πλείστην εἶναι καὶ εὐρεῖαν ἀμέτρως, καὶ οἷον οἰκουμένῃ φιλονεικεῖν, διὰ τὴν τῶν ἐνοικούντων πληθύν.

Ὀλολύξατε· ἐγγὺς γὰρ ἡ ἡμέρα Κυρίου, καὶ συντριβὴ παρὰ Θεοῦ ἥξει. Διὰ τοῦτο πᾶσα χεὶρ ἐκλυθήσεται, καὶ πᾶσα ψυχὴ ἀνθρώπου δειλιάσει. Καὶ ταραχθήσονται οἱ πρέσβεις, καὶ ὠδῖνες αὐτοὺς ἕξουσιν, ὡς γυναικὸς τικτούσης· καὶ συμφοράσουσιν ἕτερος πρὸς τὸν ἕτερον, καὶ ἐκστήσονται, καὶ τὸ πρόσωπον αὐτῶν ὡς φλὸξ μεταβαλοῦσιν.

Ὡς ἐλπίδος ἁπάσης ἀνῃρημένης, ὡς οὐδενὸς ἔτι περιλελειμμένου τοῖς Βαβυλωνίοις, πλὴν ὅτι δὴ μόνον τὸ χρῆναι κατολοφύρεσθαι, τὸ, ὀλολύξατε, φησί. Προστέταχε δὲ καὶ οἷον ἀπογινώσκειν τὴν σωτηρίαν, καὶ μὴ ἀνονήτοις πράγμασιν ἐπιχειρεῖν, μὴ μελετῶντας τὴν ἀντίστασιν, ὡς θείας αὐτοῖς ἐξωπλισμένης ὀργῆς, καὶ συντριβῆς ἐπενηνεγμένης διὰ ψήφου τῆς ἄνωθεν. Ἄμαχον δὲ τὸ χρῆμα παντελῶς· « Τὴν γὰρ χεῖρα τὴν ὑψηλὴν τίς ἀποστρέψει; » κατὰ τὸ γεγραμμένον. Καὶ πάλιν· « Ἐὰν κλείσῃ κατὰ ἀνθρώπου, τίς ἀνοίξει; » Ποία γὰρ ἰσχὺς, ἢ καὶ τίνος ὅλως πολεμήσει Θεῷ; διὰ τοῦτό φησιν, ὅτι πᾶσα χεὶρ ἐκλυθήσεται, καὶ πᾶσα ψυχὴ ἀνθρώπου δειλιάσει· κατασείοντος γὰρ εἰς δειλίας τὰς τῶν ἀνθρώπων ψυχὰς τοῦ πάντα ἰσχύοντος Θεοῦ, τίς ἐνήσει τὸ θάρσος, ἤγουν εὔψυχον ἀποφανεῖ, καὶ ἱκανῶς ἔχοντα πρὸς ἀντίστασιν; Ταραχθήσεσθαι δὲ τοὺς πρέσβεις φησὶ, καὶ ὠδῖσιν αὐτοὺς ὡς γυναικὸς τικτούσης περιπεσεῖν, συμφοράσειν δὲ ἕτερος πρὸς τὸν ἕτερον, καὶ μὴν καὶ ἐκστήσεσθαι, καὶ τὸ πρόσωπον αὐτῶν ὡς φλόγα μεταβαλεῖν. Πρέσβεις δὲ, οἶμαι, φησὶ, τοὺς τῶν εἰδώλων ἱερουργοὺς, τοὺς τῇ

[91] Isa. xiv, 27. [92] Job xii, 14.

sequentibus nonnullis, cæterisque in fugam jam versis, et ingenti ac confuso sono dissipato: « Vox, » inquit, « gentium multarum in montibus similis gentium multarum. » Non ea, inquit, vox est, ut paucos esse eos qui clamarunt conjicere quis possit, sed potius innumerabilem esse clamantium multitudinem putet. Ostendit autem hæc oratio, una cum subditis metu perculsos fuisse etiam eos qui principem locum obtinuerunt. Gentium enim et regum vocem esse affirmat. Itaque illi, qui clamores sustulerunt, infinitus populus sint Babyloniorum, et in his insigniores, captam jam urbem conspicati: vel etiam Persæ et Medi, captis occlamantes. Illos autem, credo, armatos quoque bellatores nuncupat, et e longinquo venientem gentem ab extremo fundamento cœli, id est, ab ipsis finibus Medicæ regionis, et interioribus terræ, maxime borealis. Quoniam autem consilio et voluntate Dei hanc impressionem susceperunt, bellatores ipsos Dei appellat et adductos ait ad delendum totum orbem terræ: non quidem totam hanc quæ apud nos est: nec enim hoc a Cyro et comitatu ejus factum inveniemus. Orbem vero terræ vocat Chaldæorum terram, utpote maximam et supra modum spatiosam, et quæ cum orbe terrarum quodammodo certaret, propter habitantium multitudinem.

VERS. 6-8. *Prope enim est dies Domini, et contritio a Deo veniet. Propterea omnis manus resolvetur, et omnis anima hominis timebit, et perturbabuntur legati, et dolores tales habebunt, quales sunt mulieris parientis: condolescent alter ad alterum, et stupebunt, et faciem suam tanquam flamma mutabunt.*

Tanquam spe omni sublata, et nulla re **220** alia Babyloniis, nisi solum ut lugeant relicta: Plorate, inquit. Jussit autem et quasi desperare salutem, et non res inutiles ingredi, ac frustra repugnare, cum divina ira sit in eos velut armata, et superno decreto inducta sit vastatio: id quod omnino ineluctabile est: « Manum enim excelsam quis avertet [91]? » quemadmodum scriptum est. Et rursus: « Si clauserit adversus hominem, quis aperiet [92]? » Quæ enim fortitudo, aut cujus plane bellabit cum Deo? Propterea inquit: Omnis manus resolvetur, et omnis anima hominis timebit: Deo enim omnipotente concutiente animos hominum timore, quis exseret fortitudinem? quisve animosum se et ad resistendum habilem ac validum satis ostendet? Turbandos vero inquit legatos, et in dolores tanquam feminæ parientis deventuros, et alterum apud alterum condoliturum, et attonitos fore, et faciem ipsorum instar flammæ mutandam. Legatos vero, ut arbitror, dicit idolorum sacrificos, magica arte insignes apud Babylonios, dæmoniorum cultores, qui, ut apparet, cum expeditio adornaretur, et adventantes Medi cum

Cyro et Persis exspectarentur, vaticinabantur A bona, et auxilia quærebant a dæmoniis, supplicationibus decretis, et donaria stata offerentes, cæremonias videlicet et sacrificia impia adhibentes, et pro universa regione deprecaturos se pollicentes. Hi proinde, inquit, dæmoniorum cultores et supplicatores, sacrificia pro omnibus nuncupantes, quando viderint res præter spem mutatas, perturbabuntur, et gravibus affligentur doloribus, et alter cum altero congemiscet, id est, secum acclamabunt, velut præ nimia miseria, illud, væ, scilicet et similia. Et velut a flamma mutabunt faciem. Solet enim eorum facies qui animo dejecto sunt, denigrari, ut aliud nihil esse videatur, quam favilla et cineris marcidi reliquiæ.

μάγῳ τέχνῃ διαπρεπεστάτους παρὰ τοῖς Βαβυλωνίοις, τοὺς τῶν δαιμονίων θεραπευτὰς, οἳ κατά γε τὸ εἰκὸς τῆς ἐφόδου μελετωμένης ἀφίξεσθαι τῶν Μήδων Κύρῳ τε ὁμοῦ καὶ Πέρσαις προσδοκωμένων, κατεμαντεύοντο τὰ χρηστὰ, καὶ τὰς παρὰ τῶν δαιμονίων ἐκάλουν ἐπικουρίας, λιτὰς ἀνατείνοντες καὶ γέρα προσεπάγοντες τὰ νενομισμένα, τελετὰς δῆλον ὅτι καὶ τὰς βεβήλους θυσίας, πρεσβεύειν τε ὑπὲρ ἁπάσης τῆς χώρας ὑπισχνούμενοι. Οὗτοι τοίνυν, φησὶν, οἱ τῶν δαιμονίων θεραπευταὶ καὶ ἱκέται, οἱ τὰς ὑπὲρ πάντων τελοῦντες θυσίας, ὅταν ἴδωσιν ἀντεστραμμένα πρὸς τὰ παρ' ἐλπίδα τὰ πράγματα αὐτοῖς, ταραχθήσονταί τε καὶ ἐν ὠδῖσιν ἔσονται πικραῖς, συμφοράσουσίν τε ἕτερος πρὸς τὸν ἕτερον, τοῦτ' ἔστιν, ἀλλήλοις ἐπιφωνήσουσι τὰ ὡς ἐξ ἀκράτου συμφορᾶς, τὸ, οὐαὶ, δηλονότι καὶ τὰ παραπλήσια. Ὥσπερ δὲ ὑπὸ φλογὸς μεταβαλοῦσι τὸ πρόσωπον. Φιλεῖ γάρ πως τὸ τῶν ἀθυμούντων καταμελαίνεσθαι πρόσωπον, ὡς οὐδὲν ἕτερον εἶναι δοκεῖν πλὴν ὅτι σποδιὰν καὶ σποδοῦ μαρανθείσης λείψανον.

VERS. 9-11. *Ecce enim dies Domini venit insanabilis, furoris et iræ, ut redigat orbem terrarum in vastitatem, et ex ea peccatores tollat. Astra enim cœli, et Orion, et omnis ornatus cœli lumen non dabunt: et* **221** *tenebræ offundentur sole oriente, et luna non dabit lucem suam. Et mandabo universo orbi mala, ac impiis peccata sua: delebo insolentiam iniquorum, et insolentiam superborum deprimam.*

B *Ἰδοὺ γὰρ ἡμέρα Κυρίου ἀνίατος ἔρχεται θυμοῦ καὶ ὀργῆς, θεῖναι τὴν οἰκουμένην ὅλην ἔρημον, καὶ τοὺς ἁμαρτωλοὺς ἐξολοθρεῦσαι ἐξ αὐτῆς. Οἱ γὰρ ἀστέρες τοῦ οὐρανοῦ, καὶ ὁ Ὠρίων καὶ πᾶς ὁ κόσμος τοῦ οὐρανοῦ τὸ φῶς οὐ δώσουσι· καὶ σκοτισθήσεται τοῦ ἡλίου ἀνατέλλοντος, καὶ ἡ σελήνη οὐ δώσει τὸ φῶς αὐτῆς. Καὶ ἐντελοῦμαι τῇ οἰκουμένῃ ὅλῃ κακὰ, καὶ τοῖς ἀσεβέσι τὰς ἁμαρτίας αὐτῶν· καὶ ἀπολῶ ὕβριν ἀνόμων, καὶ ὕβριν ὑπερηφάνων ταπεινώσω.*

Perspicue his verbis conatur docere, quid tandem causæ sit, cur principes inter se condoleant, faciemque veluti a flamma mutent. Cum enim vaticinarentur, ut dixi, illis ex animi ipsorum sententia, idque Babyloniis omnibus, spe vero exciderint; propterea dicit: Mœrore erunt pleni. In- C vasit enim eos insanabilis dies, universitatis Domino eam inducente. Diem rursus vocat tempus, quo divina hæc et inevitabilis ira exstitit, ut terram Chaldæorum in vastitatem redegerit, et peccatores ex ea perdiderit. Nec quasi ibi quidam essent ab ira immunes, propterea quod essent boni viri, idcirco dicit perditurum se peccatores: quin hoc nomen potius omnibus Chaldaicæ regionis habitatoribus jure competere poterit, quippe qui omnes nequam fuerint et idololatræ. Quoniam vero magnitudo calamitatum quandoque humanam mentem tantum non caligine et tenebris opplet, ut etiam cum dies sit, lux solis abesse existimetur, et ad lumen præbendum omnis ille ornatus cœli et ipsius lunæ orbis inefficax esse videatur, ideo inquit, D Astra cœli et Orion, et omnis ornatus cœli lumen non dabunt, et tenebræ Babyloniis seu menti Babyloniorum offundentur, etiam sole oriente, et luna splendente, etiamsi elementa lumen suum non contraxerint, sed quod illi velut præ magno metu divinæ iræ subjecti essent, et animo noctem et tenebras haberent. Mandabo autem, inquit, universo orbi mala. Mandabo, ait pro, minabor, vel inferri præcipiam ut superbiam iniquorum evertam, et superbos illos, nimirum arrogantes deprimam. Fastuosa

Ἀναφανδὸν ἐν τούτοις διδάσκειν πειρᾶται, ὁποία τίς ἐστιν ἡ πρόφασις τοῦ συμφορᾶσαι μὲν πρὸς ἀλλήλους τοὺς ἄρχοντας, μεταβαλεῖν δὲ τὸ πρόσωπον ὡς ἀπὸ φλογός. Ἐπειδὴ γὰρ κατεμαντεύοντο μὲν, ὡς ἔφην, τὰ κατ' εὐχὴν ἑαυτοῖς, καὶ πᾶσι δὲ τοῖς Βαβυλωνίοις· διημαρτήκασι δὲ τῆς ἐλπίδος· ταύτῃ τοι, φησὶ, καὶ κατηφείας ἔσονται μεστοί. Ἐφέστηκε γὰρ αὐτοῖς ἀνίατος ἡμέρα, τοῦ πάντων Κυρίου αὐτὴν ἐπάγοντος· ἡμέραν δὲ πάλιν ὀνομάζει τὸν καιρὸν, καθ' ὃν γέγονεν ἡ θεία τε καὶ ἀνουθέτητος ὀργὴ, ὡς τεθῆναι τὴν τῶν Χαλδαίων ἔρημον, καὶ τοὺς ἁμαρτωλοὺς ἀπολέσαι ἐξ αὐτῆς. Καὶ οὐ δή που πάντως ὡς ὄντων ἐκεῖσέ τινων, οἳ καὶ ἔξω τίθενται τῆς ὀργῆς διὰ τὸ εἶναι χρηστοὶ, τοὺς ἁμαρτωλοὺς ἀπολέσθαι φησί· ἅπασι δὲ μᾶλλον τοῖς τὴν Χαλδαίων οἰκοῦσι χώραν ἁρμόσειεν ἂν εἰκότως τοὔνομα, διάτοι τὸ πάντας πονηροὺς εἶναι καὶ εἰδωλολάτρας. Ἐπειδὴ δὲ τὰ μεγέθη τῶν συμφορῶν ἔσθ' ὅτε μονονουχὶ σκότου καὶ ἀχλύος τὸν ἀνθρώπινον καταπιμπλᾶσι νοῦν, ὡς καὶ ἡμέρας οὔσης ἀπεῖναι δοκεῖν τοῦ ἡλίου τὸ φῶς, ἀπρακτεῖν δέ πως, εἴς γε τὸ δύνασθαι καταυγάσαι, φημὶ, καὶ πάντα τὸν κόσμον τοῦ οὐρανοῦ, καὶ αὐτῆς δὲ τῆς σελήνης τὸν κύκλον· ταύτῃ τοί φησιν· Οἱ γὰρ ἀστέρες τοῦ οὐρανοῦ, καὶ ὁ Ὠρίων, καὶ πᾶς ὁ κόσμος τοῦ οὐρανοῦ τὸ φῶς οὐ δώσουσι· σκοτισθήσεσθαι δὲ τοὺς Βαβυλωνίους, ἤτοι τῶν Βαβυλωνίων τὸν νοῦν· καὶ ἀνίσχοντος τοῦ ἡλίου, καὶ ἀναλαμπούσης σελήνης, καίτοι τῶν στοιχείων οὐ συνεσταλκότων τὸ φῶς, ἀλλ' ὡς ἐκ πολλοῦ δείματος καὶ ταῖς θείαις ὀργαῖς ὑπενηνεγμένων, νύκτα τε καὶ σκότος ἐχόντων εἰς νοῦν. Ἐντελοῦμαι δὲ, φησὶ, τῇ οἰκουμένῃ ὅλῃ κακά. Τὸ, ἐντελοῦμαι,

φησίν, ἀντὶ τοῦ, ἀπειλήσω, ἤγουν ἐπενεχθῆναι προστάξω, ὥστε καὶ ὕβριν ἀνόμων καθελεῖν, ταπεινῶσαι δὲ τοὺς ὑπερηφάνους, αὐτοὺς δηλονότι τοὺς ἀλαζόνας. Ὑπέροπτον γάρ πως ἀεὶ καὶ ἐξιτηλότατον τὸ Ἀσσυρίων γέγονεν ἔθνος, καὶ πρός γε τούτῳ θεομισές. Τετίμητο γὰρ παρ' αὐτοῖς τῶν μὲν ἀρίστων οὐδέν· ἅπαν δὲ μᾶλλον τὸ καταλυπεῖν πεφυκὸς τὸν τῶν ὅλων Θεόν. Ἰστέον δε ὅτι οἱ τὴν θείαν διερμηνεύσαντες Γραφὴν, Ὠρίωνος πεποίηνται μνήμην, ἕν τῶν ἀστέρων τὸ ἐπισημότατον δι' αὐτοῦ σημαίνοντες, καὶ οὔ τί που πάντως ταῖς Ἑλλήνων τερθρείαις κατακολουθήσαντες τὰ τοιάδε φασὶν, κατεχρήσαντο δὲ μᾶλλον τῷ κατὰ συνήθειαν ὀνόματι, καθάπερ ἀμέλει καὶ ἐν τῷ Ἰὼβ γέγραπται· « Ὁ ποιῶν Πλειάδα καὶ Ἕσπερον καὶ Ἀρκτοῦρον καὶ ταμιεῖα Νότου. »

B *Καὶ ἔσονται οἱ καταλελειμμένοι ἔντιμοι μᾶλλον ἢ τὸ χρυσίον τὸ ἄπυρον· καὶ ὁ ἄνθρωπος μᾶλλον ἔντιμος ἔσται, ἢ ὁ λίθος ὁ ἐκ Σουφείρ.*

Ἔντιμον (1) ἐν τούτοις τὸ ζητητέον. Ὀλιγανδρήσειν τοίνυν φησὶν οὕτω τὴν Βαβυλωνίων, καὶ ἅπασαν δὲ τὴν Ἀσσυρίων χώραν, ὡς δυσευρέτους γενέσθαι τοὺς ζῶντας ἐν αὐτῇ, καὶ τοσαύτην τῶν περιλελειμμένων τὴν σπάνιν, ὅση καὶ λίθων Ἰνδικῶν, καὶ χρυσίου τοῦ δοκιμωτάτου. Δοκεῖ γάρ πως τὰ τοιάδε παρά τισιν εἶναι τίμια, διὰ τὸ λίαν δυσπόριστον, καὶ μὴν ὅτι ὀλίγα, καὶ μόλις. Οὐκοῦν, ὡς ἂν εἶεν, φησὶ, δυσπόριστα τὰ ἀνθρώποις τεθαυμασμένα λίθοι τε τίμιοι, καὶ τὸ ἀπύρωτον χρυσίον, τοῦτ' ἔστι, τὸ δοκιμώτατον, οὕτως ἔσονται ὀλίγοι, καὶ μόλις οἱ ἐκ πολέμου περιλελειμμένοι, καὶ τὸ τῶν μεμαχημένων διαφυγόντες στῖφος.

C *Ὁ γὰρ οὐρανὸς θυμωθήσεται, καὶ ἡ γῆ σεισθήσεται ἐκ τῶν θεμελίων αὐτῆς, διὰ θυμὸν ὀργῆς Κυρίου Σαβαὼθ τῇ ἡμέρᾳ, ὅταν ἐπέλθῃ ὁ θυμὸς αὐτοῦ.*

Λαλοῦσι μὲν ὑπερβολικῶς οἱ μακάριοι προφῆται, καὶ τὴν θείαν τε καὶ ἄφραστον δύναμίν τε καὶ δόξαν δεχόμενοι κατὰ νοῦν, αἴρουσιν ὕψοῦ τὰς φωνὰς, καὶ μεγέθη τοῖς διηγήμασιν ἐπινοοῦσιν τὰ ἐξαίρετα. Ἀεὶ δέ πως ὀργιζομένῳ Θεῷ συγκαταθήγεται πρὸς ὀργὰς καὶ ἡ δούλη κτίσις, διανιστάντος πάντως που πρὸς τοῦτο αὐτὴν τοῦ πᾶσι προστάττοντος. Καὶ γοῦν ὠργίζετο μὲν Αἰγυπτίοις, ἀπρακτεῖν δὲ ἡ κτίσις οὐκ ἠνέσχετο. Μεθίστατο μὲν γὰρ εἰς αἷμα τὸ ὕδωρ, ἐξῆρε δὲ καὶ ἡ γῆ βατράχους, καθὰ γέγραπται, καθίει δὲ χαλάζας ὁ οὐρανός· καὶ μὴν καὶ βαθὺς, καὶ D τριήμερος ἁπάσης αὐτῶν τῆς χώρας κατεσκίδνατο σκότος. Οὐκοῦν θυμωθήσεται, φησὶ, καὶ αὐτὸς ὁ οὐρανὸς, καὶ οἷον ἐκ βάθρων ἡ γῆ σεισθήσεται, διὰ θυμὸν ὀργῆς Κυρίου. Συνεκπολεμεῖ γὰρ ἡ κτίσις ἐπὶ τοὺς ἄφρονας, καὶ λελυπημένου Δεσπότου μονονουχὶ συγκαθίσταται καὶ ἡ αὐτὴ πρὸς τοῦτο. Πάντα γὰρ τῇ ὑπερτάτῃ συντρέχει βουλῇ, καὶ οὐδέν ἐστι τῶν ὄντων, ὃ μὴ τοῖς θείοις νεύμασι, καὶ ἀβουλήτως παραχωρῇ.

Καὶ ἔσονται καταλελειμμένοι ὡς δορκάδιον φεύ-

A enim semper et dissolutissima fuit Assyriorum natio, et porro Deo invisa. Quidquid enim bonum est, nullo apud eos in honore habebatur: omnia autem fuerunt ad universitatis Deum offendendum comparata. Sciendum vero qui interpretati sunt divinam Scripturam, Orionis fecisse mentionem, ut unum aliquod ex astris insignissimum significarent; nec, **222** dum ista dicunt, Græcorum incantamenta secuti sunt, sed potius abusi sunt nomine usitato et trito, quemadmodum profecto etiam in Job scriptum est: « Qui facit Pleiadas et Vesperum, et Arcturum, et promptuaria Noti [92]. »

VERS. 12. *Et erunt superstites pretiosiores auro obrizo, et homo pretiosior erit lapide ex Saphiro.*

Pretiosum in his quid sit, quærendum est. Itaque dicit terram Babyloniorum, et totam regionem Assyriorum ea paucitate virorum laboraturam, ut vivos in ea reperire futurum sit difficile, tantamque raritatem superstitum quanta est lapidum Indicorum et auri probatissimi. Videtur enim ejusmodi apud quosdam in honore esse et pretio, eo quod difficulter admodum parabilia sint, et quod pauca sint, et raro inveniantur. Ut igitur, inquit, quæ apud homines in admiratione sunt, paratu difficilia sunt, pretiosi lapides, et aurum obrizum, id est, spectatissimum: sic erunt et pauci et raro, qui e bello derelicti catervam bellatorum effugient.

VERS. 13. *Cœlum enim irascetur, et terra concutietur a fundamentis suis propter furorem iræ Domini Sabaoth, eo die quo venerit furor ejus.*

Loquuntur hyperbolice beati prophetæ, et divinam ac inexplicabilem potentiam ac gloriam animo capientes, alte voces exaggerant, et magnitudinem eximiam in narrationibus suis considerant, ac semper irato Deo, simul etiam ad iram exacuitur serva creatura, omnino eam huc excitante eo, qui omnibus imperat. Succensuit quippe ille Ægyptiis: creaturam autem cessare non sustinuit. Transivit quippe in sanguinem aqua, scaturivit terra ranas, cœlum demisit grandinem, profundæ tenebræ trium dierum spatio per totam eorum regionem dissipatæ sunt, sicut scriptum est. Itaque, inquit, irascetur etiam ipsum cœlum, et velut a fundamentis terra concutietur propter furorem iræ Domini. Pugnabit enim una adversus stultos ipsa creatura, et commoto Domino, etiam ipsa ad hoc propemodum instructa est. Omnia siquidem cum suprema voluntate conspirant atque concurrunt, et nihil est in rerum natura, quod non divino nutui cedat etiam invitum.

223 VERS. 14-16. *Et erunt relicti quasi damula fu-*

[92] Job XXXVIII, 32.

(1) Tractus hic ἔντιμον ἐν τούτοις, usque ad finem versiculi sequentis ὁ θυμὸς αὐτοῦ, deest in codice Regio et suppletur ex Vaticano.

giens, et quasi ovis errans, et non erit qui congreget, ita ut homo ad populum suum revertatur, et homo in regionem suam expellatur. Qui enim captus fuerit, opprimetur, et qui congregati fuerint, occumbent gladio. Et filios eorum coram eis allident, domos diripient, et uxores habebunt.

Paucos relictos fore dicit, verumtamen eos parum viriles, et maxime imbelles, eoque timiditatis ac vecordiæ dejectos, ut nihil aliud in votis habeant, quam ut fugiant solum, instar damæ : et ut serventur, inquit, cum dedecore, prorsusque renuant hostilem incursionem propulsare. Quod autem sine præfecto et sine principe maneant, etiam hi numero pauci, subindicat, cum dicit, velut ovem errantem fore, sine pastoris cura, et a pascuis procul palantem, ut et jam a septis consuetis procul absit. Non enim erit, inquit, qui congreget, ut homo ad populum suum convertatur, et homo ad regionem suam impellatur. Illud autem, impelli, dixit pro abduci, etiamsi grata sit sua cuique regio, et patrio victu nihil præstantius ; verum, inquit, rerum charissimarum privatio jucunda erit, propterea quod quisquis deprehensus fuerit, statim pereat, fiatque materia gladii Medorum. Eventurum quoque et aliud longe tristissimum, prophetica confirmat oratio. Filios, inquit, eorum coram ipsis allident, domos diripient, et uxores habebunt. Quid autem parentibus liberorum cæde possit esse molestius? Imo nonne omni supplicio gravius et intolerabilius, domos videre direptas, et uxorum pudicitiam victorum intemperantiæ obnoxiam ? Beatus Psalmographus ejusmodi quiddam alicubi commemorat. Nam de Babyloniis verba faciens : « Beatus, » inquit, « qui tenebit et allidet parvulos tuos ad lapidem [94]. » Cæterum hæc quidem historice Assyriæ ejusque urbibus et regionibus contigerunt, quia omnes etiam idololatræ et insolentes non tolerabiliter, et Dei hostes acerbe et magiæ periti artifices exstiterunt. Ipsi vero sanctam civitatem depopulati sunt, et Dei sortem, id **224** est, Israelem vastarunt, captivorum loco ac numero habentes, novum ac inconsuetum illis jugum servitutis imposuerunt. Consistet autem hæc de illis oratio, non solum in his quæ historice et conspicue gesta sunt, sed etiam qui volunt, poterunt intelligere spiritualiter, si rerum gestarum vim ad ipsum omnis vitiositatis inventorem, Dei hostem immanissimum, Satanam inquam, prudenter traducant, maxime quoniam prophetica oratio, Christi mysterio præscito, et prædictione de eo optime jam adhibita, vicinam contra Babylonem visionem introduxit, tantum non auditorum mentes excitans, ut quæ historice et contra Babylonem, et contra universam terram Assyriorum facta sunt, spiritualiter intelligantur. Itaque draco iste apostata multis modis Dei cultoribus insidias struere nun-

[94] Psal. cxxxvi, 9.

A *γον, καὶ ὡς πρόϐατον πλανώμενον, καὶ οὐκ ἔσται ὁ συνάγων, ὥστε ἄνθρωπον εἰς τὸν λαὸν αὐτοῦ ἀποστραφῆναι, καὶ ἄνθρωπον εἰς τὴν χώραν αὐτοῦ διῶξαι. Ὃς γὰρ ἐὰν ἁλῷ ἡττηθήσεται, καὶ οἵτινες συνηγμένοι εἰσὶ μαχαίρᾳ πεσοῦνται, καὶ τὰ τέκνα αὐτῶν ἐνώπιον αὐτῶν ῥάξουσι, καὶ τὰς οἰκίας αὐτῶν προνομεύσουσι καὶ τὰς γυναῖκας αὐτῶν ἕξουσιν.*

Εὐαριθμήτους κομιδῇ τοὺς περιλειφθέντας ἔσεσθαί φησι, πλὴν καὶ αὐτοὺς ἀνάνδρους τε καὶ ἀφιλομαχωτάτους, καὶ δειλίας εἰς τοῦτο κατεῤῥαγμένους, ὡς οὐδὲν ἕτερον ἑλέσθαι δρᾷν, πλὴν ὅτι μόνον τὸ φεύγειν, ἐν ἴσῳ δορκάδι, καὶ τὸ ἀτίμως σώζεσθαί φησιν, καὶ ἀπειπεῖν εἰς ἅπαν τὸ κἂν γοῦν ἀνταναστῆναι μόνον ταῖς τῶν πολεμίων συμφοραῖς. Ὅτι δὲ ἀνεπιστάτη-
B τοί τε καὶ ἄναρχοι μενοῦσι, καίπερ ὄντες ἀριθμῷ βραχεῖς, ὑπεμφαίνει λέγων, ὡς πρόβατον ἔσεσθαι πλανώμενον, καὶ τῆς τοῦ ποιμαίνοντος ἐπιεικείας ἐστερημένον, καὶ ἔξω που νομῆς ἰὸν, ὡς καὶ σηκῶν τῶν κατειθισμένων ἑλέσθαι μακράν. Οὐ γάρ ἔσται, φησὶν, ὁ συνάγων, ὥστε ἄνθρωπον εἰς τὸν λαὸν αὐτοῦ ἀποστραφῆναι, καὶ ἄνθρωπον εἰς τὴν χώραν αὐτοῦ διῶξαι. Τὸ δὲ, διῶξαι, φησὶν ἀντὶ τοῦ ἐπειχθῆναι, καίτοι φίλον ἅπασιν ἡ χώρα, καὶ πατρῴων ἐνδιαιτημάτων ἄμεινον οὐδέν. Ἀλλὰ καὶ τῶν οὕτως αὐτοῖς φιλαιτάτων ἡ στέρησις ἡδεῖα, φησὶ, διάτοι τὸ πάντα τὸν ἁλισκόμενον παραχρῆμά τε διόλλυσθαι . . . . συμβήσεσθαι δέ τι καὶ ἕτερον τῶν ὅτι μάλιστα πεφυκότων ἀνιᾷν ὁ προφητικὸς δισχυρίζεται λόγος. Τὰ γὰρ τέκνα αὐτῶν, φησὶν, ἐνώπιον αὐτῶν
C ῥάξουσι, καὶ τὰς οἰκίας αὐτῶν προνομεύσουσι, καὶ τὰς γυναῖκας αὐτῶν ἕξουσι. Τί δ' ἂν γένοιτο τοῖς γεγεννηκόσι δυσαχθέστερον τῆς τῶν τέκνων σφαγῆς ; ἢ πῶς οὐχ ἁπάσης αἰκίας δυσφορητότερον, τὸ ἰδεῖν μὲν οἴκους διηρπασμένους, σεμνότητα δὲ γυναίων ἀδικουμένην, καὶ ταῖς τῶν κεκρατηκότων ἀσελγείαις ὑπενηνεγμένην ; Μέμνηταί που καὶ ὁ μακάριος ψαλμῳδὸς τοιούτου τινός. Ποιούμενος γὰρ τοὺς λόγους περὶ τῆς Βαβυλωνίων· « Μακάριος, » φησὶν, « ὃς κρατήσει, καὶ ἐδαφιεῖ τὰ νήπιά σου πρὸς τὴν πέτραν. » Ἀλλὰ ταυτὶ μὲν ἱστορικῶς τῇ τῶν Ἀσσυρίων συμβέβηκε χώρᾳ, καὶ ταῖς ἐν αὐτῇ πόλεσί τε καὶ χώραις, ὅτι καὶ πάντες εἰδωλολάτραι καὶ ἀλαζόνες οὐ φορητῶς, καὶ θεομάχοι δεινῶς, καὶ μάγου τέχνης ἐπιστήμονες. Αὐτοὶ δὲ καὶ τὴν ἁγίαν πεπορθήκασι πόλιν,
D καὶ τὸν τοῦ Θεοῦ κλῆρον καταδῃώσαντες, τοῦτ' ἔστι, τὸν Ἰσραὴλ, ἐν τῇ τῶν δορυκτήτων μοίρᾳ πεποιημένοι, τὸν ἀσυνήθη τῆς δουλείας αὐτοῖς ἐπέθηκαν ζυγόν. Καὶ στήσεται μὲν ὁ περὶ τούτων λόγος, οὐκ ἔν γε τοῖς κατὰ μόνην τὴν ἱστορίαν, καὶ τοῖς ἐμφανῶς γεγονόσιν· ἔξεστι δὲ μᾶλλον τοῖς ἐθέλουσι νοεῖν καὶ πνευματικῶς, εἰ δὴ μετατάττοιεν εὐφυῶς τῶν γεγονότων τὴν δύναμιν, ἐπί τε αὐτὸν τὸν ἁπάσης τῆς φαυλότητος εὑρέτην, τὸν θεοστυγῆ τε καὶ ἀπηνέστατον, φημὶ δὴ τὸν Σατανᾶν, μάλισθ' ὅτι τῆς προφητείας ὁ λόγος τὸ Χριστοῦ μυστήριον προσενεγκὼν, καὶ τὴν ἐπ' αὐτῷ προσαγόρευσιν εὖ μάλα πεποιημέ-

νοι, εἰσκεκόμικε γείτονα τὴν κατὰ Βαβυλῶνος ὅρασιν A μονονουχὶ τῶν ἀκροωμένων τὸν νοῦν καταθήγων ἐπὶ τό γε χρῆναι νοεῖν, καὶ πνευματικῶς τὰ ἱστορικῶς γεγονότα, κατά τε αὐτῆς Βαβυλῶνος, καὶ μὴν καὶ καθ' ὅλης τῆς Ἀσσυρίων γῆς. Κατέληξε δὴ οὖν οὐδέπω ποτὲ πολυτρόπως ἐπιβουλεύων τοῖς Θεῷ δουλεύουσιν ὁ δράκων ὁ ἀποστάτης, ἔγκειται δὲ καὶ μάλα νεανικῶς, εἰς τὸ αὐτῷ δοκοῦν ἀεὶ καταστρέφων, καὶ ἀποφέρει πλειστάκις, οἷά περ αἰχμαλώτους ἑλὼν, καὶ τοῖς τῶν παθῶν ἐνίησι βόθροις, δουλείας δὲ ὥσπερ αὐτοῖς ἐπιτιθεὶς δεινόν τε καὶ ἀνεξήτητον ζυγὸν καταγαυριᾷ τῶν εἰλημμένων, καὶ ἀλαζονεύεται, καθάπερ ἀμέλει καὶ οἱ τῶν Ἀσσυρίων κατὰ καιροὺς βεβασιλευκότες ἐπέχαιρον τοῖς ἐξ Ἰσραὴλ, ὅτι γῆς τῆς αὐτῶν ἔξω γεγονότες καὶ πόλεως τῆς ἁγίας δεδουλεύκασι τοῖς ἀλλογενέσιν. Ἀλλ' οὐ μέχρι παντὸς ἡ τοῦ διαβόλου τυραννὶς κατήσχυσε τῶν διηρπασμένων. B Ἐγήγερται γὰρ τὸ τοῦ Σωτῆρος σημεῖον, τοῦτ' ἔστιν, ἐπινικίους ᾠδὰς ἀνατεθείκαμεν τῷ δι' ἡμᾶς καὶ ὑπὲρ ἡμῶν νικήσαντι· πεποιήμεθα δὲ καὶ τῆς ὀρθῆς πίστεως τὴν ὁμολογησίαν. Τοῦτο γὰρ, οἶμαι, ἐστὶ τὸ, Ὑψώσατε τὴν φωνὴν ἑαυτοῖς. Ἐντέταλται δὲ καὶ ὁ Κύριος ἔρχεσθαι ἔθνει ὁπλομάχῳ, δῆλον δὲ ὅτι τῶν ἁγίων, οἷς ἡ μάχη καὶ ὁ πόλεμος οὐ πρὸς αἷμα καὶ σάρκας, πρὸς ἀρχὰς δὲ μᾶλλον καὶ ἐξουσίας, καὶ τοὺς κοσμοκράτορας τοῦ σκότους τούτου, πρὸς τὰ πνευματικὰ τῆς πονηρίας ἐν τοῖς ἐπουρανίοις. Οἳ καὶ ἀντετάξαντο καὶ νενικήκασιν, κρατοῦσι δὲ καὶ εἰς δεῦρο, καὶ τὸ τῶν ἀντικειμένων δυνάμεων ἐκπολιορκοῦσι στῖφος, καὶ οἷά τινα πόλιν τὴν εἰδωλολατρείαν ἐκπεπορθήκασι, τὴν πάλαι δεινὴν καὶ ἀχείρωτον. C Κατευμεγεθοῦσι δὲ τῶν ἀνθεστηκότων οἱονεὶ στρατηγοῦντος Χριστοῦ, καὶ συνασπιζόντων ἁγίων ἀγγέλων, ὥστε καὶ εὐαριθμήτους εἶναι παντελῶς τοὺς τὰ ἐκείνων ἔτι σέβοντας κράτη, εἶναι δὲ αὐτοὺς οἰκτροὺς καὶ ἀνάνδρους καὶ περιδεεῖς, καὶ ἀπειρηκότας παντελῶς τὴν ἀντίστασιν, τὴν πρός γέ φημι τοὺς Χριστῷ δουλεύοντας. Ἐπιτρέχων δὲ τὴν ὅρασιν καὶ τῶν προκειμένων τὰ καθεξῆς, τοιαύτης τινὸς θεωρίας πνευματικῆς συλλεγέτω γνῶσιν πᾶς εἴ τίς ἐστι νουνεχὴς, συνιέναι τε δυνάμενος παραβολὴν καὶ σκοτεινὸν λόγον, ῥήσεις τε σοφῶν καὶ αἰνίγματα.

quam destitit, incumbitque acerrime, semper ad id quod sibi videtur transversim abripiens, comprehensosque tanquam captivos sæpe abducit, et in perturbationum voragines præcipitat, et jugo servitutis duro et inevitabili illis imposito, in captos gloriatur, et insolescit : quemadmodum sane qui apud Assyrios olim regnarunt, insultabant Israelitis, quod a sua terra et sancta civitate extranei, alienigenis servierint. Sed non semper diaboli tyrannis in eos quos diripuit, obtinuit. Excitatum enim est Servatoris signum, id est, pretiosa crux, nosque contra illum jubilavimus, id est, victrices odas obtulimus ei, qui propter nos et nostra causa vicit, et rectæ fidei confessionem edidimus. Hoc autem est, ut arbitror, illud : Elevate vocem contra eos. Præcepit etiam Dominus venire genti bellatrici, videlicet sanctorum, quibus lucta et bellum est, non contra sanguinem et carnem, sed potius contra principatus, et potestates, et mundi dominos, rectores tenebrarum harum, adversus spiritualia nequitiæ in supercœlestibus [95]. Hi acie contra instructa vicerunt, et adhuc obtinent, et adversariarum potestatum agmen oppugnant, et idololatriam veluti civitatem quamdam depopulati sunt : Palæstinam, inquam, quantumvis nulla manu expugnabilem. Superiores autem evaserunt adversariis, Christo veluti exercitum ducante, et sanctis angelis simul pugnantibus, ita ut pauci omnino sint hi, qui eorum potestatem adhuc venerantur, sintque etiam miseri, et imbelles, et **225** meticulosi, quique prorsus desperent se resistere posse iis qui Christo serviunt. Cæterum si percurrat hanc visionem et reliqua verba quæ sequuntur, aliquam ejusmodi spiritualis sensus notitiam eliciat quisquis prudens est, valetque parabolam et tenebrosum sermonem, dictaque sapientum ac ænigmata cognoscere.

Ἰδοὺ ἐγὼ ἐπεγείρω ὑμῖν τοὺς Μήδους, οἳ οὐ λογίζονται ἀργύριον, οὐδὲ χρυσίου χρείαν ἔχουσι. Τοξεύματα νεανίσκων συντρίψουσι, καὶ τὰ τέκνα ὑμῶν οὐ μὴ ἐλεήσωσιν, οὐδὲ ἐπὶ τοῖς τέκνοις σου φείσονται οἱ ὀφθαλμοὶ αὐτῶν. Καὶ ἔσται Βαβυλὼν, ἡ καλεῖται Ἔνδοξος ὑπὸ βασιλέων Χαλ- D *δαίων, ὃν τρόπον κατέστρεψεν ὁ Θεὸς Σόδομα καὶ Γόμορρα, οὐ κατοικηθήσεται εἰς τὸν αἰῶνα χρόνον· οὐδ' οὐ μὴ εἰσέλθωσιν εἰς αὐτὴν διὰ πολλῶν γενεῶν, οὐδ' οὐ μὴ διέλθωσιν αὐτὴν Ἄραβες, οὐδὲ ποιμένες, οὐ μὴ ἀναπαύσονται ἐν αὐτῇ.*

VERS. 17-20. *Ecce ego suscito vobis Medos, qui despiciunt argentum, nec auro opus habent. Arcus juvenum conterent, et liberorum vestrorum non miserebuntur, nec filiis tuis parcent oculi eorum. Et erit Babylon, quæ vocatur Inclyta a rege Chaldæorum, quemadmodum subvertit Deus Sodomam et Gomorrham : non habitabitur ullo ævo : neque ingredientur in eam per multas ætates. Nec transibunt eam Arabes, neque pastores requiescent in ea.*

Φανερωτάτην ἐν τούτοις ποιεῖται λοιπὸν τοῦ πολέμου τὴν προαγόρευσιν, καὶ ὥσπερ τι κατασκίασμα τοῖς λόγοις ἐπερριμμένον τὴν ἀσάφειαν περιελὼν, γυμνὴν καὶ ἀναφανδὸν καὶ οἷον ἐν ὄψει τίθησι τὴν ὅσον οὐδέπω παρεσομένην συμφοράν. Ἥξουσι γὰρ ἥξουσι οἱ Μῆδοι, φησὶν, οὐ χρημάτων ἡττώμενοι καὶ δωροδοκίας τῆς παρ' ὑμῶν οὐ πεφρο-

Luculentissimam deinceps in his facit belli prædictionem, et velut adumbratione quadam et obscuritate, quam sermonibus suis offudit, circumcisa nudam et propalam ac velut in conspectu collocat eam, quæ mox adfutura est, calamitatem. Venient enim, inquit, venient Medi, non corrupti pecunia, non largitiones vestras curantes; imo superiores

[95] Ephes. VI, 12.

A πλεονεξίαν, σέσωκέ τε καὶ ἐξείλετο, καὶ ἰδίους ἀπέφηνε προσκυνητάς, τὸ τῆς ἀληθείας αὐτοῖς ἐναστράψας φῶς· καὶ τοῖς τῆς ἐλευθερίας αὐχήμασι περιβαλών. Οὕτω καὶ αὐτός πού φησιν ὁ Σωτήρ· « Νῦν κρίσις ἐστὶ τοῦ κόσμου τούτου. Νῦν ὁ ἄρχων τοῦ κόσμου τούτου ἐκβληθήσεται ἔξω. Κἀγὼ ἐὰν ὑψωθῶ, πάντας ἑλκύσω πρὸς ἐμαυτόν. » Ὁρᾷς ὅτι δεδίκακε τῷ κόσμῳ, καὶ τὸν πάλαι τυραννήσαντα κατ' αὐτοῦ Σατανᾶν ἐκβέβληκεν, εἵλκυσέ τε πάντας πρὸς ἑαυτόν. Ἐγνώκασι γὰρ αὐτὸν καὶ Αἰγύπτιοι. Καὶ δὴ καὶ ἐπεγνωκότες ποιοῦσι θυσίας, εὔχονται δὲ καὶ εὐχάς, καὶ εἰς πέρας ἄγουσι τὰ ἐπηγγελμένα. Τοῦτο γάρ ἐστι τὸ διὰ φωνῆς τοῦ Δαβὶδ μελῳδούμενον· « Εὔξασθε καὶ ἀποδῶτε τῷ Κυρίῳ Θεῷ ἡμῶν. » Ὅρα τοίνυν καινότητα πραγμάτων. Οἱ γὰρ πάλαι τοῖς δαιμονίοις καταθύειν εἰωθότες, οἱ τῷ Σατανᾷ προσκομίζοντες B τὰς λατρείας καὶ ἀνατιθέντες χαριστήρια, καὶ μὴν καὶ εὐχάς, ἤγουν ὑποσχέσεις ἀποπληροῦντες ἐσπουδασμένως· πεφωτισμένοι τὸν νοῦν διὰ Χριστοῦ, καὶ τοῖς τῆς ἀληθείας δόγμασιν ἐκλελαμπρυσμένοι, τῆς μὲν ἀρχαίας ἀποδραμοῦνται πλάνης, ἐπεγνωκότες δὲ ἅπαξ τὸν τῶν ὅλων γενεσιουργὸν καὶ Κύριον, αὐτῷ τὴν ἐν πνεύματι προσκομίζουσι λατρείαν, πανάγνους πληροῦντες εὐχάς, καὶ θυσίας ἀναφέροντες, οὐ τὰς δι' αἱμάτων ἔτι καὶ τῆς τῶν ἀλόγων σφαγῆς· πνευματικὰς δὲ μᾶλλον, ὡς ἔφην, καὶ εὐπροσδέκτους διὰ τὸ ἄμωμον.

ritatis luce eos collustrans, et libertatis ornamento amiciens. Ita etiam ipse dicit alicubi Servator: « Nunc judicium est hujus mundi: nunc princeps mundi hujus ejicietur foras. Et ego si exaltatus fuero de terra, omnes traham ad meipsum [63]. » Viden' illum, mundum judicasse? et Satanam olim contra ipsum tyrannidem exercentem ejecisse? ad se omnes traxisse? Noverunt etenim ipsum Ægyptii. Et ubi agnoverunt, faciunt sacrificia, voventque vota, et quæ sunt promissa exsequuntur. Istud enim est voce Davidis decantatum: « Vovete et reddite Domino Deo nostro [64]. » Intuere itaque novitatem rerum. Qui etenim quondam dæmoniis sacrificare consueverunt, qui Satanam cultu prosecuti sunt, grata consecrarunt carmina, et vota quoque adimpleverunt studiose: illuminati mente per Christum, et veritatis dogmatibus illustrati, ab antiquo errore refugerunt, et agnoscentes semel universitatis procreatorem et Dominum, ipsi in spiritu cultum offerunt, purissima vota implendo, et sacrificia offerendo, non jam per cruorem et brutorum cædem, sed, uti dicebam, spiritualia, et propter immaculatam puritatem accepta.

Καὶ πατάξει Κύριος τοὺς Αἰγυπτίους πληγῇ μεγάλῃ, καὶ ἰάσεται αὐτοὺς ἰάσει· καὶ ἐπιστραφήσονται πρὸς Κύριον, καὶ εἰσακούσεται αὐτῶν, καὶ ἰάσεται αὐτούς.

C Ὅταν ἐπισκέπτηται Θεός, πλήττει μὲν ἔσθ' ὅτε τοὺς ἀνοσίως πεπραχότας, καὶ τὰς ὑπὲρ ὧν εἰς αὐτὸν πεπαρῳνήκασι πράττεται δίκας, ὀνίνησι δὲ σφόδρα κατὰ τοῦτον τὸν τρόπον. Οὐ γὰρ ἡττώμενος ἐπιφέρει τὴν μάστιγα, μετατιθεὶς δὲ μᾶλλον ἐπὶ τὸ ἄμεινον. Ἢ γὰρ ἐκ πλάνης μεθίστησιν εἰς ἀλήθειαν, ἢ καὶ ἀκαθέκτως ἀποκλίνοντας εἰς τὸ πλημμελεῖν τὰ αἴσχιστα διδάσκει μεταμανθάνειν, καὶ μεταφοιτᾷν ἐπείγεσθαι πρὸς τὸ ἀρέσκον αὐτῷ. Τοιγάρτοι καὶ ὀνησιφόρον εἰδότες τὸ χρῆμα, τὸ παιδεύεσθαι φημί, κεκράγασι πρὸς αὐτὸν οἱ μακάριοι προφῆται· « Παίδευσον ἡμᾶς, Κύριε, πλὴν ἐν κρίσει, καὶ μὴ ἐν θυμῷ. » Καὶ πάλιν· « Κύριε, ἐν θλίψει ἐμνήσθημέν σου, ἐν θλίψει μικρᾷ ἡ παιδεία σου ἡμῖν. » Ἔφη δέ που καὶ D πρὸς τὴν τῶν Ἰουδαίων συναγωγήν· Πόνῳ καὶ μάστιγι παιδευθήσῃ, Ἱερουσαλήμ. Παιδεύει τοίνυν οὓς ἂν ἕλοιτο καὶ ἀγαπᾷ. Τοῦτο χαριεῖσθαι καὶ τοῖς Αἰγυπτίοις ὁ προφήτης φησί· Πατάξει γὰρ αὐτοὺς ὁ Κύριος πληγῇ μεγάλῃ, καὶ ἰάσεται αὐτοὺς ἰάσει. Εἰ γὰρ καὶ δέδονται τυχὸν τοῖς Ῥωμαίων στρατηγοῖς, καὶ τὸν πολέμου νόμον ἐξωπλισμένοι κεκρατήκασι τῆς γῆς οἱ ὑπ' αὐτοὺς δορυφόροι, ἀλλ' οὖν τόπον ἐσχηκότες παρ' αὐτοῖς τοῦ θείου κηρύγματος, τὴν μὲν ἐκ τοῦ πεπλανῆσθαι ζημίαν ἀπεφορτίσαντο, μετακεχωρήκασι δὲ πρὸς τὸ θεῖόν τε καὶ οὐράνιον φῶς, καὶ τὴν ἀρχαίαν ἐκείνην ἀποκρουσάμενοι δόξαν, ὑγιᾶ λοιπὸν ἐσχήκασι τὴν καρδίαν. Ἐπιστραφήσονται γὰρ πρὸς Κύριον, καὶ εἰσακούσεται αὐτῶν, τοῦτ' ἔστιν, οἱ πά-

VERS. 22. *Et percutiet Dominus Ægyptios plaga magna, et sanabit eos sanatione. Et convertentur ad Dominum, et exaudiet eos, et sanabit.*

Quando visitat Deus, percutit quidem designantes impia, et quod in eum debacchati sunt, pœnas exigit, sed hac eadem ratione juvat. Non enim ira victus infert flagellum, sed in melius potius convertit. Vel enim ab errore traducit ad veritatem, **297** vel etiam incontinenter declinantes ad turpiter delinquendum, docet resipiscere, et celeriter ad id quod ipsi visum est sese recipere. Igitur cum scirent beati prophetæ rem utilem esse, castigari, inquam, clamarunt ad ipsum: « Castiga nos, Domine, verum in judicio, non in furore [65]. » Et rursum: « Domine, in afflictione meminimus tui, in afflictione exigua castigatio tua nobis. » Dixit etiam Synagogæ Judæorum: In dolore et verbere castigaberis, Jerusalem. Castigat itaque quos eligit et amat [66]. Hoc etiam largiturum Ægyptiis quoque ait propheta: « Percutiet enim eos Dominus plaga magna, et sanabit eos sanatione. » Etsi enim traditi sunt, puta Romanis ducibus, et jure belli armati eorum satellites terram subegerunt: attamen divina prædicatione locum apud eos habente, hoc erroris sui damno levati sunt, et ad divinam ac cœlestem lucem transierunt, et inveterata illa opinione depulsa, sano deinceps corde fuerunt. Convertentur enim ad Dominum, et exaudiet eos, id est, qui olim propter multam impietatem a Deo proscripti erant, de cætero discent non jam idolis abominandis pro his quæ fieri vellent, supplicationes offerre, sed ad

[63] Joan. XII, 31, 32. [64] Psal. LXXV, 12. [65] Jerem. X, 24. [66] Prov. III, 12.

ipsum clamabunt, qui cor sanat contritum. Erit autem non tardus Deus, sed potius ad annuendum illis paratus, propitius et placabilis. Causa igitur efficiens et concilians omnia bona omni homini est, natura ac vere Deum universitatis Creatorem et Dominum agnoscere.

A λαι διὰ πολλὴν ἀσέβειαν ἐν ἀποστροφῇ γεγονότες τῇ παρὰ Θεῷ, μαθήσονται λοιπὸν οὐκέτι τοῖς βδελύγμασι προσάγειν τὰς ἱκεσίας, τὰς ὑπὲρ ὧν ἂν ἕλοιντο ποιεῖσθαι τυχὸν, πρὸς αὐτὸν δὲ μᾶλλον κεκράξονται τὸν ἰώμενον τοὺς συντετριμμένους τὴν καρδίαν. Ἔσται δὲ αὐτοῖς οὐ βραδὺς, ἕτοιμος δὲ μᾶλλον εἰς τὸ κατανεῦσαι Θεὸς, ἵλεώς τε καὶ εὐμενής. Πρόξενον οὖν ἄρα παντὸς ἀγαθοῦ γένοιτ' ἂν ἀνθρώπῳ παντὶ, τὸ εἰδέναι τὸν φύσει τε καὶ ἀληθῶς ὄντα Θεὸν, καὶ τὸν τῶν ὅλων Γενεσιουργὸν καὶ Κύριον.

VERS. 23. *Die illa erit via Ægyptiis ad Assyrios, et intrabunt Assyrii in Ægyptum, et Ægyptii vadent ad Assyrios, et servient Ægyptii Assyriis.*

Τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ ἔσται ὁδὸς Αἰγυπτίοις πρὸς Ἀσσυρίους. Καὶ εἰσελεύσονται Ἀσσύριοι εἰς Αἴγυπτον, καὶ Αἰγύπτιοι πορεύσονται πρὸς Ἀσσυρίους, καὶ δουλεύσουσιν οἱ Αἰγύπτιοι τοῖς Ἀσσυρίοις.

Beatus Paulus de omnium nostrum Servatore Christo scribit quod ipse sit pax nostra [67]. Non enim modo superioribus administris, et sanctis spiritibus terræ incolas conjunxit, sed gentes cum gentibus congredi ac celebrare cœtus inter se instituit. Antequam enim hoc commercium aliorum cum aliis veniret, separatæ erant provinciæ et urbes, crebræ seditiones ac turbationes, bellorum passim impressiones, et vincentium contra victos palmæ ac præmia, et effrenata vis dominabantur, et quosvis quibuscunque **298** modis opprimere, nobile quiddam et sane quam admirabile ducebatur. Cæterum etiam hic nobis pax Christus factus est. Postquam enim evangelicis vaticiniis orbem terrarum collustrans, omnes viam pietatis docuisset, et ut charitatem erga Deum et erga se mutuo amplecterentur, illa antiqua obsoleverunt, vetera recesserunt, et nova facta sunt, sicuti scriptum est; obtinuit enim pax ubique gentium. Hoc etiam est, opinor, quod et alibi dicit propheta Isaias de omnibus gentibus: « Et concident gladios suos in aratra, et lanceas suas in falces, et non tollet gens in gentem gladium, et non discent amplius bellare [68]. » Nam cum uni jugo parerent omnes, spiritualiter quidem Dei, corporaliter autem Romanorum: sedatam et inturbidam et belli expertem vitam vivunt, ut, omni liberati metu, etiam olim inimicissimi, alii cum aliis animorum conjunctione consentiant. Ægyptiis enim, inquit, via erit ad Assyrios, et Assyriis ad Ægyptios, et ibunt Ægyptii ad Assyrios, et servient Ægyptii Assyriis, non ut illis jugum servitutis injiciant, sed ut amoris vinculo captos et comprehensos teneant, et suavissimas societates coeant. Assyrios nominat orientalem regionem incolentes.

Ὁ μακάριος γράφει Παῦλος περὶ τοῦ πάντων
B ἡμῶν Σωτῆρος Χριστοῦ, ὅτι αὐτός ἐστιν ἡ εἰρήνη ἡμῶν. Οὐ γὰρ μόνον τοῖς ἄνω πνεύμασι λειτουργικοῖς καὶ ἁγίοις συνῆψε τοὺς ἐπὶ τῆς γῆς, ἀλλὰ γὰρ ἔθνεσιν ἔθνη συμβῆναι παρεσκεύασεν. Πρὸ μὲν γὰρ τῆς ἐπιδημίας τῆς εἰς ἄλληλα ἐπιμιξίας, ἀπενοσφίζετο χώρα τε καὶ πόλις, συχναί τε ἦσαν ἐξαναστάσεις καὶ πολέμων ἔφοδοι πανταχοῦ καὶ τῶν ἰσχυόντων ἆθλα τὰ τῶν ἡττωμένων, καὶ ἀνουθέτητος ἡ πλεονεξία, καὶ τὸ ἀδικεῖν οὓς ἂν δύναιτό τις, εὐκλείας εἶναί τι, καὶ τῶν ὅτι μάλιστα θαυμαστῶν ἐνομίζετο. Ἀλλὰ γέγονεν ἡμῖν εἰρήνη, καὶ κατὰ τοῦτο Χριστός. Ἐπειδὴ γὰρ τοῖς εὐαγγελικοῖς θεσπίσμασιν περιαστράπτων τῇ ὑπ' οὐρανὸν, ἐδίδαξεν ἅπαντας τῆς εὐσεβείας τὴν ὁδὸν, καὶ τῆς εἰς Θεὸν καὶ ἀλλήλους ἀγάπης ἀντέχεσθαι, πέπαυται μὲν ἐκεῖνα πάλαι,
C παρῴχηκε δὲ τὰ ἀρχαῖα, καὶ γέγονε καινὰ, καθὰ γέγραπται. Κεκράτηκε γὰρ ἡ εἰρήνη πανταχοῦ. Καὶ τοῦτο, οἶμαι, ἐστὶν, ὃ καὶ ἑτέρωθί πού φησιν ὁ προφήτης Ἡσαΐας περὶ πάντων τῶν ἐθνῶν· « Καὶ συγκόψουσι τὰς μαχαίρας αὐτῶν εἰς ἄροτρα, καὶ τὰς ζιβύνας αὐτῶν εἰς δρέπανα, καὶ οὐ μὴ ἄρῃ ἔθνος ἐπ' ἔθνος μάχαιραν, καὶ οὐ μὴ μάθωσιν ἔτι πολεμεῖν. » Γεγονότες γὰρ ἅπαντες ὑπὸ ζυγὸν ἕνα, πνευματικῶς μὲν τὸν ὑπὸ Θεῷ, σωματικῶς δὲ τὸν ὑπὸ Ῥωμαίοις, τὸν ἠρεμαῖον καὶ ἀσύγχυτον, καὶ πολέμου δίχα διαζῶσι βίον, ὥστε παντὸς ἐξῃρημένου δείματος, καὶ τοὺς πάλαι πολεμιωτάτους ἀλλήλοις συμφέρεσθαι πρὸς ὁμοψυχίαν. Αἰγύπτιοι γὰρ, φησὶν, ὁδὸν ἕξουσι πρὸς Ἀσσυρίους, καὶ Ἀσσύριοι πρὸς Αἰγυπτίους. Καὶ πορεύσονται Αἰγύπτιοι πρὸς Ἀσσυρίους, καὶ
D δουλεύσουσιν οἱ Αἰγύπτιοι τοῖς Ἀσσυρίοις, οὐ ζυγὸν δουλείας ἐπιρριπτούντων ἐκείνων, ἀλλὰ τοὺς τῆς ἀγάπης δεσμοὺς ἐνειλημμένους ἔχοντας, καὶ ἡδείστας ποιουμένους τὰς ἐπιμιξείας. Ἀσσυρίους γε μὴν ὀνομάζει τοὺς τὴν ἕω οἰκοῦντας χώραν.

VERS. 24, 25. *Die illa erit Israel tertius inter Assyrios et Ægyptios benedictus in terra cui benedixit Dominus Sabaoth, dicens: Benedictus populus meus qui in Ægypto, et qui in Assyriis, et hæreditas mea Israel.*

Τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ ἔσται Ἰσραὴλ τρίτος ἐν τοῖς Ἀσσυρίοις καὶ ἐν τοῖς Αἰγυπτίοις εὐλογημένος ἐν τῇ γῇ, ᾗ εὐλόγησεν ὁ Κύριος Σαβαώθ λέγων· Εὐλογημένος ὁ λαός μου ὁ ἐν Αἰγύπτῳ, καὶ Ἀσσυρίοις, καὶ ἡ κληρονομία μου Ἰσραήλ.

Dicitur Israel primogenitus inter filios. Cum autem in Christum debaccharentur, gentibus subditi sunt, et secundam velut classem sortiti sunt. Ila-

Ὠνόμασται μὲν ὁ Ἰσραὴλ πρωτότοκος ἐν τέκνοις. Ἐπειδὴ δὲ πεπαρῴνηκεν εἰς Χριστὸν, κατόπιν τέθειται τῶν ἐθνῶν, καὶ δευτέραν ὥσπερ μετεκληρώσατο

[67] Ephes. II, 14. [68] Isa. II, 4.

τάξιν. Τετήρηται γὰρ καὶ αὐτῷ τῆς ἐπιστροφῆς ὁ καιρός. Γέγραπται γοῦν, ὅτι « Ὅταν δὲ τὸ πλήρωμα τῶν ἐθνῶν εἰσέλθῃ, τότε πᾶς Ἰσραὴλ σωθήσεται. » Ἄθρει δὴ οὖν, ἄθρει τρίτον ἐν τούτοις ὠνομασμένον, ἐν τοῖς Ἀσσυρίοις καὶ Αἰγυπτίοις. Ἀσσυρίους δέ φησιν ἐν τούτοις, ὡς ἔφην, τούς κατά γε τὴν ἑῴαν ἅπασαν γῆν, μάλιστα δὲ τὴν μέσην τῶν ποταμῶν, ἐν ᾗ καὶ εἶναί φασι γνησίους προσκυνητὰς, καὶ ἀδελφὴν καὶ γείτονα τῆς Αἰγυπτίων ἐπιτηδεύοντας ἄσκησιν, ὡς ἰσάμιλλον ἔχειν τήν τε εἰς πᾶν ὁτιοῦν τῶν ἀγαθῶν ἔφεσίν τε καὶ προθυμίαν, καὶ μέν τοι καὶ ἀρετήν. Τοιγάρτοι φησὶν ὁ τῶν ὅλων Θεός· Εὐλογημένος ὁ λαός μου, ὁ ἐν Αἰγύπτῳ καὶ ἐν Ἀσσυρίοις· ἐπαριθμεῖται δὲ τρίτος ὁ Ἰσραήλ. Προσεπάγει γὰρ ὅτι Καὶ κληρονομία μου Ἰσραήλ. Καὶ τούτου δὲ τὴν πρόφασιν προαπέδειξεν ἡμῖν ὁ λόγος· κεκυριοκτόνηκε γὰρ καὶ τέθειται εἰς νῶτον, καθά φησιν ὁ Δαβίδ. Καὶ ἐν τοῖς περιλοίποις γέγονεν ὁ πρωτότοκος.

Τοῦ ἔτους οὗ εἰσῆλθεν Ταναθὰν εἰς Ἄζωτον, ἡνίκα ἀπεστάλη ὑπὸ Ἀρνὰ βασιλέως Ἀσσυρίων, καὶ ἐπολέμησε τὴν Ἄζωτον, καὶ κατελάβετο αὐτὴν, τότε ἐλάλησε Κύριος πρὸς Ἡσαΐαν λέγων· Πορεύου καὶ ἄφελε τὸν σάκκον ἀπὸ τῆς ὀσφύος σου, καὶ τὰ σανδάλιά σου ὑπόλυσαι ἀπὸ τῶν ποδῶν σου· καὶ ἐποίησεν οὕτως, πορευόμενος γυμνὸς καὶ ἀνυπόδετος. Καὶ εἶπε Κύριος· Ὃν τρόπον πεπόρευται Ἡσαΐας ὁ παῖς μου γυμνὸς καὶ ἀνυπόδετος, τρία ἔτη ἔσται σημεῖα καὶ τέρατα τοῖς Αἰγυπτίοις καὶ Αἰθίοψιν· ὅτι οὕτως ἄξει βασιλεὺς Ἀσσυρίων τὴν αἰχμαλωσίαν Αἰγύπτου καὶ Αἰθιόπων, νεανίσκους καὶ πρεσβυτέρους, γυμνοὺς καὶ ἀνυποδέτους, ἀνακεκαλυμμένους τὴν αἰσχύνην Αἰγύπτου.

Διαπεράνας εὖ μάλα τὸν ἐπὶ τοῖς Αἰγυπτίοις λόγον, καὶ τίνα τρόπον κεκλήσονται διὰ πίστεως εἰς τὴν τῆς ἀληθείας ἐπίγνωσιν προηγορευκὼς, οἰκονομεῖ τι πάλιν τῶν ὅσαπερ ἦν χρήσιμά τε καὶ ἀναγκαῖα πρὸς ὄνησιν τοῖς ἐξ Ἰσραήλ· καὶ ποῖα δὴ ταῦτά ἐστιν, ὡς ἐν βραχέσιν ἐρῶ. Ἀφειδήσαντες γὰρ καὶ αὐτῆς τῆς εἰς τὸν διὰ Μωϋσέως νόμον αἰδοῦς, καὶ μὴν καὶ τῆς εἰς Θεὸν ἀγάπης ὀλιγωρήσαντες, ἀσυνετώτατα κατεφέροντο πρός γε τὸ δεῖν εἰς πολύθεον καθικέσθαι πλάνησιν, καὶ τοῖς ἔργοις τῶν ἰδίων χειρῶν λατρεῦσαι. Τοῖς δὲ ἅπαξ εἰς τοῦτο γνώμης ὠλισθηκόσιν ἀνεπιτήδευτον ἦν τῶν φαύλων οὐδέν. Ταύτης ἕνεκα τῆς αἰτίας ἐπηφίει πλειστάκις αὐτοῖς ὁ τῶν ὅλων Θεὸς πολέμους καὶ μάχας, τοῦτο μὲν τοὺς ἀπό γε τῶν ὁμόρων ἐθνῶν, τοῦτο δὲ τοὺς παρὰ Περσῶν τε καὶ Μήδων· οἱ δέ γε τῆς Ἰουδαίας κατεξανιστάμενοι, τὰ ἕτερα τῶν ἐθνῶν προκαταδῃοῦντες ἔσθ' ὅτε, δεινοῖς καὶ ἀφορήτοις δείμασιν ὁμιλεῖν παρεσκεύαζον τοὺς ἐξ Ἰσραήλ. Οἱ δὲ καίτοι δέον τὸν τῶν ὅλων ἐκμειλίσσεσθαι Θεὸν, καὶ ἀνοσίων μὲν ἀποφοιτᾷν σπουδασμάτων, μεταχωρῆσαι δὲ μᾶλλον ἐπὶ τὸ αὐτῷ δοκοῦν, καὶ ἀπολογεῖσθαι λελυπημένῳ, διά γε τῆς ἐκ τῶν αἰσχιόνων εἰς τὸ ἄμεινον μεταδρομῆς, οὕτω τε τὴν παρ' αὐτοῦ καὶ μόνου σωτηρίαν ἐπιζητεῖν, καὶ τὴν

A bent enim et illi destinatum sibi tempus suæ conversionis. Nam scriptum est: « Quando vero plenitudo gentium intraverit, tum omnis Israel salvus erit [69]. » Contemplare igitur, contemplare in his tertium denominatum inter Assyrios et Ægyptios. Assyrios hic dicit, ut aiebam, qui totam velut orientalem terram occupant, maxime eam quæ inter fluvios sita est, in qua etiam germanos et ingenuos adoratores esse ferunt, qui et cognatam et vicinam Ægyptiorum excolunt disciplinam, ita ut in bonarum rerum studio, alacritate et virtute **299** æquo prorsus marte decertare videantur. Proinde dicit universitatis Deus: Benedictus populus meus qui est in Ægypto, et qui in Assyriis, numeraturque tertius Israel. Subdit enim: Hæreditas mea

B Israel. Causam autem præsignificavit nobis oratio; Dominum enim occidit, et positus est in tergum, quemadmodum ait David [70], et in reliquiis censetur primogenitus.

CAP. XX. VERS. 1-4. *Anno quo ingressus est Tanathan in Azotum, quando missus ab Arna rege Assyriorum, et Azotum aggressus est et cepit, tunc locutus est Dominus Isaiæ, dicens: Vade, et exue a lumbo tuo saccum, et calceos tuos detrahe de pedibus tuis. Et fecit sic, incedens nudus et discalceatus. Et dixit Dominus: Quemadmodum ambulat Isaias servus meus nudus et discalceatus, sic tribus annis erunt signa et prodigia Ægyptiis et Æthiopibus, quia sic ducet rex Assyriorum captivitatem Ægypti et Æthiopum juvenes, senesque nudos et*

C *discalceatos, opertos dedecore Ægypti.*

Cum sermoni de Ægyptiis finem optime imposuerit, et quemadmodum vocandi essent per fidem ad veritatis agnitionem prædixerit, rursus quod Israelitis perutile et pernecessarium est, apte intexit. Ea quæ sint paucis dicam. Contempta enim ipsius legis Mosaicæ religione, et charitate in Deum spreta, eo devoluti sunt imprudentissime, ut errore multorum deorum involverentur, et suarum manuum operibus servirent. Quo semel in animum demisso, nihil malorum non aggrediebantur. Qua de causa sæpenumero universitatis Deus bellis et

D præliis eos vexavit, cum per finitimas gentes, tum per Persas et Medos: qui in Judæam impressione facta aliis gentibus prius vastatis, Israelitas gravi et intolerando metu non raro exanimarunt. Hi vero cum universitatis Deum emollire et placare, et ab impiis studiis pedem referre, et potius ad Dei placitum se conferre, et se ei offenso purgare, atque a turpioribus ad meliora confugere, et ita ab eo salutem, et quidem **300** solam quærere, manumque semper conservantem et vindicantem expetere deberent: id sane miselli non fecerunt, sed corrogatis et emendicatis ab hominibus auxiliis, interdum finitimos quosdam ad hoc evocarunt, interim et

[69] Rom. XI, 25. [70] Psal. XX, 13.

vicinos Ægyptios, addentes iniquitatem iniquitati suæ, uti scriptum est [71] : et hoc ipso Deum omnipotentem ad iram exstimularunt. Dixit siquidem per unum e sanctis prophetis : « Et erat Ephraim columba amens, cor non habens ; invocavit Ægyptum, et ad Assyrios profecti sunt [72]. » Quin et per ipsum prophetam Isaiam : « Væ descendentibus in Ægyptum pro subsidio, qui in equis confisi sunt et curribus. Sunt enim multi, et eorum qui equis insident multitudo magna. Et non confisi sunt Sancto Israelis, et Deum non exquisiverunt ; et sapienter ipse inflixit illis mala, et verbum ejus non frustrabitur [73]. » Cum igitur Tanatha regis Assyriorum dux oppugnasset Azotum, vique cepisset (erat autem hæc regioni Judæorum vicina), exspectarunt Israelitæ se jamjam etiam citra laborem similia esse perpessuros. Hanc ob causam Ægyptiorum manu conducta, ad ferendum ipsis subsidium, Assyriorum phalangibus se voluerunt opponere. Vanam ergo esse eorum spem declarat Deus, et clare prædicit fore ipsos prædam Assyriorum potentiæ, et successu temporum capiendos, et captivorum in numero ac loco futuros. Ferunt enim Ægyptum fuisse sub manu Assyriorum diversis temporibus, et continuis tribus annis commisso cum ea prælio, vi totam cepisse, ac magna turba captivorum comitante suam in patriam rediisse. Præcipit ergo Deus prophetæ ut habitum captivis convenientem et consuetum sumat, id est, nuditatem et discalceationem. Nam victores captivorum non magnam plane rationem habent : hique eo miseriæ prolapsi, etsi essent juxta carnem nobiles, etsi ex infima plebe, uno calamitatis lino involvuntur, non vestem habentes, nec aliud quid vel ad ornatum, vel ad refocillationem ipsorum pertinens, sed ad hunc contemptum ex libidine capientium coguntur accedere. Jubetur itaque, ut dixi, divinus propheta saccum detrahere lumbo suo, et sandalia solvere, et mediam Jerusalem transire nudum et sine calceis.
201 Idque fecit non admodum sollicitus quomodo elegans aut venustus appareat : Deique decreto nihil adjecit, licet id grave et reprehensioni expositum videretur. Sed forte dixerit quispiam : Cur non præmonstravit potius Israelitis ea quæ processu temporum contingerent Ægyptiis ? cur adeo nudus ac discalceatus tam celebris propheta ambulavit, omni conveniente cultu neglecto ? Ad hoc dicimus eos prophetarum sermonibus non obtemperasse, imo eum prædicerent futura, increpasse : « Alia, inquiunt, nobis loquimini, et annuntiate nobis alium errorem [74]. » Hinc prudens hic vir, modestus, et omni virtute cumulatus, ac prophetiæ dono quasi coronatus, et in meditatione illustris, ipsum adeo saccum exuit, non mollem sane aut splendidam vestem, sed crassam potius et vilem ; ipsa etiam solvit pedum calceamenta, tali habitu ingrediens, ut qui ipsum videant, hoc mirentur, causasque sci-

A ἀεὶ σώζουσάν τε καὶ ἐπαμύνουσαν χεῖρα τοῦτο μὲν οὐκ ἔδρων οἱ δείλαιοι, ἐρανιζόμενοι δὲ τὰς ἐξ ἀνθρώπων ἐπικουρίας, ποτὲ μὲν τῶν ὁμόρων τινὰς ἐκάλουν εἰς τοῦτο, ποτὲ δὲ τοὺς γείτονας Αἰγυπτίους, προστιθέντες ἀνομίαν ἐπὶ τὴν ἀνομίαν αὐτῶν, καθὰ γέγραπται, καὶ καταθήγοντες ὡς εἰς ὀργὰς καὶ ἐπ' αὐτῷ δὴ τούτῳ τὸν πάντα ἰσχύοντα Θεόν. Καὶ γοῦν ἔφη δι' ἑνὸς τῶν ἁγίων προφητῶν· « Καὶ ἦν Ἐφραῒμ περιστερὰ ἄνους, καὶ οὐκ ἔχουσα καρδίαν· Αἴγυπτον ἐπεκαλεῖτο, καὶ εἰς Ἀσσυρίους ἐπορεύθησαν. » Καὶ μὴν καὶ δι' αὐτοῦ τοῦ προφήτου Ἡσαΐου· « Οὐαὶ, οἱ καταβαίνοντες εἰς Αἴγυπτον ἐπὶ βοήθειαν, οἱ ἐφ' ἵπποις πεποιθότες καὶ ἐφ' ἅρμασιν. Ἔστι γὰρ πολλὰ καὶ ἐφ' ἵπποις πλῆθος σφόδρα· καὶ οὐκ ἦσαν πεποιθότες ἐπὶ τὸν Ἅγιον τοῦ Ἰσραὴλ, καὶ τὸν Θεὸν οὐκ B ἐξεζήτησαν· καὶ αὐτὸς σοφὸς ἦγεν ἐπ' αὐτοὺς κακὰ, καὶ ὁ λόγος αὐτοῦ οὐ μὴ ἀθετηθῇ. » Τοῦ τοίνυν Ταναθὰν, στρατηγὸς δὲ οὗτος βασιλέως Ἀσσυρίων, πολεμήσαντος τὴν Ἄζωτον, ἑλών τε κατὰ κράτος αὐτήν· γείτων δὲ αὕτη τῇ τῶν Ἰουδαίων χώρᾳ· προσεδόκουν οἱ ἐξ Ἰσραὴλ αὐτίκα δὴ μάλα καὶ αὐτοὶ καὶ λίαν ἀμογητὶ τὰ ἴσα παθεῖν. Ταύτης τε ἕνεκα τῆς αἰτίας τὴν Αἰγυπτίων χεῖρα καταμισθούμενοι πρὸς τὸ ἐπαμύνειν αὐτοῖς ταῖς Ἀσσυρίων φάλαγξιν ἀντεξάγειν ἤθελον. Ματαίαν τοίνυν αὐτῶν ἀποφαίνει τὴν ἐλπίδα Θεός· προαγορεύει δὲ σαφῶς, ὅτι τῆς Ἀσσυρίων δυνάμεως ἔργον [ἄγρα] ἔσονται καὶ αὐτοὶ, ἁλώσονταί τε κατὰ καιροὺς, καὶ ἐν δορυκτήτων ἔσονται τάξει. Φασὶ γὰρ ὅτι γέγονεν ὑπὸ χεῖρα βασιλέως Ἀσσυρίων κατὰ καιC ροὺς ἡ Αἰγυπτίων· καὶ ἐν ὀλίγοις ἔτεσι τρισὶν ἐγκαθεσθεὶς αὐτῇ, πᾶσάν τε ἑλὼν κατὰ κράτος, πλείστην ὅσην ἔχων αἰχμαλωσίαν, ὑπενόστησεν εἰς τὴν ἑαυτοῦ. Ἐπιτάττει τοίνυν τῷ προφήτῃ Θεὸς, τὸ τοῖς αἰχμαλώτοις πρέπον τε καὶ σύνηθες σχῆμα λαβεῖν· τοῦτ' ἔστι, γυμνότητά τε καὶ ἀνυποδεσίαν. Τοῖς γὰρ ὅλως νενικηκόσιν οὐ πολὺς τῶν ἑαλωκότων ὁ λόγος· οἱ δὲ εἰς τοῦτο πεσόντες ταλαιπωρίας, κἂν εἴτε τινὲς εἶεν τῶν εὐγενῶν κατὰ σάρκα, κἂν εἴτε τῆς ἀγελαίου πληθύος, ἑνὶ τῷ τῆς ἀθλιότητος συνέχονται λίνῳ, οὐκ ἄμφιον ἔχοντες, ἤγουν ἕτερόν τι τῶν τελούντων εἰς κόσμον αὐτοῖς ἢ ἀνάπαυσιν, ἀτημελῶς δὲ οὕτως πρὸς πᾶν ὁτιοῦν τοῖς ἑλοῦσι καταθυμίων, ὡς ἐξ ἀνάγκης ἐρχόμενοι. Προστάττεται τοίνυν, ὡς ἔφην, ὁ θεσπέσιος προφήτης, ἀφελεῖν τὸν σάκκον ἀπὸ τῆς ὀσφύος D αὐτοῦ, ὑπολύσασθαί τε τὰ σανδάλια, καὶ διὰ μέσης ἰέναι τῆς Ἱερουσαλὴμ γυμνὸς καὶ ἀνυπόδετος. Ἔδρα δὲ τοῦτο τοῦ δοκεῖν εὐσχήμων εἶναί τις, οὐ σφόδρα πεφροντικὼς, καὶ τῶν ἀρεσκόντων Θεῷ προστιθεὶς οὐδὲν, κἂν εἰ φαίνοιτό τι βαρὺ καὶ μώμου μεστόν. Ἀλλ' ἴσως πρὸς τοῦτο ἐρεῖ τις· Διὰ τί γὰρ μὴ μᾶλλον προηγόρευσε μόνον τοῖς ἐξ Ἰσραὴλ τὰ συμβησόμενα τοῖς Αἰγυπτίοις κατὰ καιρούς; Πεπόρευται δὲ οὕτως γυμνός τε καὶ ἀνυπόδετος ὁ διαβόητος ἐν προφήταις, τῆς αὐτῷ πρεπούσης εὐκοσμίας ἠφειδηκώς. Πρὸς δὴ τοῦτό φαμεν ὅτι τοῖς τῶν προφητῶν οὐκ ἐπείθοντο λόγοις, μᾶλλον δὲ καὶ ἐπετίμων τοῖς προαγορεύειν ἐθέλουσι τὰ ἐσόμενα, λέγοντες· « Ἄλλα

[71] Isa. xxx, 1 seqq. [72] Osee vii, 11. [73] Isa. xxxi, 1, 2. [74] Isa. xxx, 10.

ἡμῖν λαλεῖτε, καὶ ἀναγγέλλετε ἡμῖν ἑτέραν πλάνησιν.» Ταύτῃ τοι καὶ μάλα σαφῶς ὁ σώφρων, ὁ κόσμιος, καὶ ἀρετῆς ἁπάσης ἔμπλεως, ὁ προφητικῇ κατεστεμμένος χάριτι, καὶ ἐν ἀσκήσει περιφανής, καὶ αὐτὸν ἀποδύεται τὸν σάκκον, οὐ τρυφερὸν ἱμάτιον, παχὺ δὲ μᾶλλον καὶ εὐτελές· ἀπολύει δὲ καὶ τῶν ποδῶν τὰ σανδάλια, καὶ ἐν τῷ τοιῷδε βαδίζει σχήματι· ἵν' αὐτὸ δὴ τοῦτο θαυμάζοντες οἱ ὁρῶντες αὐτὸν, ἀναπυνθάνωνται τὰς αἰτίας, καὶ ἐφ' ὅτῳ τοῦτο πέπραχεν εἰδέναι σπουδάζοντες, πληροφορηθεῖεν· ὅτι ματαίαν ἔχουσι τὴν ἐπ' ἀνθρώποις ἐλπίδα· καὶ χρῆν δή που μᾶλλον αὐτοὺς γλίχεσθαι μὲν τῆς ἄνωθεν εὐημερίας, ἐπίκουρον δὲ ποιεῖσθαι φιλεῖν τὸν ἀεὶ σεσωκότα Θεόν. Γυμνοῦ τοίνυν καὶ ἀνυποδέτου περινοστοῦντος τὴν Ἰουδαίαν τοῦ μακαρίου προφήτου, καὶ πτοίας ἐγγινομένης τοῖς ὁρῶσιν αὐτὸν οὐ μικρᾶς, Εἶπεν, φησὶ, Κύριος· Ὃν τρόπον πεπόρευται Ἡσαΐας ὁ παῖς μου, γυμνὸς καὶ ἀνυπόδετος, τρία ἔτη ἔσται σημεῖα καὶ τέρατα τοῖς Αἰγυπτίοις καὶ Αἰθίοψιν. Ὡς γὰρ ἔφην φθάσας, ἐν ὀλίγοις ἔτεσι τρισὶ καταδηώσας τὴν Αἰγυπτίων ὁ τῶν Ἀσσυρίων βασιλεὺς, καὶ μὴν καὶ τοὺς προσοικοῦντας Αἰθίοπας αὐτῇ, καὶ τῇ Θηβαίων γείτονας, πλείστην ἔχων αἰχμαλωσίαν, καὶ ταῖς Αἰγυπτίων ἐνσπαταλήσας συμφοραῖς· τότε δὴ τότε λαμπρὸς οἴκοι πάλιν ἀνεκομίζετο.

A scitentur, et scire cupientes cur hoc fecerit, vanam se spem habuisse in hominibus, exploratum habeant: cum oportuisset potius, e supernis favorem ambire, Deumque sibi conciliare adminiculatorem, qui semper servavit. Proinde nudo et sine calceis perambulante Judæam beato propheta, cum spectatoribus non exiguus timor incuteretur, Dixit Dominus, inquit: Quemadmodum ambulat Isaias puer meus nudus et discalceatus, sic tribus annis erunt signa et prodigia in Ægyptios et Æthiopes. Nam, ut superius dixi, cum Assyriæ rex triennio toto Ægyptum, Æthiopesque vicinos, et Thebanorum terram accolentes depopulatus, complures captivos haberet, Ægyptiorum calamitatibus exsultans et insolescens: tunc, tunc illustris domum B iterum reducitur.

Καὶ ἡττηθήσονται αἰσχυνθέντες οἱ Αἰγύπτιοι ἐπὶ τοῖς Αἰθίοψιν, ἐφ' οἷς ἦσαν πεποιθότες οἱ Αἰγύπτιοι· ἦσαν γὰρ αὐτοῖς δόξα. Καὶ ἐροῦσιν οἱ κατοικοῦντες ἐν τῇ νήσῳ ταύτῃ· Ἰδοὺ ἡμεῖς ἦμεν πεποιθότες, τοῦ φυγεῖν εἰς αὐτοὺς εἰς βοήθειαν, καὶ οὐκ ἠδύναντο σωθῆναι ἀπὸ βασιλέως Ἀσσυρίων, καὶ πῶς ἡμεῖς σωθησόμεθα;

VERS. 5, 6. *Et erubescent victi super Æthiopibus, quibus confisi sunt Ægyptii; erant enim eis gloria. Et dicent habitatores insulæ istius: Ecce nos confisi sumus, ut confugeremus ad eos in auxilium, qui non potuerunt defendi contra regem Assyriorum. Et quo pacto servabimur nos?*

Τὰ πρόσοικα τῇ Θηβαίων ἔθνη βάρβαρα, Βλέμμυες δὲ οὗτοι, οἳ καὶ εἰσὶν Αἰθίοπες, εὐτεχνέστατα μὲν τὰς C βελῶν ἀφαιρέσεις ποιεῖσθαι μεμελετήκασι. Φαρμάκῳ δὲ ταύτας ἀποχρίοντες ὀλεθριωτάτῳ ἐπαφίασι τοῖς μαχομένοις· κἂν εἰ προσψαύσειαν, τεθνήξεται πάντως ὁ πληγεὶς, καὶ ὥσπερ τις ὀφιόδηκτος γεγονὼς παραχρῆμα πεσεῖται. Ἦν οὖν ἐν ἔθει καὶ τριβῇ Αἰγυπτίοις, πολέμου καὶ μάχης ἐπηρτημένων, τὰς τῶν Αἰθιόπων καταμισθοῦν τε φάλαγγας, καὶ μέγα φρονεῖν ἐπ' αὐτοῖς· ἀλλ' ἥλωσαν σὺν αὐτοῖς τῆς τῶν Ἀσσυρίων ἀνδρείας ἡττώμενοι. Αἰσχυνθήσονται τοίνυν οἱ Αἰγύπτιοι, φησὶν, ἐπὶ τοῖς Αἰθίοψιν, ἐφ' οἷς ἦσαν πεποιθότες. Κατειλημμένων γὰρ καὶ αὐτῶν καὶ νενικημένων, ἐροῦσιν οἱ ἐν τῇ νήσῳ ταύτῃ κατοικοῦντες· Ἰδοὺ ἡμεῖς ἦμεν πεποιθότες ποτὲ τοῦ φυγεῖν εἰς αὐτοὺς εἰς βοήθειαν, οἳ οὐκ ἠδύναντο σωθῆναι ἀπὸ βασιλέως Ἀσσυρίων· καὶ πῶς ἡμεῖς σωθησόμεθα; Νῆσον μὲν οὖν τὴν Αἴγυπτον ὀνομάζει, διά τοι τὸ εἶναι περίῤῥυτον ποταμοῖς, καὶ λίμναις ὑδάτων διεζῶσθαι πανταχοῦ· εἰσκομίζει γε μὴν τοὺς ἐνοικοῦντας αὐτὴν, τῆς ἐπὶ τοῖς Αἰθίοψιν ἐλπίδος καταγινώσκοντας. Εἰ γὰρ ἥλωσαν αὐτοὶ, φησὶν, πῶς ἂν ἐκσώσειαν τοὺς ἐπ' αὐτοῖς πεποιθότας; Ἀγαθὸν οὖν ἄρα τὸ ἐλπίζειν ἐπὶ Κύριον, ἢ πεποιθέναι ἐπ' ἄνθρωπον· καὶ ὥς φησιν ὁ προφήτης Ἱερεμίας· «Ἐπικατάρατος μὲν ἄνθρωπος ὃς τὴν ἐλπίδα ἔχει ἐπ' ἄνθρωπον, καὶ στηρίζει σάρκα βραχίονος αὐτοῦ· εὐλογημένος γε μὴν, ὃς πέποιθεν ἐπὶ τῷ Κυρίῳ καὶ ἔσται Κύριος ἐλπὶς αὐτοῦ.» Ἀεὶ δέ πως ἡμᾶς ὁ προφητικὸς ὀνίνησι λόγος· κἂν

Accolæ Thebanorum sunt gentes barbaræ, Blemmyes, qui idem sunt Æthiopes, **302** homines peritissimi, telis mittendis atque torquendis exercitati, quæ veneno perniciosissimo inuncta, in eos quibuscum congrediuntur ejaculabantur: si tetigerint, percussus omnino moritur, et perinde atque a serpente morsus, confestim concidit. Erat igitur in more et consuetudine Ægyptiis, bello et pugna ingruente, Æthiopicas phalanges conductitias corrogare, et de illis plurimum superbire; verum cum illis capti sunt fortitudine Assyriorum devicti. Erubescent igitur, inquit, Ægyptii in Æthiopibus quibus fidebant. Captis enim illis et superatis, dicent ejus insulæ habitatores: Ecce nos confisi eramus ut confugeremus ad eos auxilii gratia, qui non potuerunt contra regem Assyriorum defendi; quonam pacto servabimur nos? D Insulam igitur Ægyptum nominat, eo quod fluminibus circumfluat et stagnis aquarum undique cingatur. Introducit ejus habitatores seipsos spei in Æthiopibus collocatæ damnantes. Si etenim, inquit, capti sunt ipsi, confisos sibi qui servare poterunt? Melius est ergo sperare in Domino, quam confidere in homine, et, ut dicit Jeremias propheta: «Maledictus homo qui spem habet in homine, et innititur carni brachii sui: benedictus qui fidit Domino, et erit Dominus spes ejus [74].» Oratio autem prophetica nobis semper utilis est, et quanquam forte spiritualem enarrationem non habeat hæc historia, tamen haud exiguus fructus inde pervenit.

[74] Jerem. XVII, 5, 7.

Paulus enim dicit hæc figurate contigisse majo- A
ribus, ad nostram quoque admonitionem esse conscripta [75].

VISIO DESERTI.

Terminato pulcherrime sermone, qui de Ægyptiis inquam habitus est, cum a propheta, quando et quomodo per fidem ad agnitionem veri Dei vocarentur expositum sit : ad aliam visionem se confert, de eremo : nec simpliciter hic terræ desertæ et desolatæ facit mentionem, sed eremum vocat Babyloniam, quæ cum olim innumerabiles haberet incolas fortes et pugnacissimos, ira e supernis illata sic devastata est, ut omnino viris vacua remaneat, cum Cyrus Cambysis filius oppugnaret Babyloniam : B
303 cujus et alibi meminit propheta, inquiens : « Sic dicit Dominus uncto meo Cyro, cujus apprehendi dexteram, ut audiant coram eo gentes : et civitates non concludentur [76]. » Hic illam superbam quondam, et contra omnem gentem elevatam, et in pugnis formidabilem, Babylonem, inquam, vi occupavit : facit autem et nunc propheta ejus mentionem et desertum nominat. Quomodo autem eo calamitatis delapsa sit, duabus de causis manifeste narrat, ut quidem ego censeo : vel ut Judæos a spe in illis collocata abducat : « Erat enim Ephraim columba amens, » quemadmodum ait alius e prophetis [77] : « Ægyptum invocavit, et ad Assyrios profecti sunt : » vel ut contristatos consoletur, quia vastata eorum regione, et exusto ipsorum templo, C
Babylonem captivi abducti sunt cum uxoribus et liberis. Quo quidem perspicue docet, si ex præscripto legis vivere instituant, et divinarum præceptionum germani et ingenui custodes esse velint, Deum vastatores illos aggressurum. Narrationem igitur instituit propheta, habetque visionis contextus enallagen, et imitationes personarum. Nunc enim velut futurorum oculatus testis, et spectator a Deo sibi ostensa enarrat : nunc et quid temporum decursu et delapsu contingeret, spiritu prophetico ante denuntiat : nunc introducit insuper personam Babyloniorum, sese ob tam acerbas et inopinatas calamitates deplorantium. Proinde quasi contemplatus Persarum, et Medorum, et Elamitarum, contra Babylonem D
expeditionem, ita ait : Obequitabunt et peragrabunt eremum.

Cap. XXI. Vers. 1. *Sicut venti tempestas desertum pertransit.*

Pulverem excitans, et omnia susque deque miscens. Addit :

Vers. 2. *Horribilis visio, et dura annuntiata est mihi.*

Sufficit enim nudum et solum hostium spectaculum, et virorum bellicosorum multitudo fortissima

εἰ μὴ ἔχοι τυχὸν πνευματικῆς ἀφηγήσεως τρόπον ἡ ἱστορία, ἀλλ' οὖν τὸ ἐξ αὐτῆς ὄφελος οὐ βραχύ. Φησὶ γὰρ ὁ Παῦλος, τυπικῶς συμβαίνειν τοῖς ἀρχαιοτέροις, γεγράφθαι γε μὴν πρὸς νουθεσίαν ἡμῶν.

ΤΟ ΟΡΑΜΑ ΤΗΣ ΕΡΗΜΟΥ.

Διαπεράνας εὖ μάλα τὸν ἐπί γέ φημι τοῖς Αἰγυπτίοις λόγον, ἡνίκα τε καὶ ὅπως κεκλήσονται διὰ πίστεως πρὸς ἐπίγνωσιν τοῦ κατ' ἀλήθειαν ὄντος Θεοῦ διειπὼν ὁ προφήτης, μεταφοιτᾷ πρὸς ἑτέραν ὅρασιν τὴν περὶ τῆς ἐρήμου· καὶ οὐχ ἁπλῶς γῆς ἡμῖν ἐν τούτοις ἀοικήτου καὶ ἐρήμης ποιεῖται μνήμην· ἀλλὰ γὰρ ἔρημον ὀνομάζει τὴν Βαβυλωνίων, ἣ ποτε μὲν ἀριθμοῦ κρείττονας εἶχε τοὺς οἰκήτορας, δεινούς τε καὶ μαχιμωτάτους· ἠρημώθη δὲ οὕτως, ὀργῆς αὐτῇ τῆς ἄνωθεν ἐπενηνεγμένης, ὡς κένανδρον ἀπομεῖναι παντελῶς καταστρατεύσαντος τῆς Βαβυλωνίων Κύρου τοῦ Καμβύσου. Οὗ καὶ ἑτέρωθι διαμνημονεύει λέγων ὁ προφήτης· « Οὕτως λέγει Κύριος τῷ χριστῷ μου Κύρῳ, οὗ ἐκράτησα τῆς δεξιᾶς, ἐπακοῦσαι ἔμπροσθεν αὐτοῦ ἔθνη. Πόλεις οὐ συγκλῃσθήσονται. » Οὗτος εἷλε κατὰ κράτος τὴν ἀλαζόνα ποτὲ καὶ κατὰ παντὸς ἔθνους ἐπαιρομένην, καὶ δυσάντητον ἐν μάχαις, τὴν Βαβυλῶνά φημι. Ποιεῖ δὲ μνήμην καὶ νῦν ὁ προφήτης αὐτῆς, καὶ ἔρημον μὲν ὀνομάζει. Τίνα δὲ τρόπον ἀθλιότητος εἰς τοῦτο κατώλισθεν, ἀφηγεῖται σαφῶς δύο τούτων ἕνεκα καθάπερ ἐγῷμαι. Ἢ γὰρ ἵνα τοὺς Ἰουδαίους ἀποστήσῃ τῆς ἐλπίδος· « Ἦν γὰρ Ἐφραῒμ περιστερὰ ἄνους, » καθά φησιν εἷς τῶν ἁγίων προφητῶν· « Αἴγυπτον ἐπεκαλεῖτο, καὶ εἰς Ἀσσυρίους ἐπορεύετο· » ἢ ἵνα παρακαλέσῃ λελυπημένους, ὅτι πεπόρθηται μὲν αὐτῶν ἡ χώρα, ἐμπέπρησται δὲ καὶ αὐτὸς ὁ νεὼς, δορύληπτοι δὲ γυναιξὶν ὁμοῦ καὶ τέκνοις ἀπεκομίσθησαν εἰς τὴν Βαβυλῶνα. Τοῦτο δὲ ἦν διδάσκοντος ἐναργῶς, ὅτι καὶ τῶν πεπορθηκότων αὐτοὺς κατεξαναστήσεται Θεὸς, εἰ ζῆν ἕλοιντο κατὰ νόμον, καὶ τῶν θείων ἐνταλμάτων αὐτοῦ γνήσιοι γενέσθαι φύλακες. Οὐκοῦν ἀφηγεῖται μὲν ὁ προφήτης. Ἔχει γε μὴν τὸ τῆς ὁράσεως ὕφος προσώπων ἐναλλαγάς. Ποτὲ μὲν γὰρ ὡς αὐτόπτης τῶν ἐσομένων, καὶ θεωρὸς ἤδη γεγονὼς, ἐξηγεῖται τὰ παραδειχθέντα αὐτῷ παρὰ Θεοῦ· ποτὲ δὲ καὶ τί συμβήσεται κατὰ καιροὺς προφητικῷ πνεύματι προαναφωνεῖ· εἰσκομίζει δὲ καὶ τὸ Βαβυλωνίων ἔσθ' ὅτε πρόσωπον κατοιμωζόντων ἑαυτοὺς ἐπὶ ταῖς οὕτω δειναῖς καὶ ἀδοκήτοις συμφοραῖς. Ὡς τεθεαμένος τοίνυν τὴν Περσῶν τε καὶ Μήδων, καὶ μὴν καὶ Ἐλαμιτῶν κατὰ τῆς Βαβυλῶνος ἐκστρατιὰν, οὕτω φησί· Καθιππεύσουσί τε καὶ διελεύσονται τὴν ἔρημον.

Ὡσανεὶ καὶ ἀνέμων καταιγὶς δι' ἐρήμου διέλθοι.

Τὴν κόνιν εἶναι ἀναστᾶσα, καὶ μονονουχὶ συγχέουσα τὸ πᾶν. Προσεπάγει δέ·

Ὅτι φοβερὸν τὸ ὅραμα καὶ σκληρὸν ἀνηγγέλη μοι.

Ἱκανὴ γὰρ λίαν, καὶ ψιλὴ καὶ μόνη τῶν πολεμίων ἡ θέα, καὶ τῶν μαχίμων ἡ ἀλκιμωτάτη πληθὺς κατ-

[75] I Cor. x, 11. [76] Isa. xlv, 1. [77] Osee, 7, 11.

εσκευασμένη πρὸς πόλεμον, σκληρὸν ἐμποιῆσαι δεῖμα A τοῖς θεωμένοις. Ἀλλ' οὐ τεθεᾶσθαί φησι μόνον, ἀλλὰ γὰρ καὶ, Ἀνηγγέλη μοι, φησίν· ὁμοῦ γὰρ τῇ θέᾳ, καὶ τῶν πραγμάτων τὴν ἔκβασιν ἐδιδάσκετο, δῆλον δὲ ὅτι παρὰ Θεοῦ.

Ὁ ἀθετῶν ἀθετεῖ, καὶ ὁ ἀνομῶν ἀνομεῖ.

Ἀνεπίπληκτον, φησὶ, τῶν ἐπιόντων τὸ θράσος. Οὐ γὰρ λογισμοῖς ἀνθρωπίνοις ἀνάπτονται πρὸς τὸ ἥμερον· ἀλλ' οὐδέ τις τῶν ἐν αὐτοῖς διενθυμεῖταί τι τῶν ἡκόντων· ἀνομεῖ δὲ ἀκαθέκτως, καὶ ἀθετεῖ κατὰ τὸ αὐτῷ δοκοῦν, οὐ φειδοῦς ἐνούσης τινός· Οὐ γὰρ εἰς ἔλεον βλέπουσιν, ἀλλ' ἔργον αὐτοῖς τὸ ἐσπουδασμένον ἔσται, φησὶν, τὸ ἀνομεῖν τε καὶ ἀθετεῖν. Ἔφη τι τοιοῦτον καὶ διὰ φωνῆς τοῦ αὐτοῦ, πρὸς τοὺς τῆς Ἀσσυρίων οἰκήτορας· Ἰδοὺ ἐγὼ ἐπάγω ὑμῖν τοὺς Μήδους, οἳ οὐ λογίζονται ἀργύριον, οὐδὲ χρυσίου χρείαν B ἔχουσι. Τοξεύματα νεανίσκων συντρίψουσι. Θεοῦ γὰρ ὀργὴν τοῖς πλημμελοῦσιν ἐπάγοντος, οὐδὲν ἔσται τὸ ἐπικουρεῖν δυνάμενον. Θηριοπρεπὴς δὲ μᾶλλον τοῖς ἐθέλουσι καταδῃοῦν τοὺς ἐφ' οἷς ἂν τρέχοιεν, ἐνοικίζεται νοῦς.

Ἐπ' ἐμοὶ οἱ Ἐλαμῖται, καὶ οἱ πρέσβεις τῶν Περσῶν ἐπ' ἐμὲ ἔρχονται. Νῦν στενάξω, καὶ παρακαλέσω ἐμαυτόν. Διὰ τοῦτο ἐνεπλήσθη ἡ ὀσφύς μου ἐκλύσεως, καὶ ὠδῖνες ἔλαβόν με, ὡς τὴν τίκτουσαν· ἠδίκησα τοῦ μὴ ἀκοῦσαι, ἐσπούδασα τοῦ μὴ βλέπειν. Ἡ καρδία μου πλανᾶται, καὶ ἡ ἀνομία με βαπτίζει, ἡ ψυχή μου ἐφέστηκεν εἰς φόβον.

Προσωποποιΐας ἔχει δύναμιν ὁ ἔν γε τουτοισὶ λόγος. Εἰσκομίζεται γὰρ ὁ Ἀσσύριος, καὶ δεδιὼς τὴν ἔφ- C οδον, καὶ τῶν πολεμίων τὰς φάλαγγας οὐκ ἠγνοηκὼς, καὶ ἐπὶ τίνας αὐταῖς ὁ τοῦ πολέμου σκοπός. Οὐ γὰρ ἐφ' ἑτέρους τινὰς, ἀλλ' ἐμοὶ, φησὶν, οἱ Ἐλαμῖται, καὶ οἱ πανάριστοι τῶν Περσῶν ὡρμήκασι. Στενάξω δὴ οὖν καὶ παρακαλέσω ἐμαυτόν. Τοῖς γὰρ ἐν ἐσχάτῃ συμφορᾷ γεγονόσι δοκεῖ προσεῖναί τις παραμυθίας τρόπος, τὸ θρηνεῖν τε καὶ ὀλοφύρεσθαι. Ἐκθλίβεται γὰρ ἐξ ὀδύνης τὸ δάκρυον. Πρᾶγμα δὲ ξένον εἰ θρηνοῦσιν Ἀσσύριοι, σκληροὶ καὶ ἀγέρωχοι γεγονότες ἀεὶ, ἐξοφρυωμένοι τε ἄγαν κατὰ πάντων τῶν ἐθνῶν, καὶ οὐκ εὐάντητον ἔχειν οἰόμενοι τὴν ἀντίστασιν. Ἀλλ' οἱ θρασεῖς οὕτω καὶ φρονήμασι τοῖς ὑπὲρ ἄνθρωπον ἐξογκούμενοι, γυναικοπρεπὲς εἰσδέχονται τὸ δάκρυον, καὶ θρῆνον ἐφ' ἑαυτοῖς ἀρτύουσι, πρὸ τῆς τοῦ πολέ- D μου πείρας κατακλώμενοι πρὸς ἀσθένειαν. Ἐνεπλήσθη γὰρ ἡ ὀσφύς μου ἐκλύσεως, καὶ ὠδῖνες ἔλαβόν με ὡς τὴν τίκτουσαν. Ἀλλ' ὅτου δὴ χάριν τὰ τοιαῦτά σοι συμβήσεται, φησὶν, ὦ Ἀσσύριε; Φράσαις ἂν τῷ ἐρομένῳ· Ναὶ, φησίν· οἶδα γὰρ προσκεκρουκὼς διὰ πολλὴν ἁμαρτίαν τῷ πάντων κρατοῦντι Θεῷ. Ἠδίκησα τὸ μὴ ἀκοῦσαι, ἐσπούδασα τὸ μὴ βλέπειν. Κατὰ τοῦτο, φησὶν, ἐμαυτὸν ἠδίκησα, ὅτι μεμελέτηκα πολὺ τὸ δυσήκοον, καὶ σπουδῆς ἔργον ἐθέμην τὸ μὴ βλέπειν, τοῦτ' ἔστι, τίς ὁ φύσει καὶ ἀληθῶς ἐστι Θεός. Ἤκουον μὲν γὰρ τὴν Ἰουδαίων λατρείαν, εἷλον κατὰ κράτος τὴν ἁγίαν πόλιν, πεπόρθηκα τὸν νεών. Ἔσχον ἐκ παρακουσμάτων τὴν μετρίαν εἴδησιν τῶν ἐντεταλμένων τοῖς ἐξ Ἰσραήλ. Μᾶλλον δὲ καὶ ὁ προφήτης Ἰωνᾶς

ad bellum instructa, timorem vehementem injicit spectatoribus. Sed non spectari tantum dicit, sed, Annuntiatum est mihi, inquit; simul enim cum spectaculo rerum eventum docuit, a Deo scilicet.

Prævaricans prævaricatur, iniquus inique agit.

304 Imperterritam esse ait, et proruptam grassatorum audaciam, qui non ratiociniis humanis revocantur ad placabilitatem, sed nemo eorum quidquam cum officio et decoro conjunctum cogitat, at prævaricatur, nec reprimi potest, nulloque suffusus pudore pro sua libidine opprimit : Non enim misericordiam spectant, sed opus, inquit, horum et hoc studium est, iniqua agere, et opprimere. Huic non dissimile dixit voce ejusdem ad Assyriorum habitatores : Ecce induco ego vobis Medos, qui argentum non curant, nec auro opus habent. Arcus juvenum conterent. Deo enim iram delinquentibus infligente, nihil opem afferre poterit : imo et in illis qui quos incursant, perdere aggrediuntur, belluina mens insidet.

VERS. 3, 4. *In me Elamitæ, et Persarum legati in me venient. Nunc ingemiscam et consolabor meipsum. Propterea impleti sunt lumbi mei dissolutione, et dolores ceperunt me sicut parientem : injuste egi ne audirem, operam dedi ne viderem. Cor meum aberrat, et iniquitas me demergit, anima mea conjecta est in timorem.*

Prosopopœiæ vim habet hæc oratio. Inducitur enim Assyrius, impetum pertimescens, et hostium phalanges non nesciens, et contra quem hujus belli scopus tendat. Non enim, inquit, contra alium quemque, sed contra me Elamitæ et præstantissimi omnium Persarum fecerunt impetum. Ingemisco igitur et consolabor meipsum. Qui namque in ultimis ærumnis sunt, his consolationis genus quoddam esse videtur, flere et plorare. Extunditur enim ex dolore lacryma. Novum vero et peregrinum, Assyrios, duros et fastuosos semper, et contra omnes gentes superciliosissimos, quorum occursus ominosus, et formidabilis esse putabatur, lacrymari. Cæterum hi tam audaces et animis supra homines tumidis, muliebriter fundunt lacrymas, et ante belli periculum debilitate fracti et contusi, fletum sibi ipsis consciscunt et eliciunt. Repleti sunt enim, inquit, lumbi mei dissolutione, et dolores ceperunt me sicut parturientem. Sed quamobrem tibi contingent hæc, inquit, o Assyrie? Dic roganti : Næ, inquit, conscius mihi sum offendisse multis peccatis omnipotentem Deum. Injuste egi ne audirem, **305** operam dedi ne viderem. In hoc, ait, meipsum damno, et inique feci, quod insigni pervicacia, et in audiendo pertinacia usus sim, et operam dedi ne viderem, id est, quis sit ille natura et vere Deus. Audieram enim Judæorum cultum, sanctam urbem vi cepi, templum everti, ex disciplina auditu percepta, mediocrem cognitionem eorum quæ Israelitico populo præcepta erant consecutus sum : imo

propheta Jonas a Deo missus est, ut prædicet, et dicat: « Adhuc tres dies et subvertetur Ninive[78]; » mox pertimui minas, et egi pœnitentiam, sed injuste iterum feci, ne audirem, et studio annixus sum, ne viderem quæ vidisse oportuit. Aberravit enim cor meum, et demersit me iniquitas, quodammodo obruens. Hinc et anima mea conjecta est in timorem, fui enim in metu extremo. Hæ igitur voces esse possunt Assyriorum. Familiare enim est prophetis voces et personas affingere propter utilitatem audientium.

VERS. 5. *Parate mensam, bibite, edite. Surgite, principes, arripite clypeos.*

Dixeram orationem propheticam multis interdum personarum varietatibus distingui pulcherrime: omnino igitur qui scire hæc et referre probe volunt, talia debent observare. Perspicua igitur erit et nihil abrupti, nihil difficultatis habebit horum dictorum intelligentia. Induxit ergo personam Assyriorum apud sese flentium, et timiditate confractorum, et de malis futuris intolerabili timore dolentium. Dein tempus commemorat quo eos capi et immedicabiles in ærumnas incidere continget, et causam iræ contra illos declarat. Scripsit enim beatus Daniel: « Baltasar regem apparasse cœnam magnatibus suis, millibus coram millibus vinum[79]. » Dein ait, et sacra vasa ex Hierosolymis sumpta olim obtulisse impie, et bibisse ex illis cum ipsum, tum pellices ejus et concubinas. Hoc autem aliud nihil erat quam contra divinam majestatem magno elatoque animo se efferre, et adversus Israelitarum ducem et præsidem erigi: quasi suum populum nullo modo juvare posset. Bibente igitur Baltasaro, et sacra vasa **306** tamen non irridente: Apparuit, inquit articulus manus et scripsit in pariete, *Mane, Thecel, Phares*[80], quam scripturam divinus Daniel interpretatus est, Assyrium alloquens: Disrupit Deus regnum tuum, et divisit illud, ac datum est Medis et Persis. Hujus historiæ, ut ego quidem censeo, meminit propheta affatus veluti ipsos principes, seu magnates et Baltasar: Parate mensam, bibite, edite. Surgite, principes, arripite clypeos, luxu diffluite, inquit, in mensis intemperantibus (est autem hæc oratio usitata), exsaturamini bibentes inexplebiliter. Quid deinde? Bella excipient celebritatem et non longe aberit ut patiamini, sed ab ipsa compotatione ad arma curretis et quæretis clypeos. Est enim vere gravissimum contra Deum efferri et contra majestatem, qua nihil est sublimius, animos et spiritus tollere. Traditus est enim Assyriis Israel: Deo propter summam iniquitatem captivitatis pœnam irrogante. Non enim par fuit eos ad hanc stupiditatem et in has stultas cogitationes consulto devenire, ut cogitarent et in animum inducerent se manum superare posse ejus qui

A ἀπεστάλη παρὰ Θεοῦ κηρύσσων καὶ λέγων· « Ἔτι τρεῖς ἡμέραι, καὶ Νινευὴ καταστραφήσεται· » καταδείσας δὲ παραχρῆμα τὴν ἀπειλὴν, μετενόησα μὲν, ἀλλ' ἠδίκησα πάλιν μὴ ἀκούσας, καὶ ἐν σπουδῇ τέθειταί μοι τὸ μὴ ὁρᾷν ἅπερ ἦν ὁρᾷν ἀναγκαῖον. Πεπλάνηται γὰρ ἡ καρδία μου. Καὶ ὑποβρύχιόν με πεποίηκεν ἡ ἁμαρτία, καταχωννῦσα τρόπον τινά. Ταύτῃ τοι καὶ ἡ ψυχή μου ἐφέστηκεν εἰς φόβον· γέγονα γὰρ ἐν δείμασι τοῖς τῶν ἐσχάτων. Αὗται τοίνυν φωναὶ τῶν Ἀσσυρίων εἶεν ἄν. Ἔθος γὰρ τοῖς ἁγίοις προφήταις προσωποποιεῖν τὰς φωνὰς, διὰ τὸ τοῖς ἀκροωμένοις χρήσιμον.

Ἑτοιμάσατε τράπεζαν, πίετε, φάγετε. Ἀναστάντες οἱ ἄρχοντες, ἑτοιμάσατε θυρεούς.

Ἔφην ὅτι τῆς προφητείας ὁ λόγος εἰς πολλὰς ἔσθ' B ὅτε προσώπων διαφορὰς εὖ μάλα διαποικίλλεται· δεῖ δὲ δὴ πάντως τοὺς, οἵπερ ἂν ἕλοιντο συνιέναι τε καὶ ἀπαγγέλλειν ὀρθῶς, ἐπιτηρεῖν ἀκριβῶς τὰ τοιάδε. Σαφὴς γὰρ ἂν οὕτω γένοιτο, καὶ οὐδὲν ἔχουσα τὸ ἄναντες εἰς δυσχέρειαν τῶν λεγομένων ἡ γνῶσις. Εἰσκεκόμικε τοίνυν τὸ τῶν Ἀσσυρίων πρόσωπον κλαιόντων ἐφ' ἑαυτοῖς, καὶ συντεθραυσμένων μὲν εἰς δειλίας, ἀφόρητον δὲ τὸν ἐπί γε τοῖς μέλλουσιν ἔσεσθαι κακοῖς ὠδινόντων τὸ δεῖμα. Εἶτα μέμνηται τοῦ χρόνου, καθ' ὃν αὐτοὺς ἁλῶναί τε καὶ ταῖς ἀνηκέστοις συμφοραῖς περιπεσεῖν συμβήσεται· καὶ μὴν καὶ αὐτὴν καθίστησιν ἐναργῆ τῆς ἐπ' αὐτοῖς γεγενημένης [ὀργῆς] τὴν αἰτίαν. Γέγραφε γὰρ ὁ μακάριος Δανιὴλ, ὅτι « Βαλτάσαρ ὁ βασιλεὺς ἐποίησε δεῖπνον τοῖς μεγιστᾶσιν αὐτοῦ· χιλίοις κατέναντι τῶν χιλίων C ὁ οἶνος. » Εἶτά φησιν, ὅτι καὶ τὰ ἐκ τῶν Ἱεροσολύμων ληφθέντα κατὰ καιροὺς ἅγια σκεύη προσκεκόμικεν ἀνοσίως, καὶ ἔπινον ἐν αὐτοῖς αὐτὸς καὶ αἱ παλλακαὶ αὐτοῦ, καὶ αἱ παράκοιται αὐτοῦ. Τοῦτο δὲ ἦν ἕτερον οὐδὲν, πλὴν ὅτι μεγαλαυχεῖν κατὰ τῆς τοῦ Θεοῦ δόξης· κατεπαίρεσθαί τε τοῦ προεστηκότος τῶν ἐξ Ἰσραὴλ, ὡς κατὰ μηδένα τρόπον ὀνῆσαι δεδυνημένου τὸν ἴδιον λαόν. Πίνοντος τοίνυν τοῦ Βαλτάσαρ, καὶ μονονουχὶ γελῶντος τὰ σκεύη τὰ ἅγια· Ὤφθη, φησὶν, ἀστράγαλος χειρὸς, καὶ ἔγραφεν ἐν τῷ τοίχῳ, ***Μανῆ Θεκὲλ Φαρές***· διερμηνεύων τὴν γραφὴν ὁ θεσπέσιος Δανιὴλ, ἔφη πρὸς τὸν Ἀσσύριον· Διέῤῥηξεν ὁ Θεὸς τὴν βασιλείαν σου, καὶ ἐμέρισεν αὐτὴν, καὶ ἐδόθη Μήδοις καὶ Πέρσαις. Ταυτησὶ τῆς ἱστο- D ρίας, ὥς γε οἶμαι, διαμέμνηται νυνὶ, καί φησιν ὁ προφήτης ὡς πρός γε αὐτοὺς τοὺς ἄρχοντας, ἤτοι μεγιστᾶνας, καὶ μέν τοι τὸν Βαλτάσαρ· Ἑτοιμάσατε τράπεζαν, πίετε, φάγετε· ἀναστάντες οἱ ἄρχοντες, ἑτοιμάσατε θυρεούς· σπαταλήσατε, φησὶν, ἐπὶ τραπέζαις ἀσώτοις· ἐν ἔθει δέ πώς ἐστιν ὁ λόγος· κατακορέσθητε πίνοντες ἀπλήστως. Καὶ τί μετὰ τοῦτο; Πόλεμοι διαδέξονται τὴν πανήγυριν, καὶ οὐκ εἰς μακρὰν τὸ παθεῖν· ἀλλ' ἐξ αὐτοῦ τοῦ πότου δραμεῖσθε πρὸς ὅπλα, καὶ ζητήσετε θυρεούς. Παγχάλεπον γὰρ ἀληθῶς τὸ κατεπαίρεσθαι Θεοῦ, καὶ καταθρασύνεσθαι δόξης, ἧς ἐπέκεινα τῶν ὄντων οὐδέν. Δέδοται μὲν γὰρ τοῖς Ἀσσυρίοις ὁ Ἰσραὴλ· Θεοῦ τὸ κρῖναι

[78] Jon. III, 4. [79] Dan. V, 1 seqq. [80] ibid. 25.

παθεῖν αὐτοὺς τὴν αἰχμαλωσίαν διὰ πολλὴν ἁμαρτίαν ἐπενηνοχότας. Οὐ μὴν ἔδει ᾐρηκότας εἰς τοῦτο πεσεῖν ἀμαθίας καὶ ἀσυνέτων ἐννοιῶν, ὡς οἴεσθαι καὶ φρονεῖν τὴν τοῦ σώζειν αὐτοὺς ἐθέλοντος πλεονεκτῆσαι χεῖρα, καὶ ἀμείνους γενέσθαι τῆς ἀφράστου δυνάμεως τοῦ πάντα ὑπερκειμένου καὶ ἀνεστηκότος τὴν κτίσιν ὡς Θεοῦ.

Ὅτι οὕτως εἶπε Κύριος πρός με· Βαδίσας σεαυτῷ στῆσον σκοπόν· καὶ ὃ ἐὰν ἴδῃς, ἀνάγγειλον. Καὶ εἶδον ἀναβάτας ἱππεῖς δύο· ἀναβάτην ὄνου, καὶ ἀναβάτην καμήλου.

Ἔθος τοῖς ἁγίοις προφήταις ἐν τῷ τῆς θεοπτίας ἤτοι τῶν ὁράσεων καιρῷ, συλλέγειν ὥσπερ ἐν ἑαυτοῖς τὸν νοῦν, καὶ ἀπερισπάστῳ διανοίᾳ κατασκέπτεσθαι τὰ δεικνύμενα παρὰ Θεοῦ, καὶ οἷον ὑψοῦ καὶ ἐν ἀποῤῥήτῳ τινὶ περιωπῇ γεγονότας τῶν θείων ἐπακροᾶσθαι λόγων. Καὶ γοῦν ἔφη τις τῶν ἁγίων προφητῶν· « Ἐπὶ τῆς φυλακῆς μου στήσομαι, καὶ ἐπιβήσομαι ἐπὶ πέτραν, καὶ ἀποσκοπεύσω, τοῦ ἰδεῖν τί λαλήσει ἐν ἐμοί, καὶ τί ἀποκριθῶ ἐπὶ τὸν ἔλεγχόν μου. » Τοιοῦτόν τι νῦν ὁ προφήτης διδάσκει, καί φησιν ἀκοῦσαι παρὰ Θεοῦ· Βαδίσας σεαυτῷ στῆσον σκοπὸν, καὶ ὃ ἐὰν ἴδῃς ἀνάγγειλον· καὶ οὐχ ἕτερόν τινα σκοπὸν ἱστᾷν ἐκελεύετο, ἀλλ' ἑαυτόν που πάντως εὐτρεπίσαι πρὸς θεοπτίαν, καὶ οἷόν τινα σκοπὸν ὑψοῦ γεγονότα τῷ νῷ, καταθρεῖν τὰ ἐσόμενα, καὶ ὄψει δέχεσθαι τῶν πραγμάτων τὴν θέαν. Εἶδον οὖν, φησὶν, ἀναβάτας ἱππεῖς δύο· ἀναβάτην ὄνου, καὶ ἀναβάτην καμήλου. Καὶ τί δὴ τοῦτό ἐστιν, ὁ τῶν Ἀσσυρίων θρῆνος διδάξει σαφῶς. Ἔφασκε γάρ· Ἐπ' ἐμοὶ Ἐλαμῖται, καὶ οἱ πρέσβεις τῶν Περσῶν πρὸς ἐμὲ ἔρχονται· καὶ Ἐλαμῖται μὲν βάρβαρον ἔθνος, καμήλοις ἐποχεῖσθαι μεμελετηκός. Ὁ δέ γε ἀναβάτης τῆς ὄνου τίς ἂν ἕτερος εἴη παρά γε τοὺς Περσῶν ἐξειλεγμένους; οὓς δὴ καί φασιν ἡμιόνοις τε καὶ σκιαδίοις (1) ἐμβεβηκότας ἰέναι πρὸς μάχην, ὡς ἂν μή τις αὐτοὺς ἀπονευρώσῃ πόνος. Ἐπειδὰν δὲ τὸν τῆς μάχης ἴδωσι χῶρον, τὸ τηνικάδε τῶν σκιαδίων καταπηδήσαντες, ἵπποις κέχρηνται ἐξειλεγμένοις. Ὄνου τοίνυν ἀναβάτην τὸν ταῖς ἡμιόνοις ἐποχούμενόν φησιν. Εἰ καὶ καθ' ἕτερον τρόπον θεάσασθαι μὲν εἰκὸς τὸν προφήτην, ἵπποις ἐποχούμενον τῶν πολεμίων τὸ στῖφος, ἑπομένην δὲ πληθὺν καμήλων καὶ ἡμιόνων, ηὐτρεπισμένων τάχα που πρὸς τὴν τῶν λαφύρων μετακομιδήν. Τοῦτο γὰρ ἑτέρωθί πού φησιν· « Ἐν τῇ θλίψει καὶ τῇ στενοχωρίᾳ, λέων καὶ σκύμνος λέοντος· ἐκεῖθεν καὶ ἀσπίδες καὶ ἔγγονα ἀσπίδων πετομένων, οἳ ἔφερον ἐπ' ὄνων καὶ καμήλων τὸν πλοῦτον αὐτῶν. » Λέοντα γὰρ καὶ σκύμνον λέοντος τὸν Κῦρον ἐκάλει, καὶ τοὺς ὑπ' αὐτῷ Πέρσας τε καὶ Μήδους. Ἀσπίδας δὲ καὶ ἀσπίδων ἔγγονα πετομένων· τοῦτο ἔστιν, ὀξέως διάττειν καὶ πτηνοῖς ἐν ἴσῳ φέρεσθαι μεμελετηκότας, τοὺς ἐκ τῶν ἑτέρων ἐθνῶν, οἷς καὶ ἐποχεῖσθαι καμήλοις ἐν ἔθει καὶ τριβῇ.

A servare illos volebat, et ineffabilem Dei quæ super omnia exstat et eminet, potentiam debellare.

Vers. 6, 7. *Quia sic dixit Dominus mihi : I, tibi constitue speculatorem, et quod videris, renuntia. Et vidi sessores equites duos : sessorem asinæ, et sessorem cameli.*

In more est sanctis prophetis, divinæ contemplationis seu visionum tempore, velut in se ipsis animum cogere et colligere, et acerrima attentissimaque cogitatione a Deo res ostensas perlustrare, et velut in sublimi ac secreta specula divinis B verbis aurem præbere. Quippe ex sanctis prophetis quidam dixit : « In custodia mea stabo, et conscendam petram, et speculabor, ut videam quid loquetur in me, et quid respondeam ad castigationem meam [81]. » Hoc itaque propheta docet se a Deo audire : I, et constitue speculatorem, et quod videris renuntia. Non jubetur alium speculatorem statuere, at seipsum omnino ad divinam contemplationem comparare, et velut speculatorem in edito loco, animo ac mente, factum, circumspicere futura, et rerum inspectionem visu aspectuque consequi. Vidi igitur, ait, sessores equites duos, **307** sessorem asinæ, et sessorem cameli. Et quid hoc est, lamentatio Assyriorum plane docebit. Dixit enim : In me Elamitæ, et legati Persarum C ad me veniunt. Elamitæ gens barbara sunt, et camelis vehi solita. Sessor autem asinæ quis alius sit præter electos et eximios Persarum viros? quos aiunt mulis et sciadiis conscensis, ad pugnam fuisse, ne quis eos labor enervet : ubi autem pugnæ locum vident, tum e sciadiis desultantes, equis utuntur lectissimis. Asinæ ergo insessorem dicit, eum qui mulabus vectus est. Vel etiam alio modo : verisimile est vidisse prophetam, hostium cuneum equis vectum, et camelorum et mulorum instructorum multitudinem sequentem, fortassis ad spolia avehenda. Hoc siquidem dicit alibi : « In afflictione et angustia leo et leunculus : ibi, et aspides et progenies aspidum volantium, qui portabant asinis et D camelis divitias suas [82]. » Leonem siquidem et catulum leonis Cyrum vocavit, et Persas sub eo Medosque : aspidas et aspidum volantium progeniem, id est, qui propere præcurrere, et avium in morem ferri solent, eos dicit qui ex aliis erant gentibus, quos etiam camelis vehi in more positum erat et consuetudine.

Ἀκρόασαι ἀκρόασιν πολλὴν, καὶ κάλεσον Οὐρίαν εἰς τὴν σκοπιὰν Κυρίου.

Διωμολόγηκεν ὁ προφήτης, ὡς θεάσαιτό τινας

Vers. 8. *Audi auditionem multam, et voca Uriam in speculam Domini.*

Confessus est propheta vidisse se quosdam

[81] Habac. II, 1. [82] Isa. XXX, 6.

(1) Σκιάδια videntur fuisse currus quidam ceu umbraculo quodam operti.

δίχα μόνης ἁμαρτίας. Μονονουχὶ γὰρ καὶ χεῖρα, φησὶ, προτείνοντες ἐροῦσιν· Ἰδοὺ ὁ Θεὸς ἡμῶν ἐφ' ᾧ ἠλπίζομεν καὶ ἠγαλλιώμεθα ἐπὶ τῇ σωτηρίᾳ ἡμῶν. Οἶμαι δὲ ἔγωγε τοῦτόν γε μάλιστα τὸν λόγον ἀνῆρθαι πρέπειν τοῖς ἐξ Ἰσραὴλ, οἳ καὶ ταῖς Μωσαϊκαῖς ἐντεθραμμένοι φωναῖς καὶ τὰς τῶν ἁγίων προφητῶν προαγορεύσεις οὐχ ἠγνοηκότες, προσεδόκουν ἀφίξεσθαι κατὰ καιρὸν Σωτῆρα, καὶ Λυτρωτὴν, τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστόν. Καὶ γοῦν ὡς ἤδη προεῖπον, Ζαχαρίας μὲν ὁ Ἰωάννου πατὴρ προφητεύων ἐν πνεύματι λελάληκε περὶ τοῦ Χριστοῦ, ὅτι « Κέρας ἐγήγερται τῷ λαῷ σωτηρίας. » Καὶ Συμεὼν ὁμοίως εἰς χεῖρας ἑλὼν τὸ ἅγιον Βρέφος· « Εἶδον, φησὶν, οἱ ὀφθαλμοί μου τὸ σωτήριόν σου ὃ ἡτοίμασας κατὰ πρόσωπον πάντων τῶν λαῶν. » Ἐπιγνόντες τοίνυν τὸν πάλαι προηγγελμένον, τὴν ἁπάντων ἐλπίδα τὸν Σωτῆρα καὶ Λυτρωτὴν ἐροῦσι, φησίν· Ἰδοὺ ὁ Θεὸς ἡμῶν. Προσομολογήσουσι δὲ ὅτι ἀνάπαυσιν δώσει ὁ Θεὸς ἐπὶ τὸ ὄρος τοῦτο. Καί μοι πάλιν ὄρος οἶου λέγεσθαι τὴν Ἐκκλησίαν, δέδοται γὰρ ἡ ἀνάπαυσις ἐν αὐτῇ. Ἀκηκόαμεν γὰρ Χριστοῦ λέγοντος· « Δεῦτε πρός με, πάντες οἱ κοπιῶντες καὶ πεφορτισμένοι, κἀγὼ ἀναπαύσω ὑμᾶς. » Ἀπεφορτισάμεθα γὰρ διὰ τῆς εἰς αὐτὸν πίστεως τὴν δυσαχθῆ καὶ δυσφόρητον ἁμαρτίαν. Ἀνεπαυσάμεθα δὲ καὶ καθ' ἕτερον τρόπον δειμάτων ἀπηλλαγμένοι τῶν ἐπί γέ φημι τὸ χρῆναι κολάζεσθαι, καὶ τὰς ἐπὶ τοῖς πλημμελήμασιν ἀποτίσαι δίκας. Καὶ οὐ μέχρι τούτων ἡ εἰς ἡμᾶς τοῦ πάντων ἡμῶν Σωτῆρος Χριστοῦ γέγονε χάρις· προστέθειται δὲ καὶ τὰ ἐν ἐλπίσιν ἀγαθὰ, καὶ τῆς τῶν οὐρανῶν βασιλείας ἡ κτῆσις μακρὰ καὶ ἀκήρατος ζωὴ, καὶ παντὸς τοῦ καταλυπεῖν εἰωθότος ἡ ἀπόστασις. Γέγραπται γὰρ περὶ τῶν ἁγίων ὅτι « Εὐφροσύνη αἰώνιος ὑπὲρ κεφαλῆς αὐτῶν. »

Καὶ καταπατηθήσεται ἡ Μωαβῖτις, ὃν τρόπον πατοῦσιν ἅλωνα ἐν ἁμάξαις, καὶ ἐν ἀμήτῳ. Καὶ ἀνήσει τὰς χεῖρας αὐτοῦ, ὃν τρόπον καὶ αὐτὸς ἐταπείνωσε τοῦ ἀπολέσαι. Καὶ ταπεινώσει τὴν ὕβριν, ἐφ' ἃ τὰς χεῖρας ἐπέβαλε. Καὶ τὸ ὕψος τῆς καταφυγῆς τοῦ τοίχου σου ταπεινώσει, καὶ μεταβήσεται ἕως τοῦ ἐδάφους.

Βαθὺς ἀεί πώς ἐστι τῶν ἁγίων προφητῶν ὁ λόγος, καὶ τὴν εἴσω τε καὶ κεκρυμμένην διέρπει τρίβον. Χρὴ δὴ οὖν ἄρα μὴ τὸ ἐξωφανὲς τοῦ γράμματος πάντη τε καὶ πάντως ἀληθὲς εἶναι νομίζειν, κατασκέπτεσθαι δὲ μᾶλλον τὸν οἱονεί πως ἐγκεχωσμένον τῷ γράμματι νοῦν. Μωαβῖται τοίνυν ὅμοροι μὲν ἦσαν τοῖς Ἰουδαίοις, ἀτοπώτατα δὲ διετέθησαν πρὸς ἀπάτην, καὶ πρός γε τὸ χρῆναι ταῖς τῶν εἰδώλων προσκεῖσθαι λατρείαις. Ὅτι τοίνυν ἔμελλεν ἐπιλάμψαντος τοῦ Χριστοῦ, καὶ κεκλημένων τῶν ἐθνῶν εἰς τὸ σεπτὸν καὶ θεῖον αὐτοῦ μυστήριον, ἡγιασμένων τε διὰ τῆς πίστεως, ἡ βδελυρὰ καὶ ἀκάθαρτος εἰδωλολατρία πάντη τε καὶ πάντως ἐκ μέσου γενήσεσθαι, τοῖς τῶν πιστευόντων ποσὶν ὑπενηνεγμένου τοῦ Σατανᾶ· δέδωκε γὰρ ἡμῖν πατεῖν ἐπάνω ὄφεων καὶ σκορπίων, καὶ ἐπὶ πᾶσαν τὴν δύναμιν τοῦ ἐχθροῦ· διδάσκει λέγων, πατηθήσεσθαι τὴν Μωαβῖτιν, ὃν τρόπον πατοῦσιν ἅλωνα ἐν ἁμάξαις.

A inquit, modo non protensa manu dicent : Ecce Deus noster in quo speravimus, et exsultavimus in salute nostra. Hunc sermonem maxime convenire Israelitis arbitror, qui tum verbis Mosaicis innutriti, tum sanctorum prophetarum prædictiones non ignorantes, Dominum nostrum Jesum Christum Servatorem et Redemptorem suo tempore adventurum exspectarunt. Quippe, ut jam ante dixi, Zacharias Joannis pater, prophetans in spiritu, de Christo dixit, cornu salutis populo excitatum fuisse [49]. Simeon item sancto Infante in manus accepto, inquit : « Viderunt oculi mei salutare tuum, quod parasti ante faciem omnium populorum [50]. » Cum igitur agnoverint eum, qui omnium spes est Servator ac

B Redemptor, prænuntiatum, dicent, inquit : Ecce Deus noster; confitebuntur etiam, quod requiem dabit Deus super monte hoc. Rursus mihi cogita montem dici Ecclesiam, in ea enim data est requies. Audivimus siquidem Christum dicentem : « Venite ad me, omnes qui laboratis et onerati estis, et ego refocillabo vos [51]. » Etenim per fidem in illum, molestum et grave onus peccati excussimus. Requievimus etiam alio modo, liberati terroribus supplicii quod subire oportuit, ac pœnæ delictorum solvendæ. Nec usque eo solum Christi omnium nostrum Servatoris gratia in nos exstitit, sed insuper bona in spe, regnique cœlorum possessio, diuturna et æterna **356** vita, omnisque mali quod tristitia solet afficere, solutio adjiciuntur. Nam de sanctis scriptum est : « Lætitia sempiterna super caput

C eorum [52]. »

VERS. 10-12. *Et conculcabitur Moabitis, quemadmodum calcant aream plaustris, et remittet manus suas, quemadmodum et ipse humiliavit ut perderet. Et deprimet superbiam ejus, in quæ manus injecit. Et altitudinem refugii muri tui humiliabit, et descendet usque ad pavimentum.*

Profundus semper est sanctorum prophetarum sermo, et penitissimis occultisque viis serpit. Itaque externam litteræ superficiem omnino omnibusque modis veram esse, putandum non est, sed

D intelligentia litteræ veluti aggregata adjunctaque magis est consideranda. Moabitæ igitur Judæis erant contermini, sed in errorem monstrosum in modum proclives, idolorumque cultibus dediti. Quoniam ergo illucescente Christo, gentibusque ad augustum divinumque ejus mysterium vocatis, ac per fidem sanctificatis, exsecranda et impura idololatria prorsus penitusque e medio esset exterminanda, fidelium pedibus subjecto Satana: dederat enim nobis potestatem conculcandi serpentes et scorpiones, et omnem potentiam hostis : docet dicitque Moabitidem conculcandam, quemadmodum calcant aream curribus. Illumque hisce verbis vel totum Moabiticum

[49] Luc. I, 69. [50] Luc. II, 30, 31. [51] Matth. XI, 28. [52] Isa. XXXV, 10.

cultum demonstrare dicimus : vel ex una regione idolorum cultrice, totum exemplum sumere, sermone, ut dixi, ad universam idololatriam extenso. Conculcabitur igitur, ait, veluti triturantium pedibus subjecta. Remittetque manus suas, quemadmodum et ipsa humiliavit ut perderet. Quis remittet manus? Idololatriæ inventor, qui errore implicat, quique hominem a Deo segregat, nempe Satanas. Remittet enim manus suas, id est, dissolventur omnes ejus vires, et vis ac energia practica. Figurate etenim pro energia et actione manus sumuntur. Quemadmodum namque ille in terra degentes humiliavit, ut cunctos perderet : pari modo, Christus ejus deprimet superbiam, id est, intolerandam insolentiam, qua in omnes utebatur : tantum non manum injiciens, et tyrannice suo sceptro eos, qui a Deo propter opera **357** bona remunerati sunt, submittens. Transit deinde sermo propheticus velut ad ipsam Moabitidem, sive ad profanam idololatriam, et inquit : Altitudinem refugii muri tui dejiciet. Altitudinem refugii muri dejectam, ipsum esse dicimus idololatriæ ac erroris antistitem, qui eam veluti muro cingit, coercetque ut consistat. Cæterum, inquit, cadet. Illum siquidem Christus demolietur, et ad solum usque, id est, in totum diruet. Videmus namque ex rebus ipsis, quod prænuntiatum est ad exitum pervenisse. Ceciderunt namque fana, et omnia quæ in templis erant, e medio sublata, nec sunt aræ amplius, non sacrificia, non incantamenta, non hi qui erroris ludibria exercebant. Omnia vero per Christum cessarunt, exortaque est hominibus terram incolentibus lux veritatis, invaluitque sol justitiæ, corda credentium in ipsum collustrans.

CAP. XXVI. VERS. 1. *Die illo cantabunt canticum istud in terra Judæ, dicentes : Ecce civitas munita, et salus nostra ponet murum et muri propugnaculum.*

Conculcata Moabitide, id est, cultu idolorum in totum sublato, juxta mentem jam ante expositam, hi qui errore liberati sunt, et ad lucem veritatis pertigerunt, apertis intelligentiæ oculis, agnoscent, inquit, universorum opificem et Dominum Servatorem et Redemptorem, per quem omnia, et in quo omnia, qui propter nos nostraque fuit deductus. Huic odas et melos veluti lyra præcinunt, glorificantesque dicunt : Ecce civitas munita et salus nostra. Est enim vere tanquam civitas quædam probe turri defensa et prorsus indelebilis, Dominus noster Jesus Christus sive spes in illum. Accipit enim eos qui diaboli tyrannidem effugiunt, acceptosque conservat. Ideoque dicebat : « Oves meæ vocem meam audiunt, et sequuntur me ; et ego do illis vitam æternam, et nemo eas de manu mea rapiet [83]. » Urbs videlicet munita et salutaris est Servator omnium, et urbs murum habens, et propugnaculum, omnem scilicet

A Φαμὲν δὲ δηλοῦν ἐν τούτοις αὐτὸν, ἢ τὴν Μωαβῖτιν λατρείαν, ἤγουν ἐκ μιᾶς χώρας τῆς εἰδωλολατρούσης ἅπαν δέχεσθαι τὸ παράδειγμα, κατὰ πάσης, ὡς ἔφην, τῆς εἰδωλολατρίας ἐκτεινομένου τοῦ λόγου. Οὐκοῦν καταπατηθήσεται, φησὶ, καθάπερ ποσὶν ἀλοώντων ὑποκειμένη. Ἀνήσει δὲ καὶ τὰς χεῖρας αὐτοῦ, ὃν τρόπον καὶ αὐτὸς ἐταπείνωσε τοῦ ἀπολέσαι. Τίς ἀνήσει τὰς χεῖρας; Ὁ τῆς εἰδωλολατρίας εὑρετὴς, ὁ συνέχων τὴν ἀπάτην, καὶ ἀποβουκολήσας Θεοῦ τὸν ἄνθρωπον, τοῦτ' ἔστιν, ὁ Σατανᾶς. Ἀνήσει γὰρ τὰς χεῖρας αὐτοῦ, τοῦτ' ἔστιν, ἐκλυθήσεται πᾶσα ἡ δύναμις αὐτοῦ, καὶ ἐνέργεια πρακτική· ἐνεργείας γὰρ εἰς τύπον αἱ χεῖρες λαμβάνονται. Ὥσπερ γὰρ αὐτὸς ἐταπείνωσε τοὺς ἐπὶ τῆς γῆς, ὥστε καὶ ἀπολέσαι σύμπαντας, κατὰ τὸν αὐτὸν τουτονὶ τρόπον ταπεινώσει B Χριστὸς τὴν ὕβριν αὐτοῦ, τοῦτ' ἔστι, τὴν ἀφόρητον πλεονεξίαν ᾗ κατὰ πάντων ἐχρήσατο, μονονουχὶ τὰς χεῖρας ἐπάγων, καὶ σκήπτροις ἰδίοις ὑποφέρων ἐκ πλεονεξίας τοὺς ἐπ' ἔργοις ἀγαθοῖς ἐκτισμένους παρὰ Θεοῦ. Εἶτα μέτεισιν ὁ λόγος τῷ προφήτῃ πάλιν. Ὡς πρὸς αὐτὴν τὴν Μωαβῖτιν, ἤτοι τὴν βέβηλον εἰδωλολατρίαν, καί φησιν· ὅτι Τὸ ὕψος τῆς καταφυγῆς τοίχου τὸ ταπεινούμενον αὐτὸν εἶναί φαμεν τὸν τῆς εἰδωλολατρίας καὶ τῆς ἀπάτης προεστηκότα, καὶ οἷον ἀνατειχίζοντα αὐτὴν, καὶ συνέχοντα πρὸς τὸ συνεστάναι. Ἀλλὰ πεσεῖται, φησί. Καταβαλεῖ γὰρ αὐτὸ Χριστὸς, καὶ καταβιβάσει μέχρις ἐδάφους, τοῦτ' ἔστιν, εἰς τὸ παντελὲς, καὶ ὁρῶμεν διὰ πραγμάτων εἰς πέρας ἐκβεβηκὸς τὸ προηγγελμένον. Πεπτώκασι γὰρ τεμένη, C καὶ τὰ ἐν σηκοῖς ἅπαντα γέγονεν ἐκποδών. Βωμοὶ δὲ οὐκέτι καὶ θυσίαι, καὶ γοητεῖαι, καὶ οἱ τὰ τῆς ἀπάτης ἐπιτηδεύοντες παίγνια. Πέπαυται δὲ πάντα διὰ Χριστὸν, καὶ ἀνατέταλκε τοῖς ἐπὶ τῆς γῆς τῆς ἀληθείας τὸ φῶς καὶ ὁ τῆς δικαιοσύνης ἀνισχόμενος ἥλιος τὰς τῶν πιστευόντων εἰς αὐτὸν καταφαιδρύνων καρδίας.

Τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ ᾄσονται τὸ ᾆσμα τοῦτο ἐπὶ γῆς τῆς Ἰουδαίας λέγοντες· Ἰδοὺ πόλις ὀχυρὰ, καὶ σωτήριον ἡμῶν θήσει τεῖχος καὶ περίτειχος.

Καταπατηθείσης γὰρ τῆς Μωαβίτιδος, τοῦτ' ἔστιν, ἀνῃρημένης εἰς ἅπαν τῆς τῶν εἰδώλων λατρείας, κατά γε τὸν ἤδη προαποδοθέντα νοῦν οἱ τῆς ἀπάτης ἀπηλλαγμένοι, καὶ πρὸς τὸ τῆς ἀληθείας διελάσαντες φῶς, τὸν τῆς διανοίας ἀνευρύνοντες ὀφθαλμὸν ἐπιγνώ- D σονται μὲν, φησὶ, τὸν τῶν ὅλων δημιουργὸν καὶ Κύριον Σωτῆρα καὶ Λυτρωτὴν, τὸν δι' οὗ τὰ πάντα, καὶ ἐν ᾧ τὰ πάντα, τὸν δι' ἡμᾶς καθιγμένον ἐν τοῖς καθ' ἡμᾶς. Ὠδὴν δὲ αὐτὴν καὶ μέλος καθάπερ ἐκ λύρας ἀνακρουόμενοι δοξολογοῦντες ἐροῦσιν· Ἰδοὺ πόλις ὀχυρὰ, καὶ σωτήριον ἡμῶν. Καὶ γάρ ἐστιν ἀληθῶς οἷά τις πόλις εὐπυργοτάτη καὶ ἀνάλωτος παντελῶς, ὁ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς ἤγουν ἡ εἰς αὐτὸν ἐλπίς. Δέχεται γὰρ τοὺς φεύγοντας τὴν τοῦ διαβόλου πλεονεξίαν, καὶ ἀνασώζει λαβών. Ταύτῃ τοι καὶ ἔφασκεν, ὅτι «Τὰ πρόβατα τὰ ἐμὰ τῆς φωνῆς μου ἀκούουσι, καὶ ἀκολουθοῦσί μοι· κἀγὼ δίδωμι αὐτοῖς ζωὴν αἰώνιον, καὶ οὐ μὴ ἁρπάσει τις ἐκ

[83] Joan. x, 26, 27.

τῆς χειρός μου αὐτά.» Πόλις τοιγαροῦν ὀχυρὰ, καὶ σωτήριος, ὁ πάντων Σωτὴρ, πόλις δὲ ἔχουσα τεῖχος καὶ περιέχουσα τεῖχος, τουτ' ἔστι, πᾶσαν ἀσφάλειαν. Αἱ γάρ τοι τῶν πόλεων εὖ μάλα τετειχισμέναι, καὶ οὐχ ἁπλῆν ἔχουσι τὴν περιβολὴν, ὠχύρωνται δὲ πρὸς τῷ μεγάλῳ τείχει, καὶ ἑτέρῳ προτειχίσματι. Εἰκὸς δὲ δὴ πάλιν τοὺς τὴν ᾠδὴν ἀναφέροντας περὶ τῆς τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν Ἐκκλησίας εἰπεῖν, τὸ, Ἰδοὺ πόλις ὀχυρὰ καὶ σωτήριον ἡμῶν. Πύλαι γὰρ ᾅδου οὐ κατισχύσουσιν αὐτῆς, κατὰ τὴν τοῦ Σωτῆρος φωνήν· διέζωσται γὰρ καθάπερ τείχει τινὶ διπλῷ ταῖς τε παρὰ τῶν ἁγίων ἀγγέλων ἐπικουρίαις· καὶ μέν τοι τῇ ἄνωθεν καὶ παρὰ Θεοῦ ὅς ἐστι περίτειχος. Καὶ γὰρ αὐτῶν ἐστιν ἡ ἰσχὺς τῶν ἁγίων πνευμάτων, ἐπείπερ ἐστὶν αὐτός τε καὶ μόνος ὁ τῶν ὅλων δυνάμεων Κύριος. Ἰστέον δὲ ὅτι παρὰ τοῖς ἱεροῖς Γράμμασι Ἰούδας ἔσθ' ὅτε κατωνόμασται Χριστὸς, ὡς ἐκ φυλῆς γεγονὼς τῆς Ἰούδα, κατά γε τὴν Ἰακὼβ φωνὴν λέγοντος· « Ἰούδα, σὲ αἰνέσουσιν οἱ ἀδελφοί σου. » Ἐπὶ γῆς οὖν Ἰούδα τὸ μελῳδούμενον. Χριστοῦ γὰρ πόλις ἡ Ἐκκλησία.

incolumitatem. Nam urbes optime cinctæ muris, non simplicem habent munitionem, et præter magnum murum etiam altero circummurali munimento obvallantur. **358** Estque præterea consentaneum veritati illos qui hanc odam decantant, de Ecclesia Servatoris nostri dicere illud : Ecce urbs munita et salutaris. Portæ enim inferorum contra eam non invalescent, juxta vocem Servatoris [84]. Est enim veluti quodam gemino muro circumcincta, cum sanctorum angelorum præsidio, tum superno et Dei, qui est propugnaculum. Est enim e ipsorum sanctorum spirituum robur : quippe qu solus est cunctarum potentiarum Dominus. Sciendum est etiam, in sacris Litteris Judam aliquando vocari Christum, veluti natum ex tribu Juda, juxta vocem Jacob, dicentis : « Juda, te laudabunt fratres tui [85]. » In terra igitur Juda, melos cantatum est. Christi enim civitas est Ecclesia.

Ἀνοίξατε πύλας, εἰσελθέτω λαὸς φυλάσσων δικαιοσύνην, καὶ φυλάσσων ἀλήθειαν, ἀντιλαμβανόμενος ἀληθείας, καὶ φυλάσσων εἰρήνην· ὅτι ἐπὶ σοὶ ἠλπίσαμεν, Κύριε, ἕως τοῦ αἰῶνος.

VERS. 2-4. *Aperite portas ; ingrediatur populus custodiens justitiam, et custodiens veritatem, apprehendens veritatem, et custodiens pacem ; quia in te speravimus, Domine, usque ad perpetuum.*

Ὡς ἐπεγνωκότων ἤδη τῶν ἀνὰ πᾶσαν τὴν γῆν τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν διωμολογηκότων τε, ὅτι πόλις ἔσται ὀχυρὰ καὶ σωτήριος, τεῖχος ἔχουσα καὶ περίτειχος, λοιπὸν ἀναγκαίως τοῖς ἁγίοις μυσταγωγοῖς, ἀποστόλοις τέ φημι καὶ εὐαγγελισταῖς διακελεύεται, λέγον τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον διὰ τῆς τοῦ προφήτου φωνῆς· Ἀνοίξατε πύλας· τοῦτ' ἔστιν, ἀγευρύνατε τοῖς ἐθέλουσι τὴν διὰ πίστεως εἰσβολὴν, τὴν διὰ τῆς ἀμωμήτου μυσταγωγίας δρομὴν, καὶ εἰσίτω λαὸς φυλάσσων δικαιοσύνην, καὶ φυλάσσων ἀλήθειαν. Τὸ γὰρ θεῖον καὶ εὐαγγελικὸν, καὶ σωτήριον κήρυγμα διδάσκει μὲν τοὺς πιστεύοντας τὴν ὑπὲρ νόμον δικαιοσύνην, βεβαίους δὲ εἶναι πρὸς ἀληθείας τήρησιν. Οὐ γὰρ ἔτι τὴν ἐν τύποις καὶ σκιαῖς εἰσφέρει λατρείαν, καθάπερ ἀμέλει καὶ ὁ παλαιὸς νόμος, ἀλλὰ τὴν ἐν πνεύματι καὶ ἀληθείᾳ· καὶ τοῦτό ἐστιν ἡ ἀλήθεια. Ἐπιλαμβάνεται δὲ ἀληθείας. Ἐφεῖται γὰρ, ὡς ἔφην, οὐ τῶν ἐν σκιαῖς, ἀλλὰ τῶν διὰ Χριστοῦ ὅς ἐστιν ἡ ἀλήθεια. Φυλάττονται δὲ καὶ εἰρήνην. Πῶς ἢ τίνα τρόπον; Εἰσδεχθεὶς γὰρ ὅλως παρὰ Χριστοῦ, καὶ τὴν ἀρχαίαν ἐκείνην καταλύσαι ἔχθραν· διειστήκει γὰρ αὐτοῦ πλανώμενος· ἀκλόνητος ἔσται προσκυνητής. Καὶ τοῦτο πληροῦν ἡμᾶς ὁ μακάριος Παῦλος ἀναπείθει γράφων· « Δικαιωθέντες οὖν ἐκ πίστεως εἰρήνην ἔχομεν πρὸς τὸν Θεὸν διὰ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ. » Ἐμαχόμεθα γὰρ τῷ Θεῷ τῇ κτίσει λατρεύοντες καὶ τοῖς τῆς σαρκὸς πάθεσιν ἐνεχόμενοι. Φίλοι δὲ καὶ εἰρηνικοὶ χρηματίζομεν αὐτῷ καὶ μόνῳ λέγοντες· Κύριε, ἐκτός σου ἄλλον οὐκ οἴδαμεν. Τὸ ὄνομά σου ὀνομάζομεν, καὶ πρός γε τούτῳ τῆς ἐξαιρέτου ζωῆς καὶ εὐαγγελικῆς πολιτείας οἷά τινα στέφανον ἀναδησάμενοι, τὰ αὐχήματα περὶ τῶν τοιούτων εἰκότως ἂν λέγοιτο διὰ τῆς τῶν ἁγίων

Cum agnoverint jam per universam terram Dominum nostrum Jesum Christum, eumque confessi fuerint urbem esse munitam et salutiferam, murum habentem et propugnaculum : deinceps peropportune sanctis mystagogis, apostolis, inquam, et evangelistis præcipit Spiritus sanctus voce prophetæ, dicens : Aperite portas, id est, patefacite aditum per fidem his qui volunt, et per inculpatam mysteriorum institutionem, ingressum, et ingrediatur populus custodiens justitiam et custodiens veritatem. Nam divina, et evangelica, et salvifica prædicatio docet credentes justitiam supra legem ut constanter veritatem retineant. Nec enim jam typicum aut umbratilem, sicut certe antiqua lex, sed spiritualem et verum cultum inducit : et hæc est veritas. Apprehendens veritatem. Nimirum appetit, ut dixi, non ea quæ in umbris sita sunt, sed quæ sunt per Christum, qui est veritas. Custodiens pacem. Qui aut quomodo? Nam omnino susceptus a Christo, et vetere illa inimicitia dirempta (errans enim ab illo dissidebat), immotus erit firmusque cultor. Hoc implere illum beatus Paulus nobis fidem facit, scribens : « Justificati igitur ex fide, pacem habemus apud Deum, per Dominum nostrum Jesum Christum [86]. » Repugnabamus enim Deo, **359** dum creaturæ serviremus, carnisque perturbationibus teneremur. Amici vero et pacati vocamur, ei soli dicentes : Domine, extra te alium non scimus, nomen tuum nominamus. Præterea vitæ præstantis, et evangelicæ conversationis ornamento, velut corona quadam, redimiti sunt. De quibus merito dici possit illud jactatum hac voce sanctorum ad Deum : In te, Domine, spe-

[84] Matth. XVI, 18. [85] Gen. XLIX, 8. [86] Rom. V, 1.

A ravimus usque in sæculum. Non enim unquam sperare in Deum desistent, sed potius de eo jugiter gloriabuntur.

Vers 5, 6. *Deus magne, æterne, qui humilians detraxisti habitantes in excelsis; urbes munitas destrues, et sternes ad terram usque. Et proculcabunt eos pedes mansuetorum, et humilium vestigia.*

De rebus valde admirabilibus solent sancti prophetæ gratias Deo omnium dominatori referre, et tanquam exsilire gaudio. Cujus ingenuitatis summæ argumentum evidens hoc esse poterit. Etenim impendio gaudent, videntes Dei gloriam amplificatam, et qui ei invident, impuros, inquam, dæmonas e medio sublatos, ad hæc Satanam quoque, B quos munitis urbibus comparat, et in excelsis habitare contendit. Alta enim sapiunt, et tument, ita ut contra manum Dei se efferant, putentque immaniter resistendo, se nihil passuros damni, sed regnum ubique in terræ incolas obtenturos. Verum tu, inquit, et solus Deus magnus es et æternus, idque adeo ex rebus ipsis demonstrasti; humiliando enim, eos qui in excelsis erant deduxisti, id est, superborum robur conquassasti, elatos licet et arrogantes ad terram depressisti, et quasi urbes munitas excidisti funditus. Hoc enim est, usque ad terram. Dedistique eos conculcandos pedibus mansuetorum et humilium. Qui autem sunt isti? annon oraculorum Servatoris custodes? qui Dominum suum imitari student, acclamantem et dicentem: C « Venite ad me, omnes qui laboratis et onerati estis, et ego refocillabo vos. Tollite jugum meum super vos, et discite a me, quia mitis sum et humilis corde, et invenietis requiem animabus vestris [57]. » Rursus memores sumus ejus qui dixit: « Ecce dedi vobis potestatem **360** calcandi super serpentes et scorpiones, et super omnem inimici potentiam [58]. » Calcatus est enim draco apostata, et super aspidem et basiliscum incedimus, qui in auxilio Altissimi habitare volumus, esseque sub umbraculo Dei cœlestis, Christi videlicet; nam in cœlo adoratur. « Quando enim, inquit, primogenitum inducit in orbem terrarum, ait: Et adorent eum omnes angeli Dei [59]. »

φωνῆς πρὸς Θεόν, ὅτι Ἐπὶ σοὶ ἠλπίσαμεν, Κύριε, ἕως τοῦ αἰῶνος. Οὐ γὰρ καταλήξουσι τῆς εἰς Θεὸν ἐλπίδος, διηνεκῶς δὲ μᾶλλον ἐπ' αὐτῷ καυχήσονται.

Ὁ Θεὸς ὁ μέγας, ὁ αἰώνιος, ὃς ταπεινώσας κατήγαγες τοὺς ἐνοικοῦντας ἐν ὑψηλοῖς· πόλεις ὀχυρὰς καταβαλεῖς, καὶ κατάξεις αὐτὰς ἕως ἐδάφους. Καὶ πατήσουσιν αὐτὰς πόδες πραέων, καὶ ταπεινῶν ἴχνη.

Ἐπὶ πράγμασι τοῖς ἄγαν τεθαυμασμένοις, ἀνακομίζειν ἔθος τοῖς ἁγίοις προφήταις τὰ χαριστήρια τῷ πάντων κρατοῦντι Θεῷ, καὶ οἷον ἀνασκιρτᾷν ἐκ περιχαρείας. Γνησιότητος δὲ τῆς εἰς ἄκρον ἐπίδειξις ἐναργὴς γένοιτ' ἂν τὸ χρῆμα αὐτοῖς. Χαίρουσι γὰρ λίαν κατευρυνομένην ὁρῶντες τὴν τοῦ Θεοῦ δόξαν καὶ τοὺς ταύτῃ βασκαίνοντας ἐκ μέσου γεγενημένους· φημὶ δὴ τοὺς ἀκαθάρτους δαίμονας, καὶ πρός γε τούτοις τὸν Σατανᾶν· οὓς καὶ πόλεσιν ὀχυραῖς παρεικάζει, καὶ κατοικεῖν ἐν ὑψηλοῖς διεβεβαιώσατο. Φρόνημα γὰρ ἐν αὐτοῖς ὑψηλόν πως ἀεὶ καὶ ὑπέρογκον, ὥστε καὶ αὐτῆς τῆς τοῦ Θεοῦ κατεπαίρεσθαι χειρός, οἴεσθαί τε προσκεκρουκότας ἀγρίως, ἀδικηθήσεσθαι μὲν οὐδέν, βασιλεύειν δὲ διὰ παντὸς τῶν ἐπὶ τῆς γῆς. Ἀλλὰ σύ, φησί, καὶ μόνος Θεὸς ὁ μέγας αἰώνιος· καὶ ἐξ αὐτῶν τοῦτο δέδειχας τῶν πραγμάτων· ταπεινώσας γὰρ κατήγαγες τοὺς ἐνοικοῦντας ἐν ὑψηλοῖς. Τοῦτ' ἔστι, κατέσεισας τὴν τῶν ὑπερηφάνων ἰσχύν, ὑψηλοὺς ὄντας, καὶ ἀλαζόνας κατεκόμισας εἰς γῆν, καὶ ὡς πόλεις ὄντας ὀχυρὰς ἐκ βάθρων καθεῖλες. Τοῦτο γὰρ τὸ ἕως ἐδάφους. Δέδωκάς τε αὐτοὺς εἰς καταπάτημα τοῖς ποσὶ τῶν πραέων, καὶ ταπεινῶν. Τίνες δὲ οὗτοι πάλιν, ἢ οἱ τῶν τοῦ Σωτῆρος θεσπισμάτων γνήσιοι φύλακες; οἱ τὸν ἑαυτῶν Δεσπότην ἀπομιμεῖσθαι σπουδάζοντες ἐπιφωνῶντα καὶ λέγοντα· « Δεῦτε πρός με, πάντες οἱ κοπιῶντες καὶ πεφορτισμένοι, κἀγὼ ἀναπαύσω ὑμᾶς. Ἄρατε τὸν ζυγόν μου ἐφ' ὑμᾶς, καὶ μάθετε ἀπ' ἐμοῦ ὅτι πρᾶός εἰμι, καὶ ταπεινὸς τῇ καρδίᾳ, καὶ εὑρήσετε ἀνάπαυσιν ταῖς ψυχαῖς ὑμῶν. » Μεμνήμεθα δὲ πάλιν εἰπόντος αὐτοῦ· « Ἰδοὺ δέδωκα ὑμῖν πατεῖν ἐπάνω ὄφεων καὶ σκορπίων, καὶ ἐπὶ πᾶσαν τὴν δύναμιν τοῦ ἐχθροῦ. » Πεπάτηται γὰρ ὁ δράκων ὁ ἀποστάτης· καὶ ἐπ' ἀσπίδα καὶ βασιλίσκον ἐπέβημεν, οἱ κατοικεῖν ἐθέλοντες ἐν βοηθείᾳ τοῦ Ὑψίστου, καὶ ὑπὸ τὴν σκέπην γεγονότες τοῦ Θεοῦ τοῦ οὐρανοῦ, δῆλον δὲ ὅτι Χριστοῦ, προσκυνεῖται γὰρ ἐν οὐρανῷ· « Ὅταν γάρ, φησίν, εἰσαγάγῃ τὸν πρωτότοκον εἰς τὴν οἰκουμένην, λέγει· Καὶ προσκυνησάτωσαν αὐτῷ πάντες ἄγγελοι Θεοῦ. »

D Vers. 7, 8. *Via piorum recta facta est, et præparata via piorum. Via enim Domini judicium. Speravimus in nomine tuo, et in memoria quam desideravit anima nostra.*

Beatus propheta Jeremias evangelicæ conversationis et justitiæ in Christo meminit, dicens veritatis amatoribus: « State in viis, et interrogate semitas Domini æternas, et videte quæ sit via bona, et incedite in ea, et invenietis purificationem animabus vestris [60]. » Semitæ enim et viæ

Ὁδὸς εὐσεβῶν εὐθεῖα ἐγένετο, καὶ παρεσκευασμένη ἡ ὁδὸς τῶν εὐσεβῶν. Ἡ γὰρ ὁδὸς Κυρίου κρίσις. Ἠλπίσαμεν ἐπὶ τῷ ὀνόματί σου, καὶ ἐπὶ τῇ μνείᾳ ᾗ ἐπεθύμει ἡ ψυχὴ ἡμῶν.

Ὁ μακάριος προφήτης Ἱερεμίας, τῆς εὐαγγελικῆς πολιτείας, καὶ τῆς ἐν Χριστῷ δικαιοσύνης διαμέμνηται, λέγων τοῖς ἀληθείας ἐρασταῖς· « Στῆτε ἐπὶ ταῖς ὁδοῖς, καὶ ἐρωτήσατε τρίβους Κυρίου αἰωνίους, καὶ ἴδετε ποία ἐστὶν ἡ ὁδὸς ἡ ἀγαθή, καὶ βαδίσατε ἐν αὐτῇ, καὶ εὑρήσετε ἁγνισμὸν ταῖς ψυχαῖς ὑμῶν. » Τρί-

[57] Matth. xi, 28, 29. [58] Luc x, 19. [59] Hebr. i, 6. [60] Jerem. vi, 16.

6οι μὲν γὰρ καὶ ὁδοὶ Κυρίου τῶν ἁγίων προφητῶν οἱ λόγοι, καὶ τῆς διὰ Μωσέως ἐντολῆς, ἡ ὡς ἐν σκιᾷ καὶ τύποις προαγόρευσις μυστηρίου τοῦ κατὰ Χριστόν. Ταυτασὶ τοιγαροῦν τὰς τρίβους διερευνώμενοι μανθάνομεν τὴν ὁδὸν τὴν ἀγαθήν, τοῦτ' ἔστι, τὴν ἐν Χριστῷ πολιτείαν· βαδίσαντες ἐν αὐτῇ ταῖς ἑαυτῶν ψυχαῖς, τὸν ἀληθῆ καὶ διὰ πνεύματος ἁγνισμὸν εὑρήσομεν. Εὐθεῖαν τοίνυν φησὶ γενέσθαι τῶν εὐσεβῶν τὴν ὁδὸν, πῶς γὰρ οὐχ εὐθεῖα καὶ ἄτραχυς, καὶ οὐδὲν ἔχουσα παντελῶς ἄναντες, ὅτε τὸ ῥῆμα τῆς πίστεως λέγοντες δικαιούμεθα, καὶ τὴν διὰ τοῦ ἁγίου βαπτίσματος καταπλουτοῦμεν κάθαρσιν; Εὐθεῖα δὲ καὶ ἑτέρως ἡ τῶν εὐσεβούντων ὁδός. Ἀνῃρημένων γὰρ τῶν ἐχθρῶν, καὶ καθῃρημένης τῆς τοῦ διαβόλου πλεονεξίας καὶ πάσης δυσχερείας ἐψιλωμένης, τί τὸ ἀνθεστηκὸς ἔτι, καὶ παραλύειν δυνάμενον τῆς εὐσεβείας τοὺς ἐραστάς; Θέα δὲ ὅπως καταλειανθείσης τῆς τῶν εὐσεβούντων ὁδοῦ τρόπον τινὰ τῶν ἐν τύποις καὶ σκιαῖς ἀνατροπὴν ἔσεσθαί φησι. Ἐπιφέρει γὰρ οὐχ ἁπλῶς, τὸ, Ἡ ὁδὸς Κυρίου κρίσις· τουτέστιν, οὐ μόσχων προσαγωγαὶ, οὐ προβάτων σφαγαὶ, οὐ πόπανα καὶ λιβανωτοί· κρίσις δὲ μᾶλλον, τοῦτ' ἔστι, δικαιοσύνη. Ἔθος γὰρ τῇ θεοπνεύστῳ Γραφῇ τῷ τῆς κρίσεως ὀνόματι τὴν δικαιοσύνην ὑποδηλοῦν. Καθάπερ ἀμέλει καὶ ὁ μακάριος Δαβίδ· «Τιμὴ, φησὶ, βασιλέως κρίσιν ἀγαπᾷ, » τοῦτ' ἔστιν, τὴν δικαιοσύνην· ἐν τιμῇ γὰρ τῇ παρὰ Θεῷ καὶ ἀνθρώποις πᾶσά ἐστι βασιλεία φιλοῦσα δικαιοσύνην. Οὐκοῦν ἡ ὁδὸς Κυρίου κρίσις. Χαίροντας δὲ λίαν εἰσκομίζει πάλιν τοὺς τὴν εὐθεῖαν ταύτην βαδιουμένους ὁδόν· φασὶ γὰρ, ὅτι Ἠλπίσαμεν ἐπὶ τῷ ὀνόματί σου, καὶ ἐπὶ τῇ μνείᾳ ᾗ ἐπεθύμει ἡ ψυχὴ ἡμῶν. Πᾶσα γὰρ ἡμῶν ἡ ἐλπὶς εἰς Χριστὸν, οὗ καὶ ἀεὶ μεμνήμεθα, ταύτην ἔχοντες τὴν ἐπιθυμίαν, ὅτι καὶ δι' αὐτῆς σεσώσμεθα.

Ἐκ νυκτὸς ὀρθρίζει τὸ πνεῦμά μου πρὸς σὲ, ὁ Θεὸς, διότι φῶς τὰ προστάγματά σου ἐπὶ τῆς γῆς.

Νύκτα καλεῖ, τὸν πρὸ τῆς ἐνανθρωπήσεως τοῦ Κυρίου καιρόν· ὄρθρον δὲ τὴν προφητικὴν πρόγνωσιν· φῶς δὲ ἀληθινὸν τὸ Εὐαγγέλιον τοῦ ἡλίου τῆς δικαιοσύνης Χριστοῦ, ὃ καὶ τῆς ἁπανταχοῦ γῆς μαθεῖν ἐγκελεύεται. Καὶ γὰρ οὐχ ἀπὸ φύσεώς φησι τὸ μαθεῖν, ὥσπερ τὸ βλέπειν ἢ τὸ βαδίζειν, ἀλλ' ἀπὸ σπουδῆς καὶ ἐπιμελείας. Ὁ δὲ μὴ μαθὼν ἐκ ζώντων ἀρθήσεται, καὶ τὴν δόξαν Χριστοῦ οὐκ ὄψεται. Οἱ λέγοντες· Ἠλπίσαμεν ἐπὶ τῷ ὀνόματί σου, καὶ ἐπὶ τῇ μνείᾳ, ᾗ ἐπεθύμει ἡ ψυχὴ ἡμῶν προσεπάγουσιν ἀναγκαίως καὶ τοῦτο. Τὸν γάρ τοι θεῖον εἰς νοῦν εἰσοικισάμενοι φωτισμὸν, καὶ τῆς ἀρχαίας ἀπάτης τὸν σκότον ἀποπεμψάμενοι, καὶ τὴν τῆς ἁμαρτίας ἀχλὺν κατηφανισμένην ὁρῶντες, ἀναφέρουσιν ᾠδὰς τὰς χαριστηρίους, καθάπερ ἐκ νυκτὸς, καὶ σκότους ὀρθρίζειν λέγοντες, οἷον διαυγαζούσης ἐν αὐταῖς τῆς νοητῆς ἡμέρας, καὶ ἑωσφόρου λοιπὸν ἀνατέλλοντος ἐν ταῖς καρδίαις αὐτῶν, καθὰ γέγραπται. Τοῖς τοιούτοις καὶ ὁ θεσπέσιος Παῦλος ἐπιστέλλει, καί φησιν· « Οἱ ποτὲ σκότος, νῦν δὲ φῶς ἐν Κυρίῳ. » Καὶ μὴν καὶ ἑτέρωθι· « Οὐ γὰρ

A Domini sunt sermones sanctorum prophetarum, et Mosaicæ præceptionis mysteriique de Christo velut in umbra et figuris prædictio. Itaque has semitas pervestigantes, viam bonam discimus, id est, Christianæ vitæ institutionem, et incedentes in ea nostris animabus veram et spiritualem purificationem inveniemus. Rectam ergo piorum viam factam dicit. Qui enim non esset recta ac plana, nihilque omnino habens prærupti, quando, verbum fidei dicentes, justificamur : et per sacrosanctum baptisma abunde ac perfecte repurgamur. Recta vero est et alio modo via piorum. Nam sublatis hostibus, et amota diaboli tyrannide, omnique difficultate expedita, quid est quod obsistat amplius, aut quod pietatis amantes possit labefactare? Specta autem, B quomodo via piorum quodammodo levigata typicorum et umbratilium eversionem fore dicat. Infert enim non simpliciter illud : Via Domini judicium, id est, non vitulorum oblationes, non ovium mactationes, non liba, aut thura, sed judicium potius, id est, justitia. Mos enim est Scripturæ divino afflatu præditæ, judicii nomine justitiam subindicare, quemadmodum etiam et beatus David : « Honor, inquit, regis judicium diligit [61], » id est, justitiam. In honore namque est, tum apud Deum, **361** tum apud homines, omne regnum diligens justitiam. Itaque via Domini judicium. Rursus inducit eos oppido quam gaudentes, qui rectam hanc viam ingrediuntur. Dicunt enim : Speravimus in nomine C tuo, et in memoria quam desiderat anima nostra. Omnis siquidem spes nostra in Christum conjecta est, cujus sumus etiam semper memores, hoc habentes desiderium, quia et inde servati sumus.

Vers. 9. *De nocte vigilat spiritus meus ad te, Deus, propterea quod lux præcepta tua super terram.*

Noctem vocat tempus quod incarnationem præcessit : mane autem propheticam prænotionem, lucem autem veram, Evangelium solis justitiæ Christi, quod ubique terrarum disci præcipitur. Nec enim a natura disci ait quemadmodum natura videmus aut incedimus, sed cura et studio. Qui vero non didicerit, de medio vivorum tolletur, et Christi gloriam D non videbit. Qui dicunt : Speravimus in nomine tuo et in memoria quam concupivit anima nostra, adducunt porro necessario et illud. Divino enim lumine in mentem velut domicilium admisso, et inveterata erroris caligine amandata, cum peccati nubem amotam conspicantur, odas gratiarum referunt, quasi de nocte et ex tenebris evigilare ac surgere mane dicentes, elucente in illis, quæ sub mentis notionem cadit, die, et lucifero denuo exoriente in cordibus eorum, sicut scriptum est. Talibus etiam divinus Paulus missa epistola ait : « Qui quondam tenebræ, nunc autem lux in Domino [62]. » Et alibi : « Nec enim sumus noctis aut tenebrarum, sed lucis

[61] Psal. XCVIII, 4. [62] Ephes. v, 8.

filii et filii diei [63]. » Illustratur siquidem credentium mens evangelicis vaticiniis. Hinc dicit etiam divinus David, velut ad Dominum nostrum Jesum Christum : « Lucerna pedibus meis lex tua, et lumen semitis meis [64]. » Caligine etenim velut et obumbrationibus nimirum litteræ, sapientissimi Mosis lex quasi incrassata est. Sed in evangelicis præconiis, nuda et pellucida veritatis forma apparet, et mentem exhilarat piorum sensibus instar luminis infusum.

A ἐσμεν νυκτὸς, οὐδὲ σκοτους, ἀλλὰ υἱοὶ φωτὸς, καὶ υἱοὶ ἡμέρας. » Καταλαμπρύνεται γὰρ τῶν πιστευόντων ὁ νοῦς τοῖς εὐαγγελικοῖς θεσπίσμασι. Ταύτῃ τοί φησι καὶ ὁ θεσπέσιος Δαβὶδ ὡς πρὸς τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστόν· « Λύχνος τοῖς ποσί μου ὁ νόμος σου, καὶ φῶς τοῖς τρίβοις μου. » Ἀχλύϊ μὲν γὰρ οἱονεί πως καὶ κατασκιάσμασι τοῖς ἀπό γέ φημι τοῦ γράμματος, ὁ διὰ τοῦ πανσόφου Μωσέως κατεπαχύνετο νόμος. Ἐν δέ γε τοῖς εὐαγγελικοῖς κηρύγμασι γυμνὸν καὶ διαφανὲς τὸ τῆς ἀληθείας ἐκφαίνεται κάλλος, καὶ καταφαιδρύνει τὸν νοῦν ταῖς τῶν εὐσεβούντων διανοίαις φωτὸς δίκην εἰσχεόμενον.

VERS. 10. *Justitiam discite qui inhabitatis terram. Cessavit enim impius. Omnis qui* **362** *non didicerit justitiam in terra, veritatem non faciet. Tollatur impius, ne videat gloriam Domini.*

Δικαιοσύνην μάθετε, οἱ ἐνοικοῦντες ἐπὶ τῆς γῆς. Πέπαυται γὰρ ὁ ἀσεβής. Πᾶς ὃς οὐ μὴ μάθῃ δικαιοσύνην ἐπὶ τῆς γῆς, ἀλήθειαν οὐ μὴ ποιήσῃ. Ἀρθήτω ὁ ἀσεβής, ἵνα μὴ ἴδῃ τὴν δόξαν Κυρίου. B

Dixit alicubi voce prophetæ Deus : « Et erunt omnes docti a Deo [65]. » Vide ergo quo pacto in his verbis sermo nobis inducat Christum fuisse veluti mystagogum quemdam gentibus in ipsum credentibus. Nam qui semel agnoverunt ejus præcepta lucem esse super terram his oportuit ; oportuit, inquam, cognitionem ejus quod est utile, ab eo inseri. « O vos, » inquit, « qui inhabitatis terram, discite justitiam. » Similis est illi vox Davidica : « Audite hæc omnia, gentes; aures advertite, omnes qui inhabitatis orbem terrarum [66]. » Lex siquidem quæ in littera est, rudimentis solum carnalem Israelem informavit. Dominus autem noster Jesus Christus, mansuetudinis lino expanso, terram universam sub cœlo quasi illaqueavit. Merito igitur illis qui universam terram incolunt, consulit, dicens : Justitiam ab illo dictam, id est, evangelicam eis discendam esse. Quod autem damno non careat, illius sermonibus non obtemperare, adjungit porro et ait : Cessavit enim impius. Omnis qui non discit justitiam in terra, veritatem non facit. Abibit enim, inquit, in exitium et interitum, ac velut exstinguetur. Istud enim puto significare, Cessavit. Omnis qui non admiserit justitiæ evangelicæ cognitionem, et qui veritatem non fecerit. Veritatem rursus hic vim Christianæ conversationis appellat, adorationemque ac cultum in spiritu atque veritate. Umbram enim habens lex futurorum bonorum, et non ipsam rerum imaginem, non erat veritas. Christus autem, illiusque vaticinia, justitia et veritas non immerito possint intelligi, illudque, puto, dicendum est : Factus est nobis a Patre justitia Christus, estque præterea veritas. Discite igitur justitiam, inquit, et veritatem : nimirum, eum qui vere Filius est, et universorum opifex ac Dominus, agnoscite. Tolletur quippe et exterminabitur omnis impius, ne videat gloriam Domini. Ejusmodi est illud quo Christus Judaicum populum alloquitur : « Amen, amen dico vobis, quia si non credideritis quod ego sum, in peccatis vestris moriemini [67]. » Et rursus : « Qui credit in Filium, non judicatur. Qui autem non credit, jam iudicatus est, quia non credi-

Ἔφη που ὁ Θεὸς διὰ φωνῆς προφήτου· « Καὶ ἔσονται πάντες διδακτοὶ Θεοῦ. » Ὅρα δὴ οὖν ὅπως ἐν τούτοις ἡμῖν ὁ λόγος μυσταγωγὸν ὥσπερ τινὰ τοῖς ἐξ ἐθνῶν πιστεύσασιν αὐτὸν εἰσκομίζει γεγονότα Χριστόν. Ἔδει γάρ, ἔδει τοῖς ἅπαξ ἐπεγνωκόσιν, ὅτι φῶς εἰσι τὰ προστάγματα αὐτοῦ ἐπὶ τῆς γῆς, τὴν τοῦ συμφέροντος εἴδησιν ἐνίεσθαι παρ' αὐτοῦ. « Ὦ τοίνυν, φησὶν, οἱ κατοικοῦντες ἐπὶ τῆς γῆς μάθετε δικαιοσύνην. » Ἔοικε δὲ τοῦτο τῷ διὰ φωνῆς τοῦ Δαβίδ· « Ἀκούσατε ταῦτα, πάντα τὰ ἔθνη· ἐνωτίσασθε, πάντες οἱ κατοικοῦντες τὴν οἰκουμένην. » Ὁ μὲν γὰρ ἐν γράμμασι νόμος πεπαιδαγώγηκε μόνον τὸν κατὰ σάρκα Ἰσραὴλ, ὁ δέ γε Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς C τὸ τῆς ἡμερότητος ἁπλώσας λῖνον ὅλην σεσαγήνευκε τὴν ὑπ' οὐρανόν. Εἰκότως οὖν ἄρα καὶ τοῖς ἀνὰ πᾶσαν τὴν γῆν συμβουλεύει, λέγων, ὅτι Χρὴ μανθάνειν αὐτοὺς, τὴν δι' αὐτοῦ λαληθεῖσαν δικαιοσύνην, τοῦτ' ἔστι, τὴν εὐαγγελικήν. Ὅτι δὲ τὸ ἀπειθεῖν τοῖς παρ' αὐτοῦ λόγοις οὐκ ἀζήμιον, προσεπάγει καί φησι· Πέπαυται γὰρ ὁ ἀσεβής. Πᾶς ὃς οὐ μὴ μάθῃ δικαιοσύνην ἐπὶ τῆς γῆς ἀλήθειαν οὐ μὴ ποιήσῃ, οἰχήσεται γὰρ, φησὶν, εἰς ὄλεθρον καὶ ἀπώλειαν, καὶ οἷον ἀποσβεσθήσεται. Τοῦτο γὰρ οἶμαι τὸ Πέπαυται δηλοῦν. Πᾶς εἴ τις μὴ προσδέξηται τῆς δικαιοσύνης τῆς εὐαγγελικῆς τὴν εἴδησιν, καὶ ὃς ἂν μὴ ποιήσῃ τὴν ἀλήθειαν. Ἀλήθειαν δὲ πάλιν ἐν τούτοις τῆς ἐν Χριστῷ πολιτείας ἀποκαλεῖ τὴν δύναμιν, καὶ τὴν ἐν πνεύματί τε καὶ ἀληθείᾳ προσκύνησιν, καὶ λατρείαν. Σκιὰν γὰρ D ἔχων ὁ νόμος τῶν μελλόντων ἀγαθῶν, καὶ οὐκ αὐτὴν τὴν εἰκόνα τῶν πραγμάτων, οὐκ ἦν ἀλήθεια. Χριστὸς δὲ καὶ τὰ αὐτοῦ θεσπίσματα νοοῖτ' ἂν εἰκότως δικαιοσύνη καὶ ἀλήθεια. Οἶμαι δὲ δεῖν κἀκεῖνο εἰπεῖν, Γέγονεν ἡμῖν παρὰ τοῦ Πατρὸς δικαιοσύνη Χριστὸς, ἔστι δὲ πρὸς τούτῳ καὶ ἀλήθεια. Μάθετε τοίνυν τὴν δικαιοσύνην, φησὶ, καὶ τὴν ἀλήθειαν· τοῦτ' ἔστιν, ἐπίγνωτε τὸν ἀληθῶς Υἱὸν καὶ τὸν ὅλων δημιουργὸν καὶ Κύριον. Ἀρθήσεται γὰρ καὶ ἐκ μέσου γενήσεται πᾶς ὁ ἀσεβὴς, ἵνα μὴ ἴδῃ τὴν δόξαν Κυρίου. Τοιοῦτόν ἐστι τὸ δι' αὐτοῦ τοῦ Χριστοῦ τοῖς Ἰουδαίων δήμοις προσπεφωνημένον· « Ἀμὴν, ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ὅτι ἐὰν μὴ πιστεύσητε ὅτι ἐγώ εἰμι, ἐν ταῖς ἁμαρτίαις

[63] I Thess. v, 5. [64] Psal. cxviii, 105. [65] Isa. liv, 13; Joan. vi, 45. [66] Psal. xlviii, 2. [67] Joan. viii, 24.

ὑμῶν ἀποθανεῖσθε. » Καὶ πάλιν· « Ὁ πιστεύων εἰς A τὸν Υἱὸν οὐ κρίνεται, ὁ δὲ μὴ πιστεύων, ἤδη κέκριται, ὅτι μὴ πεπίστευκεν εἰς τὸ ὄνομα τοῦ μονογενοῦς Υἱοῦ τοῦ Θεοῦ. » Ὁ δὲ ἅπαξ κατακεκριμένος, καὶ ταῖς ἰδίαις ἐναποθανὼν ἁμαρτίαις, πῶς ἂν ἴδοι τὴν δόξαν Κυρίου; Οὐ γὰρ συνέσται Χριστῷ, καὶ τῆς παρ' αὐτοῦ δόξης κατ' οὐδένα τρόπον μετεσχηκὼς, τὸν τῶν ἁγίων οὐκ ὄψεται κλῆρον.

Κύριε, ὑψηλός σου ὁ βραχίων, καὶ οὐκ ᾔδεισαν· γνόντες δὲ αἰσχυνθήσονται. Ζῆλος λήψεται λαὸν ἀπαίδευτον, καὶ νῦν πῦρ τοὺς ὑπεναντίους ἔδεται.

Ἀπειλοῦντος Θεοῦ τοῖς μὴ μανθάνουσι δικαιοσύνην, καὶ τοῖς μὴ ποιοῦσι τὴν ἀλήθειαν· κατά γε τοὺς ἀρτίως ἡμῖν προαποδοθέντας λόγους εἰς ἀνάμνησιν ὁ προφήτης ἔρχεται τῆς τοῦ Ἰσραὴλ ἀγνοίας τε ἅμα B καὶ ἀπειθείας. Ὁ μὲν γὰρ τῶν ὅλων δημιουργὸς Θεὸς Λόγος, ὁ παναλκὴς τοῦ Πατρὸς βραχίων, δι' οὗ τὰ πάντα προήχθη πρὸς γένεσιν, ἐν μορφῇ καὶ ἰσότητι τοῦ Πατρὸς ὑπάρχων ἑαυτὸν καθῆκεν εἰς ἑκούσιον κένωσιν, καὶ τεταπείνωκεν ἑαυτὸν, καθὰ γέγραπται, γενόμενος ἄνθρωπος, ἵνα δικαιώσῃ τοὺς ἐπὶ τῆς γῆς, διὰ πίστεως δὲ δηλονότι τῆς εἰς ἑαυτόν· καὶ εἰργάζετο μὲν τὰ ὑπὲρ λόγον, καὶ διὰ τῆς τῶν δρωμένων μεγαλοπρεπείας, ὅτι καὶ Θεὸς καὶ ἐκ Θεοῦ κατὰ φύσιν ἐστὶν, ἠξίου γνωρίζεσθαι, λέγων· « Εἰ οὐ ποιῶ τὰ ἔργα τοῦ Πατρός μου, μὴ πιστεύετέ μοι· εἰ δὲ ποιῶ, κἂν ἐμοὶ μὴ πιστεύητε, τοῖς ἔργοις πιστεύετε. » Εἰ δὲ καί τοι τῶν οὕτω τεθαυμασμένων θεωροὶ γεγονότες, καὶ τῶν παρ' αὐτοῦ λόγων αὐτήκοοι, σκληροὶ C καὶ ἀνουθέτητοι μεμενήκασι, μᾶλλον δὲ καὶ ἀπύλωτον ἐσχήκασι στόμα. Τετολμήκασι γὰρ Σαμαρείτην, καὶ μέθυσον καὶ τέκτονος υἱὸν, καὶ τὰ ἔτι τούτων ἀπηχέστερα δυσσεβοῦντες εἰπεῖν. Ταῦτα τοίνυν διὰ τῆς τοῦ Πνεύματος δᾳδουχίας προεγνωκὼς ὁ προφήτης ποιεῖται τοὺς λόγους πρὸς τὸν ἐν τοῖς οὐρανοῖς Πατέρα καὶ Θεὸν, καί φησι, Κύριε, ὑψηλός σου ὁ βραχίων, καὶ οὐκ ᾔδεισαν. Τῇ μὲν γὰρ ἀξίᾳ τῆς ἰδίας ὑπεροχῆς, καὶ ὡς ἐν δόξῃ τῇ θεοπρεπεῖ, μέγας καὶ ὑψηλός· καὶ μέν τοι καὶ παναλκής ἐστιν ὁ βραχίων τοῦ Πατρὸς, τοῦτ' ἔστιν, ὁ δι' οὗ τὰ πάντα γέγονε Θεὸς Λόγος. Ἐπειδὴ δὲ ὤφθη μετὰ σαρκὸς ἠγνοήκασιν αὐτοῦ τὴν δόξαν. Πλὴν αἰσχυνθήσονται, φησὶν, εἰ μάθοιεν αὐτὸν ὄντα δηλονότι τὸν ζωοποιὸν τοῦ Θεοῦ Λόγον. Ἔμαθον δὲ τίνα τρόπον; Αὐτοὶ μὲν γὰρ τὸν ἀρχηγὸν D τῆς σωτηρίας ἀπεκτείνασι, καὶ τὸν ἅγιον τοῦ Ἰσραὴλ ἠρνήσαντο, καθάπερ φησὶν ὁ θεσπέσιος Πέτρος. Ἐπειδὴ δὲ τὰ τοῦ θανάτου δεσμὰ διαῤῥήξας τριήμερος ἀνεβίω Χριστὸς, καὶ τοῦτο ἐγνώκασιν οἱ τῶν Ἰουδαίων μάλιστα καθηγηταὶ, τότε δὴ, τότε καὶ κατῃσχύνθησαν, καὶ γοῦν δεδιότες μὴ ἄρα πως ἔκπυστον εἰς ἅπαντας τὸ τῆς ἀναστάσεως γένοιτο μυστήριον, ἀργύρια ἱκανὰ δεδώκασι τοῖς στρατιώταις, καθὰ γέγραπται· ἵνα εἴπωσιν ὅτι « Οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ νυκτὸς ἐλθόντες ἔκλεψαν αὐτόν. » Αἰσχυνθήσονται δὲ καὶ καθ' ἕτερον τρόπον. Ὅταν γὰρ ἴδωσιν αὐτὸν ἐν τῇ συντελείᾳ τοῦ αἰῶνος ἐρχόμενον ἐν τῇ δόξῃ τοῦ Πατρὸς μετὰ τῶν ἀγγέλων, τότε καὶ ἐντροπὴν ἕξουσι τὴν

dit in **363** nomen unigeniti Filii Dei [68-69]. » Qui autem semel condemnatus est, propriisque peccatis immortuus, qui poterit gloriam Domini videre? Non enim erit cum Christo, ejusque gloriæ nullo modo particeps, sanctorum sortem non videbit.

VERS. 11. *Domine, excelsum tuum brachium, et non cognoverunt : cum vero sciverint, erubescent. Æmulatio apprehendet populum ineruditum, et nunc ignis adversarios comedet.*

Cum Deus sit comminatus illis qui justitiam non discunt, et veritatem non faciunt, juxta verba jam ante a nobis exposita, propheta in mentionem Israeliticæ ignorationis simul et inobedientiæ incidit. Nam universorum opifex Deus Verbum, fortissimum Patris brachium, per quem omnia in lucem ortumque producuntur, in forma et æqualitate Patris exsistens, sese ad voluntariam exinanitionem demisit, seque ipse humiliavit, ut scriptum est, factus homo, ut eos qui in terra sunt justificaret, per fidem scilicet in ipsum : ac quæ orationem excedunt, operatus est, et cum Deus, et ex Deo natura esset, ex rerum gestarum magnitudine dignatus est innotescere, inquiens : « Si non facio opera Patris mei, nolite mihi credere : si facio, etsi mihi non creditis, operibus credite [70]. » At isti rerum tam mirabilium spectatores, ejusque sermonum auditores ipsissimi, præfracti tamen et admonitionis impatientes remanserunt, imo potius oris sui fores patulas effrenesque habuerunt. Nam Samaritanum eum, et ebriosum, et fabri filium, et nominibus adhuc odiosioribus impii audebant appellare. Cum hæc face spiritus præscivisset propheta, verba hæc ad Patrem ac Deum in cœlis facit, et inquit : Domine, excelsum tuum est brachium, et non cognoverunt. Etenim ex suæ præstantiæ dignitate, et velut ex divina gloria magnus et excelsus est, et prævalidum Patris brachium, nimirum per quem fiunt omnia Deus Verbum. Postquam autem in carne apparuit, ejus ignoraverunt gloriam. Verum erubescent, inquit, ubi eum didicerint esse, videlicet vivificum Dei Verbum. Didicerunt autem quomodo? Nam ipsi principem salutis interfecerunt, et sanctum Israel negaverunt, sicut ait divinus Petrus [71]. Posteaquam autem vincula mortis dirupisset, tertia die revixit: **364** quod Judæorum maxime doctores resciverunt. Tunc, tunc sane erubuerunt, et veriti nequando resurrectionis mysterium in vulgus percelebraretur, multum argentum dederunt militibus, sicut scriptum est, ut dicerent : « Discipuli ejus noctu venientes furati sunt illum [72]. » Erubescent etiam alio modo. Quando enim viderint in consummatione sæculi venientem, in gloria Patris cum sanctis angelis, tunc etiam pudore infinito suffundentur. Nam filii sponsi cum essent, propter patres, ipsorum enim erant promissiones et legislatio et testamentum, missi tamen

[68-69] Joan. III, 18. [70] Joan. X, 37, 38. [71] Act. III, 14, 15. [72] Matth. XXVIII, 13.

sunt in tenebras extremas. Ineruditum itaque populum nominat eos merito. Et æmulatio, inquit, apprehendet eos, et ignis adversarios comedet. Cum enim abjecti fuerint, et spe in Christum ejecti, et declarati a repromissionibus alieni, gentesque fuerunt assumptæ: hinc æmulatione conficiuntur, et tanquam igne quodam invidiæ videlicet miseri consumpti manent. Tale quid scriptum est in canticis, de his qui sunt sanguine Israelitico orti : Ipsi ad æmulationem provocarunt me in non diis, irritaverunt me in idolis suis [73]. Et ego æmulatione provocabo eos in non gente, in gente stulta ad iram commovebo eos.

Vers. 12, 13. *Domine Deus noster, pacem da nobis, omnia enim tradidisti nobis, Domine Deus noster, posside nos. Domine, extra te alium non novimus, nomen tuum nominamus.*

Consueverunt sancti prophetæ, pro Israele preces fundere, erant enim amici Dei, et pietatis ornamentis pulchre coronati. Nam ex radice Abrahami semel cum essent sati, et ex sanguine sanctorum patrum, Israelitis tribubus suis indolere oportuit : cum eos propter impietatem in Christum perire viderent. Hinc nunc quoque beatus propheta Isaias pergit, dicens : « Domine Deus noster, pacem da nobis, omnia enim tradidisti nobis [74]. » Si enim donaveris, inquit, pacem nobis, omni bono abundabimus, omniumque tuorum donorum participes efficiemur. Et quam pacem necessarium est videre. Aut enim ipsum petunt Christum : ipse est enim pax nostra, secundum Scripturas, et per illum spirituali scilicet cognatione etiam Patri copulamur. Vel illud dicunt. Qui enim nondum crediderunt, **365** et peccati maculam abjectam remotamque non habent, a Deo sejuncti sunt, et in hostium loco juste numerantur, et superba cervice sunt, et adversus ipsas Domini leges pugnant. At qui morigeri sunt, et ad frenum flexiles, et ad omnia quæ ei placent parati, amantissimi sunt, pacemque cum eo habent. Cæterum vere Dei donum est, et ex superna venit munificentia. Da igitur nobis, o Domine, ut pacem habeamus erga te, et profano ac detestabili peccato e medio profligato, tibi spiritualiter per mediatorem Christum uniamur. Cujusmodi est illud Paulina voce dictum recte : « Justificati igitur ex fide, pacem habemus erga Deum per Dominum et Servatorem nostrum Jesum Christum [75]. » Quod cum factum fuerit, Dei possessio et sors erimus. Hinc sapienter infertur illud : Domine, posside nos. Extra te alium non scimus, nomen tuum nominamus. Moribus enim similes sint oportet, et Deo soli conjuncti, qui cum ipso pacem habent : ita ut illum et solum sciant, et alterius commentitii Dei nomen omnino ne in lingua quidem gerant. Solum enim illum, quia solus est noster et natura et veritate Deus, nominare oportet. Quale est illud, quo nos lex sapientissimi Mosis affata est :

[73] Psal. LXXVII, 58. [74] Isa. XXVI, 12. [75] Rom. V, 1.

A ἀμήρυτον, υἱοὶ μὲν ὄντες τοῦ νυμφῶνος διὰ τοὺς πατέρας, αὐτῶν γὰρ αἱ ἐπαγγελίαι, καὶ ἡ νομοθεσία, καὶ ἡ διαθήκη, πεμπόμενοι δὲ εἰς τὸ σκότος τὸ ἐξώτερον. Ἀπαίδευτον τοίνυν εἰκότως ὀνομάζει λαὸν, καὶ ὅτι ζῆλος αὐτοὺς λήψεται, φησὶ, καὶ ὅτι πῦρ τοὺς ὑπεναντίους ἔδεται. Ἐπειδὴ γὰρ ἀπόπεμπτοι γεγόνασιν αὐτοὶ, καὶ ἐκβέβληνται τῆς εἰς Χριστὸν ἐλπίδος, καὶ ἀπεδείχθησαν μὲν ἀλλότριοι τῶν ἐπαγγελιῶν, προσελήφθη δὲ τὰ ἔθνη, ταύτῃ τοι κατατρύχονται τῷ ζήλῳ, καὶ οἷον ὑπὸ πυρὸς δαπανώμενοι, τοῦ τῆς βασκανίας δηλονότι διατελοῦσιν οἱ δείλαιοι. Γέγραπταί τι τοιοῦτον καὶ ἐν ᾠδαῖς περὶ τῶν ἐξ αἵματος Ἰσραὴλ, ὅτι Αὐτοὶ παρεζήλωσάν με ἐπ' οὐ θεοῖς· παρώξυνάν με ἐν τοῖς εἰδώλοις αὐτῶν. Κἀγὼ παραζηλώσω αὐτοὺς ἐπ' οὐκ ἔθνει· ἐπ' ἔθνει ἀσυνέτῳ παροργιῶ αὐτούς.

B *Κύριε ὁ Θεὸς ἡμῶν, εἰρήνην δὸς ἡμῖν, πάντα γὰρ ἀπέδωκας ἡμῖν· Κύριε ὁ Θεὸς ἡμῶν, κτῆσαι ἡμᾶς. Κύριε, ἐκτός σου ἄλλον οὐκ οἴδαμεν· τὸ ὄνομά σου ὀνομάζομεν.*

Ἔθος τοῖς ἁγίοις προφήταις, τὰς ὑπέρ γε τοῦ Ἰσραὴλ ποιεῖσθαι λιτὰς, ἦσαν μὲν γὰρ φιλόθεοι, καὶ τοῖς εἰς εὐσέβειαν αὐχήμασιν εὖ μάλα κατεστεμμένοι. Ἐπειδὴ δὲ ἅπαξ ἐκ ῥίζης πεφήνασιν Ἀβραὰμ καὶ ἐξ αἵματος τῶν ἁγίων πατέρων ἐπιστυγνάζουσιν ἀναγκαίως ὡς ὁμογενέσι τοῖς ἐξ Ἰσραὴλ ὁρῶντες ἀπολλυμένους διά γε τὴν εἰς Χριστὸν δυσσέβειαν. Ταύτῃ τοι καὶ νῦν ὁ μακάριος προφήτης Ἡσαΐας πρόσεισι λέγων· « Κύριε ὁ Θεὸς ἡμῶν, εἰρήνην δὸς ἡμῖν· πάντα γὰρ ἀπέδωκας ἡμῖν. » Εἰ γὰρ χαρίσαιο, φησὶ, τὴν εἰρήνην ἡμῖν, παντὸς ἐσόμεθα πλήρεις ἀγαθοῦ, C καὶ ἀπεσχήκαμεν τῶν παρὰ σοῦ χαρισμάτων τελειοτάτην τὴν μέθεξιν. Καὶ ποίαν αἰτοῦσιν εἰρήνην, ἰδεῖν ἀναγκαῖον· ἢ γὰρ αὐτὸν αἰτοῦσι Χριστόν· αὐτὸς γάρ ἐστιν ἡ εἰρήνη ἡμῶν, κατὰ τὰς Γραφὰς, καὶ δι' αὐτοῦ συνήφθημεν τῷ Πατρὶ, δι' οἰκειότητος δὲ, δηλονότι τῆς πνευματικῆς. Ἢ γοῦν ἐκεῖνό φασιν. Οἱ μὲν γὰρ οὔπω πιστεύσαντες, καὶ ἀναπόβλητον ἔχοντες τὴν ἐκ τῆς ἁμαρτίας κηλῖδα, διεστήκασι τοῦ Θεοῦ, καὶ ἐν ἐχθρῶν τάξει νοοῦνται δικαίως, γαῦρόν τε ἔχουσι τὸν αὐχένα, καὶ τοῖς τοῦ Δεσπότου μάχονται νόμοις. Οἱ δὲ εὐπειθεῖς καὶ εὐήνιοι, καὶ πρὸς πᾶν ὁτιοῦν ἕτοιμοι τῶν αὐτοῖς ἀρεσκόντων φιλαίτατοί τέ εἰσι καὶ εἰρήνην ἔχουσι πρὸς αὐτόν. Ἀλλ' ἔστι τὸ χρῆμα θεόσδοτον ἀληθῶς, καὶ διὰ τῆς ἄνωθεν φιλοτιμίας ἐρχόμενον. Δὸς τοίνυν ἡμῖν, ὦ Δέσποτα, τὸ εἰρηνεῦσαι πρὸς D σὲ, καὶ ἐκ μέσου γενομένης τῆς βεβήλου καὶ βδελυρᾶς ἁμαρτίας ἑνωθῆναί σοι πνευματικῶς διὰ μεσίτου Χριστοῦ. Τοιοῦτόν ἐστι τὸ διὰ τῆς τοῦ Παύλου φωνῆς ὀρθῶς εἰρημένον· « Δικαιωθέντες οὖν ἐκ πίστεως, εἰρήνην ἔχομεν πρὸς τὸν Θεὸν διὰ τοῦ Κυρίου καὶ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, » οὗ δὴ γεγονότος κτῆσις ἐσόμεθα, καὶ κλῆρος Θεοῦ. Ταύτῃ τοι σοφῶς ἐπενήνεκται τὸ, Κύριε κτῆσαι ἡμᾶς, ἐκτός σου ἄλλον οὐκ οἴδαμεν, τὸ ὄνομά σου ὀνομάζομεν. Μονοτρόπους γὰρ εἶναι χρὴ, καὶ Θεῷ μόνῳ κατεζευγμένους τοὺς εἰρηνεύοντας πρὸς αὐτὸν, ὥστε καὶ αὐτὸν εἰδέναι μόνον, καὶ ἑτέρου παντελῶς ψευδωνύμου Θεοῦ, μηδὲ ἐπὶ γλώττης ὄνομα φέρειν. Δεῖ γὰρ αὐτὸν ὀνομάζειν μό-

νον, ὅτι καὶ μόνος ἐστὶν ἐφ' ἡμᾶς φύσει τε καὶ ἀλη- A θείᾳ Θεός. Τοιοῦτόν τι καὶ ὁ τοῦ πανσόφου Μωσέως ἡμῖν ἐπεφώνησε νόμος, « Κύριον τὸν Θεόν σου προσκυνήσεις, καὶ αὐτῷ μόνῳ λατρεύσεις, καὶ τῷ ὀνόματι αὐτοῦ. Ἀμήν. »

Οἱ δὲ νεκροὶ ζωὴν οὐ μὴ ἴδωσιν, οὐδὲ ἰατροὶ οὐ μὴ ἀναστήσωσι. Διὰ τοῦτο ἐπήγαγες, καὶ ἀπώλεσας, καὶ ἦρας πᾶν ἄρσεν αὐτῶν. Πρόσθες αὐτοῖς κακὰ, Κύριε, πρόσθες κακὰ πᾶσι τοῖς ἐνδόξοις τῆς γῆς.

Οἱ μόνον εἰδότες τὸν φύσει τε καὶ ἀληθῶς ὄντα Θεὸν ὀνομάζοντές τε τὸ ὄνομα αὐτοῦ, καὶ ἐπαριθμοῦντες αὐτῷ παντελῶς οὐδένα, λέγοντές τε διὰ τοῦτο, Κύριε, ἐκτός σου ἄλλον οὐκ οἴδαμεν, συνείρουσιν ἀναγκαίως, τὸ, ὅτι Οἱ νεκροὶ ζωὴν οὐ μὴ ἴδωσιν, ἐκτός σου δὴ B πάλιν. Ζωὴ γὰρ ὢν κατὰ φύσιν ὁ τῶν ὅλων δημιουργὸς καὶ Κύριος ζωογονεῖ τὰ πάντα, καὶ ἐν αὐτῷ κινούμεθα, καί ἐσμεν. Ἀλλ' οὐδὲ ἰατροὶ, φησὶν, οὐ μὴ ἀναστήσωσιν· ἑπομένου καὶ τούτῳ τοῦ ἐκτός σου δηλονότι. Πάντα γὰρ ἡμῖν παρὰ Θεοῦ, καὶ αὐτοῖς ἐποίησεν ἐκ γῆς φάρμακα, κατὰ τὸ γεγραμμένον. Ὅσον μὲν οὖν ἧκεν εἴς γε τὸ γράμμα, φημὶ, καὶ τὸν πρόχειρόν τε καὶ εἰς τοὐμφανὲς λόγον, ἡ τῶν ἐννοιῶν ἀπόδοσις ἔχοι ἂν ὀρθῶς ὧδέ γε, καὶ οὐχ ἑτέρως. Ἐπειδὴ δὲ χρὴ κατὰ νοῦν ἰέναι τὸν λόγον, καὶ τῆς προφητικῆς ἀκριβείας ἀπογυμνοῦν τὸν σκοπὸν, ἐκεῖνό φαμεν ἀναγκαίως· νεκροί τινές εἰσι καὶ οὐχὶ δὴ πάντως κατὰ τὴν σάρκα, νενεκρωμένοι δὲ μᾶλλον ὑπὸ φιληδονίας κοσμικῆς, καὶ ζωὴν οὐκ ἔχοντες τὴν ἁγίαν τὴν ἐν Χριστῷ τε καὶ ἀγγελικήν. Ἀλλ' ἐκτός σου, φη- C σὶν, οἱ τοιοῦτοι, οὐκ ἂν μεταλάχοιεν τῆς ζωῆς, ἤτοι τῆς ζωοποιούσης χάριτος. Ἐκτός σου δὲ πάλιν οἱ τῶν ψυχικῶν ἀῤῥωστημάτων ἀπαλλάττειν οἷοί τε τοὺς ἐναλόντας αὐτοῖς, οἱ καὶ ἰατροὶ πνευματικοὶ νοοῖντ' ἂν εἰκότως· οὐκ ἄν τινα τῶν ἠῤῥωστηκότων ἀναστήσειαν. Ἰατροὺς δέ φαμεν πνευματικοὺς εἶναι, τοὺς ἁγίους προφήτας, ἀποστόλους τε καὶ εὐαγγελιστάς· οἳ διὰ τῆς ἄνωθεν χάριτος, καὶ τῆς ἐν πνεύματι χορηγίας τὸν ἰᾶσθαι δυνάμενον καταπλουτοῦντες λόγον θεραπεύουσι τοὺς τετραυματισμένους ὑπό τε τῆς ἁμαρτίας, καὶ τῆς τοῦ διαβόλου σκαιότητος. Εἰκὸς δὲ δή τι καὶ ἕτερον τὸν προφητικὸν ἡμῖν ὑπαινίττεσθαι λόγον· ὁ γάρ τοι Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς ἰσοσθενῆ καὶ ἰσοκλεᾶ τῷ Φύσαντι καταδεικνὺς ἑαυτὸν ἀνίστη μὲν ἐκ μνημάτων τοὺς νεκροὺς, τοὺς δὲ ἐν D ἐσχάταις ὄντας ἰᾶτο νόσοις. Ἀλλὰ καίτοι τῶν οὕτω παραδόξων ἀποτελεστὴς γεγονὼς οὐ τετίμηται παρὰ τῶν τεθεαμένων· ἐδίωκόν τε καὶ οὕτως αὐτὸν οἱ τῶν Ἰουδαίων μάλιστα καθηγηταὶ, καὶ διδάσκαλοι. Ἐπειδὴ τοίνυν ἐκτός σου φησιν, οὐκ ἂν ἴδοιεν ζωὴν οἱ νεκροὶ, σὺ γὰρ εἶ καὶ μόνος ὁ ζωοποιεῖν δυνάμενος, οὐδ' ἂν ἀναστήσειεν ἐκ μνημάτων ἰατρὸς, οὓς ἀνέστησας αὐτός· ἠπίστησαν δὲ καὶ μετὰ τοῦτο ἔτι, καὶ ἀκαθέκτως λελυττήκασιν, οὓς ἦν εἰκὸς, καὶ πρό γε τῶν ἄλλων ἔσεσθαι πιστούς· διὰ τοῦτο ἐπήγαγες, καὶ ἀπώλεσας, καὶ ἦρας πᾶν ἄρσεν αὐτῶν. Ἐπήγαγες γὰρ τὴν ὀργὴν αὐτοῖς, ἣ καὶ ἀπέχειρεν ἀναγκαίως οὐκ ἄρδην ἅπαντα τὸν Ἰσραήλ· σέσωσται γὰρ τὸ κατάλειμμα·

« Dominum Deum tuum adorabis, et ei soli servies, et nomini ejus [76]. »

VERS. 14, 15. *Mortui vitam non vident, neque medici resuscitabunt. Propterea induxisti, et perdidisti, et sustulisti omne masculum eorum. Adde illis mala, Domine, adde mala omnibus terræ gloriosis.*

Qui solum natura et vere Deum norunt, ejusque nomen nominant, et ei nullum adnumerant, ideoque dicunt: Domine, extra te alium non scimus, adnectunt illud necessario: Mortui vitam non videbunt, extra te scilicet. Vita enim omnium cum sit ille natura universorum opifex et Dominus, omnia in vitam producit: et in eo movemur et sumus [77]. Sed nec medici, inquit, suscitabunt: illo videlicet consequente, extra te. Omnia enim nobis a Deo, et ipse fecit de terra pharmaca, juxta id quod scriptum est. Quantum igitur, inquam, ad litteram pertinet, et ad primam obviamque verbi speciem, hæc sententiarum expositio hoc modo recte se habet, et non aliter. Cum autem sermonem hunc **366** ad mentem prophetæ procedere oporteat, cumque propheticæ subtilitatis scopus denudandus sit, illud necessario dicimus, quosdam nondum carne tenus adhuc esse mortuos, sed esse voluptate mundana mortuos, quique vita sancta, Christiana et evangelica non præditi. Sed extra te, inquit, ejusmodi sunt, qui vitæ sive gratiæ vivificæ exsortes sunt. Rursus extra te qui animi morbis eos qui his detinentur liberare valebant, qui et spirituales medici merito queant intelligi, neminem eorum qui ægrotarunt, potuerunt suscitare. Spirituales autem medicos esse dicimus sanctos prophetas et apostolos et evangelistas, qui sermone ad sanandum potente ditati, a peccato et diaboli nequitia vulneratos curant. Verisimile est etiam propheticum sermonem aliud nobis subinnuere. Dominus enim noster Jesus Christus, potentia et gloria parem se Genitori ostendens, mortuos ex monumentis resuscitavit, morbisque extremis correptos sanavit. Verumtamen harum rerum adeo mirabilium et incredibilium effector, ab his qui spectarunt non colebatur, sed illum adeo persecuti sunt Judæorum maxime præceptores et doctores. Quoniam igitur extra te, inquit, non possunt vitam videre mortui: tu enim solus es qui ad vitam excitare potes, nec suscitabit e monumentis medicus, quos ipse suscitasti: infideles erant, insuper vero impotenter etiam in rabiem acti sunt, quos ante alios par erat fideles exstitisse: propterea induxisti, et perdidisti, et sustulisti omne eorum masculum. Induxisti enim illis iram, quæ totum Israelem funditus non delevit (nam servatæ sunt reliquiæ), sed omne masculum eorum, id est, primarium ordinem. Est enim maxime primarium, si feminam species, masculum. Mares etiam

[76] Deut. VI, 13; Matth. IV, 10. [77] Act. XVII, 28.

Quæ et quomodo Domini interfectoribus eventura sunt, exposuit nobis hisce verbis oratio. Deinceps adducit explicationem de fidelibus: non enim in totum periit Israel, sed, juxta vocem prophetæ, reliquiæ salvæ factæ sunt. Credidit namque in Christum non parva multitudo, **388** cujus principium quoddam et quasi primitiæ exstitit sanctorum apostolorum chorus. Eo igitur tempore, inquit, erit Dominus Sabaoth corona spei, ornamentum gloriæ derelicto populo meo. Ipse enim exercituum* Dominus coronabit credentes spe et gloria, futurorum videlicet bonorum: gloria, quod cum illo simul regnabunt, et summorum donorum facti participes, admirabiles exsistent et illustres. Quid enim ad rationem honoris par esse poterit sperantibus, se regni in Christo coronam accepturos? Ad hæc alibi dicit ipse propheta Isaias: Et eris corona pulchritudinis, et diadema regni in manu Dei tui. Gloria enim infinita coronabit credentes in se Christus, speque opima recreabit, quasique saginabit. Talium, inquit, particeps erit derelictus populus meus, scilicet Judæorum reliquiæ: comprehenso videlicet etiam alio populo, nimirum ex gentibus: qui in Christo magna fiducia concepta, orant et clamant ad Patrem et Deum cœlestem: Domine, velut armis benevolentiæ coronasti nos. Benevolente enim et pacato Deo Patre, arma nobis infracta exhibitus et factus est Christus, se telis maligni pro nobis opponens, populumque suum invulneratum, et ab ejus malitia immunem intactumque custodivit. Istud demum, ut opinor, significat, quod dicit de populo assumpto, id est, fide justificatis: Derelinquentur in spiritu judicii, super judicium et fortitudinem prohibens interficere. Semel enim olim Satanas, ut ita dicam, interfecit terrigenas, in peccati voraginem dejectos. « Non enim erat qui recte faceret, non erat ne unus: sed omnes declinarunt, simul inutiles facti sunt [20], » juxta vocem Psallentis. At posteaquam factus esset homo unigenitum Dei Verbum, nostrum judicavit judicium, et inter nos et Satanam tyrannum, se arbitrum interposuit, ac illius stragem damnavit, in terra velut perniciosum et homicidam exterminavit: itaque perditos, id est nos, servavit. Idque docet inquiens: « Nunc judicium est hujus mundi, nunc princeps mundi hujus ejicietur foras; » et: « Si exaltatus fuero de terra, omnes traham ad me ipsum [21]. » Quippe diserte ait: « Non misit Deus

[20] Psal. LII, 2, 4. [21] Joan. XII, 31, 32.

Filium suum in mundum ut judicet mundum, sed A 389 ut mundus servetur per illum. » Quomodo ergo dicit: Judicium est mundi hujus? Nos enim sumus, qui quondam clamavimus, voce prophetarum: « Excitare, Domine, et attende judicio meo, Deus mi, et Domine mi, causæ meæ [22]. » Nam etiam judicio de nobis justo facto, gratias agimus et dicimus: « Confitebor tibi, Domine, in toto corde meo; narrabo omnia mirabilia tua, psallam nomini tuo, Altissime [23]. » Et quam ob causam? Quia fecisti judicium meum, et egisti causam meam: sedisti in solio judicans judicium: increpasti gentes, et periit impius. Increpatæ sunt enim catervæ dæmonum, simulque cum illis periit impius, id est, Satan. Derelinquentur igitur, id est, conservabuntur in spiritu judicii. Judicavit enim et justificavit, ut dixi, super B judicium et fortitudinem, id est, recto judicio et potentia, videlicet divina, prohibens interficere eos qui credunt in eum.

δὲ οὕτως τοὺς ἀπολωλότας, τοῦτ' ἔστιν, ἡμᾶς. Τοῦτο διδάσκων φησὶ, Νῦν κρίσις ἐστὶ τοῦ κόσμου τούτου· νῦν ὁ ἄρχων τοῦ κόσμου τούτου ἐκβληθήσεται ἔξω. Κἀγὼ ἐὰν ὑψωθῶ ἐκ γῆς, πάντας ἑλκύσω πρὸς ἐμαυτόν. Καίτοι φησὶν ἐναργῶς, « Οὐκ ἀπέστειλεν ὁ Θεὸς τὸν Υἱὸν αὐτοῦ εἰς τὸν κόσμον, ἵνα κρίνῃ τὸν κόσμον, ἀλλ' ἵνα σωθῇ ὁ κόσμος δι' αὐτοῦ. » Πῶς οὖν ἄρα φησὶν, ὅτι κρίσις ἐστὶ τοῦ κόσμου τούτου; Ἡμεῖς γάρ ἐσμεν οἱ πάλαι βοῶντες διὰ φωνῆς προφητῶν· « Ἐξεγέρθητι, Κύριε, καὶ πρόσχες τῇ κρίσει μου, ὁ Θεός μου καὶ ὁ Κύριός μου, εἰς τὴν δίκην μου. » Ὅτι καὶ δικαίας κρίσεως ἐφ' ἡμᾶς γενομένης εὐχαριστοῦντές φαμεν, « Ἐξομολογήσομαί σοι, Κύριε, ἐν ὅλῃ καρδίᾳ μου· διηγήσομαι πάντα τὰ θαυμαστά σου, ψαλῶ τῷ ὀνόματί σου, Ὕψιστε. » Καὶ διὰ ποίαν αἰτίαν; Ὅτι ἐποίησας τὴν κρίσιν μου καὶ τὴν δίκην μου. Ἐκάθισας ἐπὶ θρόνου, ὁ κρίνων δικαιοσύνην, ἐπετίμησας ἔθνεσι, καὶ ἀπώλετο ὁ ἀσεβής· ἐπετιμήθησαν γὰρ τὰ τῶν δαιμόνων στίφη, συναπόλωλε δὲ τούτοις ὁ ἀσεβὴς, τοῦτ' ἔστιν, ὁ Σατανᾶς. Καταλειφθήσονται τοίνυν, τοῦτ' ἔστι, περισωθήσονται ἐπὶ πνεύματι κρίσεως· ἔκρινε γὰρ καὶ δεδικαίωκεν, ὡς ἔφην, ἐπὶ κρίσιν καὶ ἰσχὺν, τοῦτ' ἔστιν, ὀρθοκρισίᾳ καὶ δυνάμει, δῆλον δὲ ὅτι τῇ θεοπρεπεῖ, κωλύων ἀνελεῖν τοὺς εἰς αὐτὸν πιστεύοντας.

VERS. 7. *Hi enim vino erraverunt, erraverunt præ sicera; sacerdos et propheta mente alienati sunt præ vino. Vacillaverunt propter ebrietatem siceræ, erraverunt. Hæc est visio.*

Οὗτοι γὰρ οἴνῳ πεπλανημένοι εἰσίν· ἐπλανήθησαν διὰ τὸ σίκερα, ἱερεὺς καὶ προφήτης ἐξέστησαν διὰ τὸν οἶνον· ἐσείσθησαν ἀπὸ τῆς μέθης τοῦ σίκερα· ἐπλανήθησαν. Τοῦτ' ἔστι φάσμα.

Describit aliquo modo eos qui lapsi sunt, quique Deum diutina hac inobedientia offenderunt. Erraverunt enim tales, inquit, vino et ebrietate titubantes, non quidem sensibus subjecta aut corporea: at C potius mentis cæcitate capti, quam hominibus otio et ignaviæ deditis, dirus draco immittit. Scribit enim divinus Paulus: Deus sæculi hujus obtenebravit intelligentiam infidelium, ne lux Evangelii gloriæ Dei illucesceret. Vinum igitur et siceram ex diaboli perversitate in animos hominum immissam, rectissime tenebras vocat. Stupore autem et admiratione veluti percellitur, quod non solum indoctissima vulgi multitudo hoc morbo laborare videatur, verum etiam sacerdos et propheta mente præ vino excesserint. Vinum rursus ebrietatem ex ignorantia vocat. Mirum vero, videre sacerdotem et prophetam hoc pati cum reliquis. Nam quos æquum erat alios instituere, et ad utilitatem indagandam et venandam dirigere, et salutis semitam ostendere: hi D et quidem præ aliis tenebras receperunt; ita ut vacillarent, 390 et quovis vento, idque ex hac mentis ebrietate, circumferrentur. Dixerit autem quispiam, inquit, hanc rem veluti phasma ac visionem esse: id est, miraculum vel stuporem.[Quando enim præter spem et opinionem quidpiam contingit, tunc videntibus quemdam vehementem stuporem incutit.] His autem verbis prophetam dicit, non omnino verum, et a Deo missum: sed potius quam sibi ipsi gloriam existimationemque prophetæ affingit; de quibus loquitur voce Ezechielis: Væ prophetanti-

Καταδεικνύει τρόπον τινὰ τοὺς ὠλισθηκότας, καὶ διὰ τῆς οὕτω μακρᾶς ἀπειθείας προσκεκρουκότας Θεῷ. Πεπλάνηνται γὰρ οἱ τοιοίδε, φησὶν, οἶνον καὶ μέθυσμα πεπωκότες, οὐκ αἰσθητὸν ἢ σωματικὸν, σκοτισμὸν δὲ μᾶλλον ἑλόντες εἰς νοῦν, ὃν τοῖς εἰωθόσι ῥᾳθυμεῖν ὁ παγχάλεπος ἐνίησι δράκων. Γράφει γὰρ ὁ θεσπέσιος Παῦλος, ὅτι ὁ θεὸς τοῦ αἰῶνος τούτου ἐσκότισε τὰ νοήματα τῶν πιστῶν, εἰς τὸ μὴ αὐγάσαι τὸν φωτισμὸν τοῦ Εὐαγγελίου τῆς δόξης τοῦ Θεοῦ. Οἶνον οὖν ἄρα καὶ σίκερα τὸν ἐκ τῆς τοῦ διαβόλου δυστροπίας ταῖς τῶν ἀνθρώπων ψυχαῖς ἐνιέμενον σκότον εὖ μάλα καλεῖ. Καὶ καταπλήττεται δὲ ὥσπερ, οὐχ ὅτι μόνη τοῦτο παθοῦσα φαίνεται τῶν ἀγελαίων ἡ ἀμαθεστάτη πληθὺς, ἀλλὰ γὰρ ἔτι πρὸς ἐκείνοις, ἱερεὺς καὶ προφήτης ἐξέστησαν διὰ τὸν οἶνον. Οἶνον δὲ πάλιν τὸ ἐκ τῆς ἀμαθίας μέθυσμά φησι. Θαυμαστὸν δὲ ὅτι τοῖς ἄλλοις ὁμοῦ τοῦτο πεπονθότας κατίδοι τις ἂν ἱερέα καὶ προφήτην. Οὓς γὰρ ἦν εἰκὸς καὶ τοὺς ἄλλους ἅπαντας ἀπευθύνειν δύνασθαι πρὸς τὴν τοῦ συμφέροντος θήραν καὶ τὴν τῆς σωτηρίας καταδεῖξαι τρίβον, οὗτοι τάχα που καὶ πρό γε τῶν ἄλλων τὸν σκότον ἐδέχοντο, ὥστε καὶ καταδονεῖσθαι, καὶ πάντα πνεύματι περιφέρεσθαι, καὶ τοῦτο ἐκ μέθης τῆς νοητῆς. Φαίη δ' ἄν τις τὸ πρᾶγμα οἷόν τι γενέσθαι φάσμα, τοῦτ' ἔστι, θάμβος ἢ ἔκπληξιν. Προφήτην δέ φησιν ἐν τούτοις οὐχὶ πάντως τὸν ἀληθῆ καὶ παρὰ Θεοῦ, ἐκεῖνον δὲ μᾶλλον τὸν οἱονεὶ δόξαν ἑαυτῷ τὴν προφητικὴν περιπλάττοντα· περὶ ὧν φησι διὰ φωνῆς Ἰεζεκιήλ· Οὐαὶ, οἱ προφητεύοντες ἀπὸ καρδίας αὐτῶν, καὶ οὐκ ἀπὸ στόματος Κυρίου. Δια-

[22] Psal. XXXIV, 23. [23] Psal. IX, 2, 3.

βέβληνται δὲ καὶ διὰ φωνῆς Ἡσαΐου· φησὶ γάρ που περὶ τῆς Ἱερουσαλὴμ, Οἱ ἡγούμενοι αὐτῆς μετὰ δώρων ἔκρινον, οἱ προφῆται αὐτῆς μετὰ ἀργυρίου ἐμαντεύοντο.

Ἀρὰ ἔδεται ταύτην τὴν βουλήν· αὕτη γὰρ ἡ βουλὴ ἕνεκεν πλεονεξίας.

Πεπλανῆσθαι λέγων ἱερέα τε ὁμοῦ καὶ προφήτην, καὶ μὴν καὶ ἐκστῆναι φρενὸς ἀγαθῆς διὰ τὸν οἶνον τὸν ἐξ ἀμπέλου Σοδόμων, μέθυσμά τε τὸ νοητὸν, προσεπενεγκὼν δὲ ὅτι τοῦτό ἐστι φάσμα, τοῦτ' ἔστι, κατάπληξις, καὶ οἷόν τι θάμβημα, καταδείκνυσιν εὐθὺς καὶ τὴν τοῦ καταπεπλῆχθαι πρόφασιν, καὶ τῆς τῶν ἱερέων ἐκστάσεώς τε καὶ μέθης τὰ ἐγκλήματα. Ταύτῃ τοί φησιν, Ἀρὰ ἔδεται ταύτην τὴν βουλήν. Ἐπάρατος γὰρ ἡ τῶν Ἰουδαίων σκέψις γέγονεν ἀληθῶς, ἡ ἐπί γέ φημι τῷ πάντων Σωτῆρι ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστῷ. Προαπέστειλε μὲν γὰρ ὁ Θεὸς καὶ Πατὴρ τοὺς ἁγίους προφήτας, καὶ ἀπεκτόνασιν αὐτούς. Εἶτα μετ' ἐκείνους πέπομφε τὸν ἀγαπητὸν λαβεῖν τοὺς καρποὺς τοῦ ἀμπελῶνος αὐτοῦ, κατά γε τὴν ἐν τοῖς Εὐαγγελίοις παραβολήν. Οἱ δὲ τοῦ ἀμπελῶνος προεστηκότες ἀγνωμονέστατοι γεωργοὶ, καίτοι συνέντες ὅτι αὐτός ἐστιν ὁ υἱὸς, καὶ ὁ τοῦ χωρίου δεσπότης, εἶπον, φησὶν, ἐν ἑαυτοῖς· Οὗτός ἐστιν ὁ κληρονόμος· δεῦτε, ἀποκτείνωμεν αὐτὸν, καὶ σχῶμεν ἑαυτοῖς τὴν κληρονομίαν αὐτοῦ. Ἐπάρατος τοίνυν, φησὶν, ἡ τοιάδε βουλή. Ταύτης καὶ ὁ μακάριος Δαβὶδ μέμνηται λέγων ποτὲ μὲν, ὅτι «Ἵνα τί ἐφρύαξαν ἔθνη, καὶ λαοὶ ἐμελέτησαν κενά; Παρέστησαν οἱ βασιλεῖς τῆς γῆς, καὶ οἱ ἄρχοντες συνήχθησαν ἐπὶ τὸ αὐτὸ κατὰ τοῦ Κυρίου, καὶ κατὰ τοῦ Χριστοῦ αὐτοῦ.» Ποτὲ δὲ πάλιν περὶ τῶν τὰ τοιάδε πεπλημμεληκότων· Καθελεῖς αὐτοὺς, καὶ οὐ μὴ οἰκοδομήσεις αὐτοὺς, ὅτι ἔκλιναν εἰς σὲ κακὰ, διελογίσαντο βουλὴν, ἣν οὐ μὴ δύνωνται στῆναι. Ὅσον μὲν γὰρ ἧκεν εἰς δύναμιν ἐπιχειρημάτων, ἀπέκτειναν τὸν υἱὸν, οἰηθέντες ὅτι τὸν δεσποτικὸν αὐτοὶ καθέξουσι κλῆρον· ἀνεβίω δὲ ὡς Θεὸς, καὶ ἀπώλεσε μὲν κακοὺς κακῶς, τοὺς ἀλητηρίους καὶ ἀγνώμονας γεωργοὺς, ἐκδέδωκε δὲ τὸ χωρίον ἑτέροις, δῆλον δὲ ὅτι τοῖς ἁγίοις ἀποστόλοις καὶ εὐαγγελισταῖς, καὶ τοῖς τῶν ἁγίων Ἐκκλησιῶν διδασκάλοις. Ἐπάρατος οὖν ἡ τῶν Ἰουδαίων βουλὴ, γέγονε γὰρ ἕνεκα πλεονεξίας. Πλεονεξία γὰρ ἀληθῶς τὸ ἐθελῆσαι τοὺς οἰκέτας κατεπιφύεσθαι τοῦ δεσπότου, ἴδιόν τε πεποιῆσθαι κλῆρον τὸν οὗ τετάχαντο γεωργοὶ, καίτοι μισθὸν ἔχοντες διαρκῆ τῆς ἱερωσύνης τὰ γέρα, καὶ τὰς ἐκ τοῦ τῶν ἄλλων προτετάχθαι τιμάς.

Τίνι ἀνηγγείλαμεν κακά; καὶ τίνι ἀνηγγείλαμεν ἀγγελίαν;

Ἔθος τοῖς ἁγίοις προφήταις, καὶ πάσῃ δὲ τῇ θεοπνεύστῳ Γραφῇ διὰ δύο πράγματα ἐπείγεσθαι καὶ συνωθεῖν ἐπὶ τὸ βιοῦν ὀρθῶς ἑλέσθαι τὸν ἄνθρωπον. Ἢ γὰρ τοῖς τῆς κολάσεως δείμασι τὸν ἀπεσκληκότα νοῦν οἱονεὶ περιθραύοντες μετασοβοῦσιν ἐπὶ τὸ ἄμεινον, ἢ ταῖς τῶν γερῶν ὑποσχέσεσιν ἀποτελοῦσιν εὐτολμοτέρους περὶ τὸ χρῆναι ταλαιπαθεῖν ὑπὲρ τῶν εἰς εὐσέβειαν ἀνδραγαθημάτων· ὁποῖόν ἐστι τὸ διὰ φωνῆς Ἡσαΐου πρὸς Ἰουδαίους, «Καὶ ἐὰν θέλητε καὶ εἰσ-

A bus ex corde suo, et non ex ore Domini. Accusantur etiam voce Isaiæ. Nam de Jerusalem dicit: Duces illius propter munera judicabant, prophetæ ejus propter argentum vaticinabantur.

VERS. 8. *Exsecratio devorabit hoc consilium. Hoc enim consilium est propter avaritiam.*

Cum ait errasse sacerdotem pariter et prophetam, et sana mente motos esse propter vinum ex vitibus Sodomorum, et animi ebrietatem; cumque adjiceret, hoc esse visionem seu spectrum, id est, obstupefactionem, et veluti miraculum: statim demonstrat occasionem hujus stuporis et excessus ebrietatisque, sacerdotum crimina. Ideoque inquit: Exsecratio devorabit hoc consilium. Exsecrabilis enim Judæorum consultatio fuit vere, in Christum, inquam, omnium nostrum Servatorem. Præmisit enim Deus et Pater sanctos prophetas, et eos occiderunt. Dein, post illos misit dilectum, ut perciperet fructus vineæ suæ, ut in evangelica parabola habetur. Præfecti autem vineæ stultissimi agricolæ, etsi intelligerent illum esse filium, et loci dominum, dixerunt tamen, inquit, apud sese: Hic est hæres, adeste, occidamus eum, et habeamus inter nos hæreditatem ejus. Exsecrabile ergo est, inquit, hoc consilium. Hujus etiam meminit beatus David, nunc dicens: «Quare fremuerunt gentes, et populi meditati sunt inania? Astiterunt reges terræ, et principes congregati sunt in unum, adversus Dominum, et adversus Christum ejus [24];» nunc rursus de his qui talia deliquerunt: Evertes eos, et non ædificabis eos, quia declinaverunt in te mala, cogitaverunt consilium quod non potuerunt stabilire. Quantum enim ad illorum vim et conatus attinet, occiderunt filium, rati **391** se herilem sortem obtenturos: at ut Deus revixit, et malos male perdidit, sceleratos et stultos agricolas, et fundum dedit aliis, nimirum sanctis apostolis et evangelistis, et sanctarum Ecclesiarum doctoribus. Exsecrabile igitur consilium Judæorum: factum est enim avaritiæ causa. Est enim vere avaritia, servos velle superiores esse hero, et suum patrimonium fieri id cujus sunt constituti cultores: maxime cum mercedem habeant satis amplam, sacerdotii præmia, honoresque, quibus aliis præsident.

D *Cui annuntiavimus mala? et cui annuntiavimus nuntium?*

Sanctis prophetis in more est, adeoque universæ Scripturæ divinæ, duabus rebus hominem inducere et impellere, ut recte vitam instituere velit. Aut enim supplicii terrore frangunt obfirmatum animum, et ad melius incitant: aut præmiorum pollicitationibus audentiores efficiunt, ut virilia pro pietate facinora fortiter subeant. Quale est illud voce Isaiæ ad Judæos: «Si volueritis et audieritis me, bona terræ edetis. Si vero nolueritis, neque audiveritis

[24] Psal. II, 1, 2.

me, gladius vos devorabit. Os enim Domini locutum est hæc [20]. » Ostendit igitur Israelem indomitum, sermones sanctorum prophetarum veluti contempsisse, cum ait : Cui annuntiavimus mala? et cui annuntiavimus nuntium? Ecce enim, ecce, cui? inquit, pro, duro et rebelli et imprudenti populo ministravimus, et e supernis divinorum sermonum legationem afferentes, annuntiavimus illi mala, id est, supplicia, minas, quæ prorsus certe ad caput eorum qui contumaces esse solent, affigentur : annuntiavimus nuntium, id est, læta annuntiavimus bona his qui bene consueverunt agere divinitus destinata. At nihilo melior reddetur intractabilis Israel, proclivis ad delicta, multumque laborans morbo inobedientiæ. Cum igitur dicit : Cui? nullo modo dignum significat. Etenim post hanc adeo claram sanctorum prophetarum prædictionem, nihilo secius tamen refractarii exstiterunt et improbi, et omnibus vitiis animum refertum repletumque habentes. Quin et immanes facti sunt ministri diabolicæ crudelitatis et amarulentiæ. Cruci enim
392 tradiderunt universorum Servatorem et Redemptorem, Christum, inquam, per quem et quocum sit Patri gloria cum Spiritu sancto in sæcula. Amen.

TOMUS II.

VERS. 1. *Ablactati a lacte, avulsi ab ubere, afflictionem super afflictionem exspecta, spem super spem, adhuc parum adhuc parum, propter irrisionem labiorum, propter linguam alteram.*

Desiit nobis oratio prima, in hoc : Cui annuntiavimus mala? et cui annuntiavimus nuntium? Prædictorum vero sententiam interpretantes, dicimus sanctorum prophetarum personam introductam esse, ortos ex sanguine Israelitico quodammodo increpantium : quippe qui temere ac frustra illorum sermonibus intersint, nihilo autem meliores reddantur, tametsi mala illis et nuntium fuissent prænuntiata. Ac mala quidem esse confirmavimus, supplicia delinquentibus destinata. Nuntia vero, in spe bona honores. Itaque perinde quasi nihil juvarentur qui ex sanguine Israelitico oriundi sunt, licet annuntiaverint illis prophetæ hæc a Deo, minas, inquam, et futurorum bonorum repromissiones : Cui, inquit, annuntiavimus mala? et cui annuntiavimus nuntium? Jam cum sancti prophetæ veluti conticuerint, suumque sermonem finiverint, ipse universorum Deus sanctos compellat, dicens : Ablactati a lacte, avulsi ab ubere, afflictionem afflictioni adjice, spem spei. Nam qui admonitioni recalcitrant, et frenum jamdiu abjecerunt, merito repudiati sunt, et salutis in Christo expertes ibunt in interitum. Vos autem deinceps per fidem vocati ad agnitionem veritatis, qui tanquam ab ubere et lacte legalis pædagogiæ abstracti estis, cibum olim parvulis accommodatum capientes, et rudiori mente præditi, provecti vero

[20] Isa. I, 19, 20.

A ἀκούσητέ μου, τὰ ἀγαθὰ τῆς γῆς φάγεσθε· ἐὰν δὲ μὴ θέλητε, μηδὲ εἰσακούσητέ μου, μάχαιρα ὑμᾶς κατέδεται. Τὸ γὰρ στόμα Κυρίου ἐλάλησε ταῦτα. » Ὡς οὖν ἀτιμάσαντα τῶν ἁγίων προφητῶν τοὺς λόγους τὸν ἐξήνιον Ἰσραὴλ μονονουχὶ καταδείκνυσι, λέγων· Τίνι ἀνηγγείλαμεν ἀγγελίαν; Ἰδοὺ γὰρ, ἰδοὺ τίνι; φησὶν, ἀντὶ τοῦ, σκληρῷ τε καὶ ἀπειθεῖ καὶ ἀσυνέτῳ λαῷ διηκονησάμεθα, καὶ τοὺς ἄνωθεν παρὰ Θεοῦ διαπορθμεύσαντες λόγους, ἀνηγγείλαμεν αὐτῷ κακὰ, τοῦτ' ἔστι, τὰς κολάσεις, τὰς ἀπειλὰς, αἳ πάντη τε καὶ πάντως τοῖς τῶν ἀπειθεῖν εἰωθότων κατηργηθήσονται κεφαλῆς. Ἀνηγγείλαμεν ἀγγελίαν, τοῦτ' ἔστιν, εὐηγγελισάμεθα τὰ ἀγαθὰ τὰ τοῖς ἀγαθουργεῖν εἰωθόσιν ἡὐτρεπισμένα παρὰ Θεοῦ. Ὠφέληται δὲ παντελῶς οὐδὲν ὁ δυσμεταχείριστος Ἰσραὴλ, ὁ
B πεπηγὼς εἰς τὸ πλημμελὲς, καὶ πολὺ νοσήσας τὸ δυσήκοον. Ὅταν τοίνυν λέγει τὸ, τίνι; τῷ κατ' οὐδένα τρόπον ἀξίῳ δηλοῖ· καὶ γάρ τοι μετὰ τὴν οὕτω σαφῆ τῶν ἁγίων προφητῶν προαγόρευσιν, οὐδὲν ἧττον ἀμείλικτοί τε ἦσαν καὶ πονηροὶ, καὶ δυστροπίας ἁπάσης ἐπίμεστον ἔχοντες τὴν καρδίαν. Γεγόνασι δὲ καὶ πικρίας διαβολικῆς ὑπηρέται γοργοί· σταυρῷ γὰρ παρέδωκαν τὸν τῶν ὅλων Σωτῆρα καὶ Λυτρωτὴν, φημὶ δὴ Χριστὸν, δι' οὗ καὶ μεθ' οὗ τῷ Πατρὶ ἡ δόξα σὺν ἁγίῳ Πνεύματι εἰς τοὺς αἰῶνας. Ἀμήν.

ΤΟΜΟΣ Β'.

Οἱ ἀπογεγαλακτισμένοι ἀπὸ γάλακτος, οἱ ἀπεσπασμένοι ἀπὸ μαστοῦ, θλίψιν ἐπὶ θλίψει προσδέχου, ἐλπίδα ἐπ' ἐλπίδι, ἔτι μικρὸν, ἔτι μικρὸν, διὰ φαυλισμὸν χειλέων, διὰ γλώσσης ἑτέρας.
C
Κατέληξε μὲν ἡμῖν ὁ πρῶτος λόγος εἰς τὸ, Τίνι ἀνηγγείλαμεν κακά; καὶ τίνι ἀνηγγείλαμεν ἀγγελίαν; Διερμηνεύοντες δὲ τῶν προειρημένων τὴν δύναμιν, λέγομεν ὅτι τὸ τῶν ἁγίων προφητῶν εἰσεκομίσθη πρόσωπον ἐπιτιμώντων τρόπον τινὰ τοῖς ἐξ αἵματος Ἰσραὴλ, ὡς εἰκῆ μὲν τοῖς παρ' αὐτῶν ἐντετυχηκόσι λόγοις, ὠφεληθεῖσι δὲ παντελῶς οὐδὲν, καίτοι καὶ κακῶν αὐτοῖς, καὶ μέντοι καὶ ἀγγελίας προηγορευμένων. Καὶ κακὰ μὲν εἶναι τὰς τοῖς εἰωθόσι πλημμελεῖν ἡὐτρεπισμένας κολάσεις διαβεβαιούμεθα, ἀγγελίας τε τὰς ἐπ' ἀγαθαῖς ἐλπίσι τιμάς. Ὡς οὐδὲν οὖν τὸ σύμπαν ὠφελημένων τῶν ἐξ αἵματος Ἰσραὴλ, εἰ καὶ ἀνηγγέλκασιν αὐτοῖς οἱ προφῆται τὰ παρὰ Θεοῦ, ἀπειλάς τέ φημι καὶ τῶν ἐσο-
D μένων ἀγαθῶν ὑποσχέσεις, Τίνι, φησὶν, ἀνηγγείλαμεν κακά; καὶ τίνι ἀνηγγείλαμεν ἀγγελίαν; Σεσιγηκότων δὲ ὥσπερ τῶν ἁγίων προφητῶν, καὶ μέχρι δὴ τούτων τὸν οἰκεῖον στησάντων λόγον, αὐτὸς ὁ τῶν ὅλων Θεὸς τοῖς ἁγίοις ἐπιφωνεῖ λέγων· Οἱ ἀπογεγαλακτισμένοι ἀπὸ γάλακτος, οἱ ἀπεσπασμένοι ἀπὸ μαστοῦ, θλίψιν ἐπὶ θλίψει προσδέχου, ἐλπίδα ἐπ' ἐλπίδι. Οἱ μὲν γὰρ ἀνουθέτητοι, φησὶν, καὶ πολὺ νοσοῦντες τὸ ἐξήνιον, ἐξώσθησαν εἰκότως, καὶ τῆς ἐν Χριστῷ σωτηρίας ἀμέτοχοι γεγονότες βαδιοῦνται πρὸς ὄλεθρον. Ὑμεῖς δὲ λοιπὸν οἱ διὰ πίστεως κεκλημένοι πρὸς ἐπίγνωσιν ἀληθείας, οἱ καθάπερ τινὸς

μαστοῦ καὶ γάλακτος ἀπεσπασμένοι τῆς ἐν νόμῳ A παιδαγωγίας· οἱ τροφὴν μὲν πάλαι νηπιοπρεπῆ δεχόμενοι, καὶ ἀμαθεστέραν ἔχοντες τὴν φρένα, προβεβηκότες δὲ νῦν εἰς ἄνδρα τέλειον εἰς μέτρον ἡλικίας τοῦ πληρώματος τοῦ Χριστοῦ, καὶ εἰς τὴν τελείοις πρέπουσαν μεταφοιτήσαντες τροφὴν, καὶ οὐ μεμενηκότες ἄπειροι λόγου δικαιοσύνης, κατευθύνατε τὰς ἑαυτῶν καρδίας εἰς παραδοχὴν τοῦ νέου κηρύγματος τῆς εὐαγγελικῆς πολιτείας τῶν διὰ Χριστοῦ θεσπισμάτων. Ἀνδρίζεσθε πρὸς ὑπομονὴν, καὶ εἰ θλίψις ἐπέρχοιτο συχνή τε καὶ ἀλλεπάλληλος ἐγηγερμένων τῶν πειρασμῶν, καὶ τῆς τῶν διωκόντων ὠμότητος ἐπιφυομένης ὑμῖν, καρτερήσατε βραχὺ, καὶ ἐπὶ βραχὺ προσδέχεσθε τὰς θλίψεις, ἵνα καὶ ἐλπίδα πλουτήσητε, τήν γέ φημι τὴν ὑπὲρ νοῦν τὸν ἀνθρώπινον. « Ὀφθαλμὸς γάρ, φησιν, οὐκ οἶδεν, καὶ οὖς οὐκ B ἤκουσε, καὶ ἐπὶ καρδίαν ἀνθρώπου οὐκ ἀνέβη, ἃ ἡτοίμασεν ὁ Θεὸς τοῖς ἀγαπῶσιν αὐτόν. » Εἶτα διαδείκνυσι ποία τις ἔσται πρώτη κατ' αὐτῶν ἡ θλίψις. Διὰ φαυλισμὸν γάρ, φησὶ χειλέων, καὶ διὰ γλώσσης ἑτέρας. Ἔστι δὲ τοιοῦτος τῆς προφητείας ὁ νοῦς. Ἐν ταῖς Πράξεσι τῶν ἁγίων ἀποστόλων γέγραπται, ὅτι « Κατὰ τὴν ἡμέραν τῆς Πεντηκοστῆς ἦσαν πάντες ὁμοῦ συνηγμένοι ἐπὶ τὸ αὐτὸ, καὶ ἰδοὺ ἐγένετο ἐκ τοῦ οὐρανοῦ ἦχος ὥσπερ φερομένης πνοῆς βιαίας. » Εἶτά φησιν· « Ὤφθησαν αὐτοῖς διαμεριζόμεναι γλῶσσαι ὡσεὶ πυρὸς, καὶ ἐκάθισεν ἐφ' ἕνα ἕκαστον αὐτῶν, καὶ ἤρξαντο λαλεῖν ἑτέραις γλώσσαις, καθὼς τὸ Πνεῦμα ἐδίδου ἀποφθέγγεσθαι αὐτοῖς. » Προστέταχε γὰρ αὐτοῖς ὁ Χριστὸς ἀπὸ Ἱεροσολύμων μὴ χωρίζεσθαι, C περιμένειν δὲ τὴν ἐπαγγελίαν τοῦ Πατρὸς, ἕως ἂν ἐνδύσωνται ἐξ ὕψους δύναμιν. Εἶτα κατελθόντες ἐλάλουν τοῖς ἐξ Ἰσραὴλ, καὶ ἅπασι δὲ τοῖς ἐξ ἑτέρων χωρῶν ταῖς δοθείσαις αὐτοῖς παρὰ Θεοῦ γλώσσαις, « καὶ κατεπλήττοντο μὲν ἀκροώμενοι, καὶ δὴ καὶ ἔφασκον, Οὐκ ἰδοὺ πάντες οἱ λαλοῦντές εἰσιν Ἰουδαῖοι; Καὶ πῶς πάντες ἡμεῖς ἀκούομεν ἕκαστος τῇ ἰδίᾳ γλώσσῃ λαλούντων αὐτῶν; Ἄλλοι δὲ ἔλεγον, » φησὶν, « ὅτι Γλεύκους μεμεστωμένοι εἰσὶ, » τοῦτ' ἔστι, μεθύουσι, τοῦτο, οἶμαι, ἐστὶ τὸ διὰ φαυλισμὸν χειλέων διὰ γλώσσης ἑτέρας. Ἐλάλουν μὲν γὰρ γλώσσαις ἑτέραις, τοῦ πάντα ἰσχύοντος Θεοῦ καὶ τοῦτο προειρηκότος. Ἐν ἑτερογλώττοις γὰρ, φησὶ, καὶ ἐν χείλεσιν ἑτέρων λαλήσω τῷ λαῷ τούτῳ, καὶ οὐδ' ὣς πιστεύσουσιν. Ἀλλὰ καίτοι δέον εἰς πληροφορίαν δέχεσθαι τὸ σημεῖον, ἐννοήσαντας τὴν ἐπὶ τούτῳ γεγενημένην παρὰ Θεοῦ προαγόρευσιν, τοῦτο μὲν οὐκ ἔδρων, κατονειδίζοντες δὲ τὸ μεθύειν αὐτοῖς μεμενήκασιν ἐν ἀπειθείᾳ.

nunc in virum perfectum, in mensuram ætatis plenitudinis Christi, et ad cibum perfectis **393** aptum transeuntes, quique non ignari sermonis justitiæ exstiteritis: præparate corda vestra, ut novam prædicationem evangelicæ conversationis suscipiatis, Christique oracula. Viros vos præbete patientia, et si afflictio accedat crebra, alia ex alia succedens, excitatis tentationibus, et persequentium crudelitate grassante in vos, sustinete paululum, et paululum sufferte afflictiones, ut et spe divites sitis, spe, inquam, quæ mentem humanam excedit. « Oculus enim, » inquit, « non vidit, et auris non audivit, et in cor hominis non ascendit, quæ præparavit Deus diligentibus se [26]. » Deinde ostendit quænam futura sit prima illa contra eos afflictio. Propter irrisionem, inquit, labiorum, et propter linguam alteram. Est autem hæc mens prophetica. In Actibus sanctorum apostolorum scriptum est: « Die Pentecostes erant omnes simul congregati in unum. Et ecce factus est de cœlo sonitus, tanquam advenientis spiritus vehementis [27]. » Deinde ait: « Conspectæ sunt illis dispertitæ linguæ instar ignis, et eorum unicuique insedit, et cœperunt loqui variis linguis, prout Spiritus dabat eis eloqui [28]. » Præceperat enim Christus illis ut Hierosolymis non recederent, sed exspectarent promissionem Patris, donec ex alto induantur virtute. Deinde descendentes locuti sunt Israelitis, omnibusque ex aliis regionibus, datis sibi a Deo linguis, « et stupore perculsi sunt audientes, et dicebant: Nonne omnes qui loquuntur Judæi [Galilæi] sunt? Et quomodo nos audimus eos loquentes, propria quisque lingua? Alii autem dixerunt, » inquit, « Musto pleni sunt [28*], » hoc est, opinor, per irrisionem labiorum, propter linguam alteram. Loquebantur enim linguis diversis magnifica Dei omnia potentis. Et hoc prædixit: Variis linguis, inquit, et labiis variis loquar populo huic, neque tamen sic credent. Cum autem oportuisset certa fide signum accipere, et cogitare ob hoc divinitus factum esse hoc vaticinium, hoc minime fecerunt, sed exprobrantes illis ebrietatem, increduli esse perrexerunt.

Ὅτι λαλήσουσι τῷ λαῷ τούτῳ λέγοντες αὐτῷ· D Τοῦτο τὸ ἀνάπαυμα τῷ πίνοντι, καὶ τοῦτο τὸ σύντριμμα, καὶ οὐκ ἠθέλησαν ἀκούειν.

Ἔφη που Θεὸς ἐπὶ ταῖς Ἰουδαίων ἀπονοίαις ἀγανακτῶν· Ἰδοὺ ἐγὼ ἐπάγω λιμὸν ἐπὶ τὴν γῆν, οὐ λιμὸν ἄρτου, οὐδὲ δίψαν ὕδατος, ἀλλὰ λιμὸν τοῦ ἀκοῦσαι λόγων Κυρίου. Καὶ ἀπὸ ἀνατολῶν ἕως δυσμῶν παραδραμοῦνται ζητοῦντες τὸν λόγον Κυρίου, οὐ μὴ εὕρωσιν. Οὐκοῦν ἐπενήνεκται λιμὸς νοητὸς τοῖς ἐξ Ἰσραὴλ, καὶ ἐπειδήπερ οὐ παρεδέξαντο διὰ τῆς πίστεως τὸν ἄρτον τῆς ζωῆς τὸν ἐξ οὐρανοῦ καταβε-

VERS. 28. *Quia loquentur populo huic dicentes: Hæc est requies bibenti, et hæc* **394** *contritio, et noluerunt audire.*

Dixit alicubi Deus, contumacia Judæorum offensus: Ecce ego induco famem in terram, non famem panis, neque sitim aquæ, sed famem audiendi sermonem Domini. Et ab oriente ad occidentem circuibunt, quærent sermonem Domini, et non invenient [29]. Inducta est igitur fames intelligentiæ Israelitis, quia non susceperunt per fidem panem vitæ, qui de cœlo descendens vitam dedit mundo:

[26] I Cor. II, 9. [27] Act. II, 1, 2. [28] Ibid., 3, 4. [28*] Ibid., 7, 8, 13. [29] Amos VIII, 11, 12.

ideoque inopia cibi divinitus dati, justissime laborarunt. «Non enim,» inquit, «in solo pane vivet homo, sed in omni verbo quod egreditur ex ore Dei [30].» Debacchati sunt autem in universorum Servatorem et Redemptorem; attamen bonus cum sit, impium vocavit ad resipiscentiam per sanctos apostolos. Allocutus est ergo illos B. Petrus, quod sanctum et justum negaverint, et vitæ principem occiderint, et homicidam sibi donari petiverint. Quin et hoc adjecit: «Et nunc scio, fratres, quod per ignorantiam feceritis, sicut et principes vestri. Pœnitentiam igitur agite, et baptizetur unusquisque vestrum in nomine Domini Jesu, et accipietis donum sancti Spiritus. Vobis enim sunt promissiones, et filiis vestris [31].» Itaque, inquit, avulsi ab ubere et lacte, vocati ad apostolatum, et novæ prædicationis ministri facti, loquentur populo huic, clare ostendentes quænam sit requies bibenti, et quæ sit contritio, id est, quid utile, quid secus. At non audiverunt. Unde, opinor, motus quidam e sanctis eos affatus est: «Duræ cervicis et inobedientes corde, vos semper sancto Spiritui resistitis [32].» Vide enim quo pacto illi, quantumvis intolerabiliter impii fuerint, pædagogos habuerint sanctos apostolos, ad resipiscentiam adducentes, et utilitatis cognitionem instillantes: at moribus duris erant ac præfractis supra modum præditi.

A θηκότα, καὶ ζωὴν διδόντα τῷ κόσμῳ· ταύτητοι καὶ μάλα εἰκότως ἐν ἐνδείᾳ γεγόνασι τῆς θεοσδότου τροφῆς· «Οὐ γὰρ ἐπ' ἄρτῳ,» φησὶ, «μόνῳ ζήσεται ἄνθρωπος, ἀλλ' ἐπὶ παντὶ ῥήματι ἐκπορευομένῳ διὰ στόματος Θεοῦ.» Καὶ πεπαρῳνήκασι μὲν εἰς τὸν τῶν ὅλων Σωτῆρα καὶ Λυτρωτήν· ἐπειδὴ δέ ἐστιν ἀγαθὸς, καίτοι δεδυσσεβηκότα οὐ φορητῶς ἐκάλει πρὸς μετάγνωσιν διὰ τῶν ἁγίων ἀποστόλων. Προσπεφώνηκε γοῦν αὐτοῖς ὁ μακάριος Πέτρος, ὅτι δὴ τὸν ἅγιον καὶ δίκαιον ἠρνήσαντο, καὶ ἀπεκτόνασι τὸν ἀρχηγὸν τῆς ζωῆς, καὶ ᾐτήσαντο ἄνδρα φονέα χαρισθῆναι αὐτοῖς. Πλὴν καὶ τοῦτο προσετίθει, «Καὶ νῦν, ἀδελφοί, οἶδα ὅτι κατὰ ἄγνοιαν ἐπράξατε, ὥσπερ καὶ οἱ ἄρχοντες ὑμῶν. Μετανοήσατε οὖν, καὶ βαπτισθήτω ἕκαστος ὑμῶν ἐπὶ τῷ ὀνόματι Κυρίου Ἰησοῦ, καὶ B λήψεσθε τὴν δωρεὰν τοῦ ἁγίου Πνεύματος. Ὑμῖν γάρ εἰσιν αἱ ἐπαγγελίαι, καὶ τοῖς τέκνοις ὑμῶν.» Οἱ τοίνυν, φησὶν, ἀπεσπασμένοι ἀπὸ μαστοῦ τε καὶ γάλακτος, οἱ κεκλημένοι πρὸς ἀποστολὴν, καὶ τῶν νέων κηρυγμάτων γεγονότες ἱερουργοὶ, λαλήσουσι τῷ λαῷ τούτῳ καταδεικνύοντες ἐναργῶς, ποία μὲν ἀνάπαυσις ἔσται τῷ πίνοντι, καὶ οἷον τὸ σύντριμμα, τοῦτ' ἔστι, τί τὸ ὠφέλιμον, καὶ τὸ ἐναντίον. Καὶ οὐκ ἂν ἀκούσειεν ἄν. Ὅθεν, οἶμαι, κεκινημένος τις τῶν ἁγίων ἔφη πρὸς αὐτούς· «Σκληροτράχηλοι καὶ ἀπειθεῖς τῇ καρδίᾳ, ὑμεῖς ἀεὶ τῷ ἁγίῳ Πνεύματι ἀντιπίπτετε.» Ἄθρει γὰρ ὅπως καίτοι δεδυσσεβηκότες οὐ φορητῶς παιδαγωγοὺς ἐσχήκασι τοὺς ἁγίους ἀποστόλους ἀποκομίζοντας εἰς μετάγνωσιν καὶ τὴν τοῦ συμφέροντος γνῶσιν ἐνιέντας αὐτοῖς· οἱ δὲ ἦσαν ἀγέρωχοι, καὶ πολὺ λίαν ἀπεσκληκότες, καὶ ἀσχέτως ἀπονενευκότες εἰς τὸ ἀπειθὲς καὶ δυσάγωγον τοῦ τρόπου.

Vers. 13. *Et erit eis verbum Dei, afflictio super afflictionem, spes supra spem.*

Quibus tandem? Sanctis apostolis videlicet et evangelistis, qui divinum sacræ prædicationis munus administrantes, orbem **395** terrarum peragrabant, eos qui errabant irretientes, adducentes Christo per fidem eos qui olim dicebant ligno: Pater meus es tu, et lapidi: Tu genuisti me. Verum non sine sudore cursum sui apostolatus confecerunt, sed afflicti, vexati, et hostium Dei insidias sustinentes. Factum est igitur eis verbum Domini, afflictio super afflictionem, nec id solum, sed et spes ad spem. Exantlatis enim pro pietate in Christum laboribus, in spe diuturna, imo infinita erunt, et una cum Christo regnantes, corona incorruptionis cingentur.

C *Καὶ ἔσται αὐτοῖς τὸ λόγιον Κυρίου τοῦ Θεοῦ, θλίψις ἐπὶ θλίψει, ἐλπὶς ἐπ' ἐλπίδι.*

Τίσιν ἔσται; Τοῖς ἁγίοις ἀποστόλοις δηλονότι καὶ εὐαγγελισταῖς, οἱ τὸ θεῖον ἱερουργοῦντες κήρυγμα, περιῄεσαν τὴν ὑπ' οὐρανὸν σαγηνεύοντες τοὺς πεπλανημένους, προσκομίζοντες διὰ πίστεως τῷ Χριστῷ τοὺς πάλαι λέγοντας τῷ ξύλῳ· Πατήρ μου εἶ σὺ, καὶ τῷ λίθῳ, Σὺ ἐγέννησάς με. Πλὴν οὐκ ἀνιδρωτὶ κατωρθώκασι τῆς οἰκείας ἀποστολῆς τὸν δρόμον, ἀλλὰ θλιβόμενοι, κακουχούμενοι, καὶ τὰς τῶν ἀφιλοθέων ὑπομένοντες ἐπιβουλάς. Γέγονεν οὖν αὐτοῖς τὸ λόγιον Κυρίου θλίψις ἐπὶ θλίψει, καὶ οὐχὶ τοῦτο μόνον, ἀλλὰ γὰρ καὶ ἐλπὶς ἐπὶ ἐλπίδι. Ἀνατλάντες γὰρ τοὺς ὑπέρ γε τῆς εἰς Χριστὸν εὐσεβείας ἀγῶνας, ἐπ' ἐλπίσιν ἔσονται μακραῖς, μᾶλλον δὲ καὶ ἀτελευτήτοις, D καὶ τὸν τῆς ἀφθαρσίας περικείσονται στέφανον συμβασιλεύοντες τῷ Χριστῷ.

Adhuc paululum, adhuc paululum, ut vadant, et cadant in posteriora, et periclitentur, et conterentur, et capientur.

Exstimulat ad fortitudinem, et inungit ad patientiam sanctos apostolos. Prædicarunt enim Israelitis, et salutis sermonem faustum illis annuntiarunt. Verum in eos tanquam indomitæ bestiæ insiliebant, ad conciliabula pertrahebant, illisque charitatem in Christum germanam, tanquam piaculare scelus crimini dabant, et acerbis dicteriis incessebant, et

Ἔτι μικρὸν, ἔτι μικρὸν, ἵνα πορευθῶσι, καὶ πέσωσιν εἰς τὰ ὀπίσω, καὶ κινδυνεύσωσι, καὶ συντριβήσονται, καὶ ἁλώσονται.

Καταθήγει πρὸς ἀνδρείαν, καὶ ἀλείφει πρὸς ὑπομονὴν τοὺς ἁγίους μυσταγωγούς. Διεκήρυττον μὲν γὰρ τοῖς ἐξ Ἰσραὴλ, καὶ τὸν τῆς σωτηρίας αὐτοῖς εὐηγγελίζοντο λόγον. Ἀλλ' ἐπεπήδων αὐτοῖς θηρίων ἀτιθάσσων δίκην, εἰσεκόμιζον εἰς συνέδρια, καὶ οἷά τι τῶν ἄγαν ἐκτοπωτάτων ἐγκαλοῦντες αὐτοῖς τῆς εἰς Χριστὸν ἀγάπης τὸ γνήσιον, λοιδορίαις μὲν ταῖς

[30] Luc. IV, 4. [31] Act. III, 17; II, 38. [32] Act. VII, 51.

κατ' αὐτῶν ἐχρῶντο πικραῖς, καταικισάμενοι δὲ, καὶ A ταῖς διὰ μαστίγων πληγαῖς καταξαίνοντες ἔφασκον· « Οὐ παραγγελίᾳ παρηγγείλαμεν ὑμῖν μηδενὶ λαλεῖν ἐπὶ τῷ ὀνόματι τούτῳ; Καὶ ἰδοὺ ἐπληρώσατε τὴν Ἱερουσαλὴμ τῆς διδαχῆς ὑμῶν. » Καὶ καθ' ἑτέρους δὲ τρόπους ἐπιφυόμενοι, καὶ ἀγρίως ἐπιβουλεύοντες, συντριβῆς αὐτοῖς καὶ ἱδρώτων γεγόνασι πρόξενοι. Ἐξυφαίνει τοίνυν αὐτοῖς ὁ τῶν ὅλων Θεὸς διαρκῆ τὴν παράκλησιν, καὶ τὸν ὅσον οὐδέπω παρεσόμενον τῶν διωκόντων ὄλεθρον προαναφαίνει λέγων· Ἔτι μικρὸν, ἔτι μικρόν. Οὐ γὰρ μακρὸς ἔσται, φησὶν, ὁ καιρὸς τοῦ καὶ ὀπίσω πεσεῖν αὐτοὺς, συντριβῆναί τε καὶ κινδυνεῦσαι, καὶ μὴν καὶ ἁλῶναι καὶ πορευθῆναι πρὸς ὄλεθρον. Ταυτὶ δέ φαμεν τοῖς Ἰουδαίων συμβῆναι λαοῖς νοητῶς τε ἅμα καὶ σωματικῶς, ἤγουν αἰσθητῶς. Κεκινδυνεύκασι γὰρ καὶ ἀπολώλασι κατὰ B δύο τρόπους, τοῦτο μὲν πολέμῳ τε καὶ πολιορκίαις δαπανώμενοι, τοῦτο δὲ, καὶ αὐτῷ τῷ Σατανᾷ γλυκὺ γεγονότες θήραμα, καὶ ταῖς ἑαυτῶν κεφαλαῖς τὸν ἐκ τῆς ἀσεβείας ἐπαντλήσαντες ὄλεθρον.

Διὰ τοῦτο ἀκούσατε λόγον Κυρίου, ἄνδρες τεθλιμμένοι, καὶ ἄρχοντες τοῦ λαοῦ τούτου ἐν Ἱερουσαλὴμ, ὅτι εἴπατε· Ἐποιήσαμεν διαθήκην μετὰ τοῦ ᾅδου, καὶ μετὰ τοῦ θανάτου συνθήκας. Καταιγὶς φερομένη ἐὰν παρέλθῃ, οὐ μὴ ἔλθῃ ἡμῖν· ἐθήκαμεν ψεῦδος τὴν ἐλπίδα ἡμῶν, καὶ τῷ ψεύδει σκεπασθησόμεθα.

Ἐπειδὴ γὰρ, φησὶν, ἀφόρητα τὰ ἐσόμενα καθ' ὑμῶν, καὶ τοὺς μέχρι παντὸς ἀσεβεῖν εἰρημένους πικρά τε καὶ δυσδιάφυκτος ἐκδέξεται δίκη· διὰ C τοῦτο ἀκούσατε λόγον Κυρίου. Ἦν γὰρ ἀπονεῦσαι τοῦ κακοῦ, τοῖς ἀποστολικοῖς κηρύγμασιν ἐπενεγκόντας τὸν νοῦν, καὶ οἷς ἂν λέγοι Χριστὸς ἀμελητὶ συννεύοντας. Ἀκούσατε τοίνυν τὸν λόγον Κυρίου, ἄνδρες τεθλιμμένοι, καὶ ἄρχοντες τοῦ λαοῦ τούτου ἐν Ἱερουσαλήμ. Τεθλιμμένους δὲ φησὶ τοὺς ἐξ Ἰσραὴλ, ἅτε δὴ τῷ κατακρίνοντι νόμῳ πεφορτισμένους. Ὀργὴν γὰρ ὁ νόμος κατεργάζεται, καὶ ἀθετήσας τις νόμον Μωσέως χωρὶς οἰκτιρμῶν ἐπὶ δυσὶν, ἢ τρισὶ μάρτυσιν ἀποθνήσκει. Τοιγάρτοι καὶ ὁ σοφώτατος Παῦλος τοῖς μετὰ τὴν πίστιν, δῆλον δὲ ὅτι τὴν εἰς Χριστὸν, ὑπονοστεῖν ἐθέλουσιν ἐπὶ τὰς τοῦ νόμου σκιὰς ἐπιστέλλει καί φησι· « Τὸ στόμα ἡμῶν ἀνέῳγε πρὸς ὑμᾶς, ὦ Κορίνθιοι, ἡ καρδία ὑμῶν πεπλάτυνται, οὐ στενοχωρεῖσθε ἐν ἡμῖν, στενοχω- D ρεῖσθε δὲ ἐν τοῖς σπλάγχνοις ὑμῶν, τὴν δὲ αὐτὴν ἀντιμισθίαν ὡς τέκνοις λέγω, πλατύνθητε καὶ ὑμεῖς, μὴ γίνεσθε ἑτεροζυγοῦντες ἀπίστοις. » Τεθλιμμένοι τοίνυν εἶεν ἂν οἱ ὑπό γε τῇ Μωσέως ἐντολῇ ἔτι κείμενοι καὶ πεπιεσμένοι τρόπον τινὰ, καὶ τοῦ νόμου τὸ δυσαχθὲς ἔχοντες εἰς νοῦν καὶ καρδίαν. Προσπεφώνηκε μὲν οὖν ἄρχουσί τε καὶ λαοῖς. Εἶτα μεταξὺ παρεντίθησί τινα τῶν Ἰουδαίων λόγον, ἐξ ἀπονοίας τε καὶ οἷον ἐξ ἀπογνώσεως αὐτοῖς ἀνοσίως ἐξηυρημένον. Καὶ ποῖος οὗτός ἐστι, ἀναγκαίως με εἰπεῖν· ὁ μὲν γὰρ τῶν ὅλων Θεὸς μακρόθυμός τε καὶ ἀνεξίκακος ὢν, οὐκ εὐθὺς τοῖς πταίουσιν ἐπηφίει τὴν κόλα-

[33] Act. v, 28. [34] II Cor. vi, 11-14.

plagis ac verberibus afficientes, et excoriantes dicebant: « Nunquid non interdicto interdiximus vobis ne cuiquam loquamini in nomine isto? Et ecce implevistis Jerusalem doctrina vestra [33]. » Quin aliis quoque modis insultantes, et immaniter insidiantes afflixerunt eos, laboremque illis facessiverunt. Pertexit itaque universorum Deus illis consolationem uberrimam, et interitum persequentium qui mox adfuturus erat, ante demonstrat, inquiens: Adhuc paululum, adhuc paululum. Non enim longe aberit tempus, inquit, cum retro cadent illi, et conterentur, et in pericula adducentur, et capientur ruentque in interitum. Hoc autem dicimus evenisse Judaico populo, spiritualiter simul et corporaliter seu sensibiliter. Periclitati sunt enim, et perierunt bifariam: partim bello et obsidione consumpti, partim quod essent dulcis præda Satanæ, et ex impietate hauserint quasi conflaverintque suo capiti interitum.

VERS. 14, 15. *Propter hoc audite verbum Domini, viri afflicti, et principes populi hujus in Jerusalem, quoniam dixistis: Fecimus* **396** *fœdus cum inferis, et pacta cum morte. Turbo irruens si pertransierit, nequaquam veniet ad nos. Posuimus in mendacio spem nostram, et mendacio protegemur.*

Quoniam, inquit, intolerabilia sunt futura contra vos, et acre ac inevitabile supplicium excipiet eos qui se omni impietati dediderunt: propterea audite verbum Domini. Licuit enim illis declinare a malo, si apostolicis prædicationibus mentem intenderent, hisque quæ Christus locutus est vere annuerent. Audite ergo verbum Domini, viri afflicti, et principes populi hujus in Jerusalem. Afflictos dicit Israelitas, videlicet lege quæ condemnat oneratos. Iram enim lex operatur. Et qui legem Mosis rejecerat, sine misericordia sub duobus aut tribus testibus moriebatur. Quippe Paulus sapientissimus epistola missa his qui post fidem nimirum in Christum, ad legis umbras redire voluerunt, inquit: « Os nostrum patet ad vos, o Corinthii, cor nostrum dilatatum est: non estis angusti in nobis, sed angusti estis in visceribus vestris: eamdem autem remunerationem vobis ut filiis præcipio, dilatemini et vos. Nolite jugum ducere cum infidelibus [34]. » Afflicti igitur esse queant hi qui adhuc subsunt præcepto Mosis, quique sunt oppressi quodammodo, et onus legis grave mente et corde habent. Allocutus est itaque principes et populos: dein interea sermonem quemdam Judæorum interponit, qui ab illis ex contumacia, et veluti ex desperatione excogitatus est. Et quis tandem iste, necesse est dicere. Deus enim universorum longanimus, et malorum patiens, non statim infert supplicium offendentibus, sed iram differt, terrore percellens, et prædicatione futurorum malorum interdum ad resipiscentiam revocans. Hinc sæpenu-

mero per sanctos prophetas inveniemus eum dicentem : Ecce venit, et, adhuc parum, adhuc parum, et, mox, mox. Sed audaces et superbi cum debuissent offensas corrigere posterioribus, lenitatem Domini in occasionem risus verterunt. Simul atque audiverant enim prophetam dicentem : Adhuc parum, adhuc parum, quam mox, illico inter se dixerunt : Longum tempus inter verba prophetæ et exhibitionem prædictorum interjacet. Nos moriemur, **397** et divina ira in illos insiliet. Siquidem dixit Deus prophetæ Ezechieli : « Fili hominis, filii populi tui dicunt : Visio hæc, quam hic videt, in dies multos, et in tempora longa hic prophetat. Propter hoc dic : Vivo ego, dicit Adonai Dominus : non amplius procrastinabunt omnes sermones mei quos loquar. Quia loquar sermonem, et faciam, dicit Adonai Dominus [25]. » Exprobrat igitur Israelitis, utpote contemnentibus, et tantum non dicentibus : Fecimus fœdus cum inferis, et cum morte pacta. Quænam illa? Turbo irruens si transierit, non invadet nos. Etenim, inquit, etiamsi voce dicant, tamen ipsis factis tantum non clamarunt : Pacta fecimus cum inferis : capient enim nos. Et si veniat forte turbo, seu periculum contra nos, non veniat sane nobis. Posuimus enim in mendacio spem nostram, et mendacio protegemur. Qui enim sibi ipsis finxerunt quod lubet, et dicunt : Moriemur antequam turbo ingruat, seu calamitates, quomodo non in mendacio spem suam posuerunt? Non etenim erat penes eos ut possent effugere, et morte eorum, quorum minas acceperant, insultum prævenire, sed in divinæ et ineffabilis potentiæ et excellentiæ potestate situm est.

A σιν, ἀνεβάλλετο δὲ τὴν ὀργὴν καταπτοῶν τοῖς δείμασι καὶ τῇ προαγορεύσει τῶν ἐσομένων κακῶν μετασοβῶν ἔσθ' ὅτε πρὸς μετάγνωσιν. Ταύτῃ τοι πλειστάκις διὰ τῶν ἁγίων προφητῶν εὑρήσομεν λέγοντα τὸ, Ἰδοὺ ἔρχεται, καὶ τὸ, ἔτι μικρὸν, ἔτι μικρὸν, καὶ τὸ, ὅσον, ὅσον. Ἀλλ' οἱ θρασεῖς καὶ ἀγέρωχοι, καίτοι δέον ἐπανορθοῦν τοῖς δευτέροις τὰ ἐπταισμένα, γέλωτος ἐποιοῦντο πρόφασιν τοῦ Δεσπότου τὴν ἡμερότητα. Ἅμα τε γὰρ ἤκουον προφήτου λέγοντος τὸ, Ἔτι μικρὸν, ἔτι μικρὸν, ὅσον, ὅσον· εὐθὺς πρὸς ἀλλήλους ἔφασκον, Καιροὶ μεταξὺ κείσονται μακροὶ τῶν τοῦ προφήτου ῥημάτων, καὶ τῆς ἀναδείξεως τῶν προηγγελμένων. Ἡμεῖς τεθνηξόμεθα, καὶ τοῖς μεθ' ἡμᾶς ὁ θεῖος ἐφαλεῖται θυμός. Καὶ γοῦν ἔφη Θεὸς πρὸς τὸν προφήτην Ἰεζεχιήλ, « Υἱὲ ἀνθρώπου, οἱ υἱοὶ τοῦ
B λαοῦ σου λέγουσιν· Ἡ ὅρασις, ἣν οὗτος ὁρᾷ, εἰς ἡμέρας πολλὰς, καὶ εἰς καιροὺς μακροὺς οὗτος προφητεύει. Διὰ τοῦτο εἰπὸν, Ζῶ ἐγὼ, λέγει Ἀδωναῒ Κύριος· οὐ μὴ μηκύνωσιν οὐκ ἔτι πάντες οἱ λόγοι μου οὓς ἂν λαλήσω. Ὅτι λαλήσω λόγον καὶ ποιήσω Ἀδωναῒ Κύριος. » Ὀνειδίζει τοίνυν τοῖς ἐξ Ἰσραὴλ, ὡς εἰωθόσι καταφρονεῖν, καὶ μονονουχὶ λέγουσιν· Ἐποιήσαμεν διαθήκην μετὰ τοῦ ᾅδου, καὶ μετὰ τοῦ θανάτου συνθήκας. Ποῖαι δὲ αὗται; Καταιγὶς φερομένη ἐὰν παρέλθῃ, οὐ μὴ ἔλθῃ ἐφ' ἡμᾶς. Μόνον γὰρ οὐχὶ, φησὶ, κἂν εἰ μὴ φωνῇ λέγοιεν, ἀλλ' οὖν αὐτοῖς κεκράγασι τοῖς δρωμένοις, ὅτι Συνθήκας πεποιήμεθα πρὸς τὸν ᾅδην, λήψεται γὰρ ἡμᾶς: Κἂν εἰ ἐπέλθοι τυχὸν ἡ καταιγὶς, ἤγουν ὁ ἀπειληθεὶς καθ' ἡμῶν ἔσεσθαι κίνδυνος, οὐ μὴ ἐπέλθῃ ἡμῖν. Τεθείκαμεν γὰρ ψεῦδος
C τὴν ἐλπίδα ἡμῶν, καὶ τῷ ψεύδει σκεπασθησόμεθα. Οἱ γὰρ ἑαυτοῖς ἀναπλάσαντες τὸ δοκοῦν, καὶ φάσκοντες, ὅτι Τεθνηξόμεθα πρὸ τῆς καταιγίδος, ἤτοι πρὸ τῶν συμφορῶν, πῶς οὐ ψεῦδος ἔθεντο τὴν ἑαυτῶν ἐλπίδα; Οὐ γὰρ ἦν ἐν αὐτοῖς τὸ διαφυγεῖν δύνασθαι, καὶ φθάσαι τῷ θανάτῳ τῶν ἀπειληθέντων τὴν ἔφοδον, ἔκειτο δὲ μᾶλλον ἐν ἐξουσίᾳ τῆς θείας τε καὶ ἀπορρήτου δυνάμεως, καὶ ὑπεροχῆς.

VERS. 16. *Propter hoc sic dicit Dominus : Ecce ego immitto in fundamenta Sion lapidem sumptuosum, electum, angularem, pretiosum, in fundamenta ejus : et qui credit in eo, non confundetur. Et ponam judicium in spem, misericordia vero mea in stateras.*

Διὰ τοῦτο οὕτω λέγει Κύριος· Ἰδοὺ ἐγὼ ἐμβάλλω εἰς τὰ θεμέλια Σιὼν λίθον πολυτελῆ, ἐκλεκτὸν, ἀκρογωνιαῖον, ἔντιμον, εἰς τὰ θεμέλια αὐτῆς· καὶ ὁ πιστεύων ἐπ' αὐτῷ, οὐ μὴ καταισχυνθῇ. Καὶ θήσω κρίσιν εἰς ἐλπίδα, ἡ δὲ ἐλεημοσύνη μου εἰς σταθμούς.

Hæc sunt adaptanda superioribus quæ sunt in medio interjecta : Propter hoc enim, inquit, audite verbum Domini, viri afflicti, et principes populi hujus in Jerusalem. Quid autem est quod audire jussit? Ecce ego immitto in fundamenta Sion lapidem electum, angularem, pretiosum, in fundamenta ejus. Et qui credit in eo non pudefiet. Lapidem igitur electum, sumptuosum et pretiosum, vocat Dominum nostrum Jesum Christum, divinitatis gloria et præstantia excellentem. Ipse est basis, et spes, et fulcrum, et fundamentum immotum Sion sub intelligentiam cadentis, id est, Ecclesiæ; idque explanat dicens, eum in fundamenta conjectum a Patre. Angularem vero esse **398** ait, utpote qui per fidem unam duos populos, Israeliti-

Ταῦτα συναπτέον τοῖς ἀνωτέροις τῶν διὰ μέσου
D προσεῤῥιμμένων· Διὰ τοῦτο γὰρ, φησὶν, ἀκούσατε λόγον Κυρίου, ἄνδρες τεθλιμμένοι, καὶ ἄρχοντες τοῦ λαοῦ τούτου ἐν Ἱερουσαλήμ. Τί δὲ δὴ καὶ ἀκοῦσαι προστέταχεν; Ἰδοὺ ἐγὼ ἐμβάλλω εἰς τὰ θεμέλια Σιὼν λίθον πολυτελῆ, ἐκλεκτὸν, ἀκρογωνιαῖον, ἔντιμον, εἰς τὰ θεμέλια αὐτῆς, καὶ ὁ πιστεύων ἐπ' αὐτῷ οὐ μὴ καταισχυνθῇ. Λίθον μὲν οὖν ἐκλεκτὸν, πολυτελῆ καὶ ἔντιμον, τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν ἀποκαλεῖ, καὶ τῇ τῆς θεότητος δόξῃ καὶ ὑπεροχῇ διαπρέποντα. Ὅτι δὲ αὐτὸς κρηπίς τε καὶ ἔρεισμα, καὶ ἀκλόνητος ὑποβάθρα γέγονε τῇ νοητῇ Σιὼν, τοῦτ' ἔστι, τῇ Ἐκκλησίᾳ, διατρανοῖ λέγων εἰς τὰ θεμέλια βεβλῆσθαι αὐτὸν παρὰ τοῦ Πατρός. Ἀκρογωνιαῖον δὲ εἶναί φησιν, ὡς διὰ πίστεως μιᾶς κατα-

[25] Ezech. XII, 27, 28.

σφίγγοντα πρὸς ἑνότητα τὴν πνευματικὴν τοὺς δύο A λαοὺς, τόν τε ἐξ Ἰσραὴλ, φημὶ, καὶ μέν τοι τὸν ἐξ ἐθνῶν· ἀεὶ γάρ πως ἐν ταῖς γωνίαις τῶν οἰκοδομημάτων δύο συμβαίνουσι τοῖχοι, καὶ ἀλλήλοις συναρμολογούμενοι κατασφίγγονται πρὸς ἑνότητα. Ἀλλ' ὁ πιστεύων, φησὶν, ἐπ' αὐτῷ, οὐ μὴ καταισχυνθῇ. Ἄθρει δὲ ὅπως ἀνίησι τρόπον τινὰ τοὺς πεπιεσμένους, καὶ τοῖς τεθλιμμένοις κατευρύνει τῆς εὐαγγελικῆς πολιτείας τὸ ἐλεύθερον. Ὦ γὰρ τεθλιμμένοι, φησὶν, ἰδοὺ τίθημι τὸν ἐκλεκτὸν λίθον εἰς τὰ θεμέλια Σιών. Καὶ τί τὸ ἐντεῦθεν ὄφελος; Ὁ πιστεύων ἐπ' αὐτῷ οὐ μὴ καταισχυνθῇ. Ἀναπείθει δὲ διὰ τούτου τῆς τοῦ νόμου δυσαχθείας ἀπολύσασθαι τὸν αὐχένα, καὶ τῆς ἀνοήτου, καὶ ἀδρανοῦς ἀποφοιτῆσαι σκιᾶς, ἀνθελέσθαι δὲ μᾶλλον τὴν διὰ πίστεως χάριν, καὶ τὴν ἐν Χριστῷ δικαίωσιν ἁρπάσαι πόνον ἔχουσαν οὐδένα. Θήσω δὲ, B φησὶν, εἰς ἐλπίδα κρίσιν, ἡ δὲ ἐλεημοσύνη μου εἰς σταθμούς. Καὶ γὰρ ὡς αὐτός φησιν ὁ Σωτήρ· « Ὁ Πατὴρ κρίνει οὐδένα, ἀλλὰ πᾶσαν τὴν κρίσιν δέδωκε τῷ Υἱῷ, ἵνα πάντες τιμῶσι τὸν Υἱὸν, καθὼς τιμῶσι τὸν Πατέρα. » Τοῦτο συνεὶς ὁ μακάριος Παῦλος ἐπιστέλλει καί φησιν, ὅτι « Τοὺς πάντας ἡμᾶς φανερωθῆναι δεῖ ἔμπροσθεν τοῦ βήματος τοῦ Χριστοῦ, ἵνα κομίσηται ἕκαστος τὰ διὰ τοῦ σώματος πρὸς ἃ ἔπραξεν, εἴτε ἀγαθὸν, εἴτε φαῦλον. » Ἔσεσθαι τοίνυν τὴν κρίσιν ἐλπίζομεν, ἐλεεῖσθαι δὲ οὕτως ὡς ἂν ἑκάστῳ πρέπει, καὶ ἀναλόγως δηλανότι τοῖς κατωρθωμένοις. Τοῦτο γὰρ οἶμαι δηλοῖ τὸ, ἐλεημοσύνην γίνεσθαι παρὰ τοῦ κρίνοντος ἡμᾶς εἰς σταθμοὺς, τοῦτ' ἔστι, κατὰ τὸν τοῦ δικαίου, καὶ οἷον ἰσοῤῥοποῦντα ταῖς ἀγαθουργίαις λόγον.

cum, inquam, et gentilem, unione spiritali conjungit. Semper enim in angulis ædificiorum duo concurrunt muri, et contigui in unum coagmentantur. At qui credit in eo, inquit, non pudefiet. Vide autem quo pacto reficiat et relaxet quodam modo credentes, et afflictis libertatem evangelicæ conversationis patefaciat. O afflicti enim, inquit, ecce pono electum lapidem in fundamenta Sion. Et quæ inde utilitas? Qui credit in eo non pudefiet. Hinc vero suadet a gravi legis onere collum subducere, et ab inutili et inefficaci umbra recedere, et gratiam per fidem potius amplecti, justificationemque in Christo, quæ nihil laboris habet, arripere. Ponam, inquit, judicium in spem, misericordiaque mea ad stateras. Etenim, ut ipse Servator inquit: « Pater judicat neminem, sed omne judicium dedit Filio, ut omnes honorent Filium, quemadmodum honorant Patrem [36]. » Quod intelligens beatus Paulus, scribit in Epistola, et inquit: « Omnes nos manifestari oportet coram tribunali Christi, ut reportet unusquisque ea quæ fiunt per corpus, sive bonum, sive malum [37]. » Futurum igitur judicium speramus, et misericordiam, prout cuique convenit, recte factis nimirum congruenter. Quod significare puto illud: Misericordiam esse a judicante nos ad stateras, id est, ex ratione æqui et boni, benefactis veluti respondentis.

Καὶ οἱ πεποιθότες μάτην, ψευδεῖς, ὅτι οὐ μὴ C *παρέλθῃ ὑμᾶς καταιγὶς, μὴ ἀφέλῃ ὑμῶν τὴν διαθήκην τοῦ θανάτου, καὶ ἡ ἐλπὶς ὑμῶν ἡ πρὸς τὸν ᾅδην, οὐ μὴ ἐμμείνῃ; Καταιγὶς φερομένη ἐὰν ἐπέλθῃ, ἔσεσθε αὐτῇ εἰς καταπάτημα. Ὅταν παρέλθῃ, λήψεται ὑμᾶς. Πρωῒ, πρωῒ παρελεύσεται ἡμέρας, καὶ ἐν νυκτὶ ἔσται ἐλπὶς πονηρά.*

Ἔφην, ὅτι τῶν ἁγίων προφητῶν τοῖς ἐξ αἵματος Ἰσραὴλ προαγορευόντων τὰ ἐσόμενα, καὶ τὴν θείαν ὀργὴν μονονουχὶ καὶ παροῦσαν ἤδη καταδεικνύντων αὐτοῖς, εἰς ἐκτόπους ἀπονοίας ἀπογαυρούμενοι διελογίζοντό τε καὶ ἔφασκον, ὅτι Κἂν εἰ γένοιτο ταῦτα τυχὸν, ἀλλ' οὖν εἰς ἀνάβλησιν ἔσται καιρῶν, καὶ οὐκ αὐτίκα παρέσται τῶν προηγγελμένων τὸ πέρας, δαπανηθήσεται δὲ τῆς ἡμετέρας ζωῆς ὁ χρόνος, καὶ μεθ' ἡμᾶς ἔσται τὰ δεινά. Ταῦτα δὲ λέγοντες καὶ D ἐνθυμούμενοι, μονονουχὶ καὶ συνθήκας ἐδόκουν μετὰ τοῦ θανάτου ποιεῖσθαι, καὶ οἷον ἐλπίδα τὴν πρὸς τὸν ᾅδην. Ταύτῃ τοί φησι πρὸς αὐτούς· Οἱ πεποιθότες μάτην, ψευδεῖς, ὅτι οὐ μὴ παρέλθῃ ὑμᾶς καταιγίς. Φοβήθητε μὴ καὶ ἀφέλῃ ὑμῶν τὴν διαθήκην τοῦ θανάτου, καὶ ἡ ἐλπὶς ἡ πρὸς τὸν ᾅδην οὐ μὴ ἐμμείνῃ. Οἶδε γὰρ, οἶδε καρδίας καὶ νεφροὺς, καὶ τῶν εἰς νοῦν κινημάτων τὴν δύναμιν ὁ τῶν ὅλων Δημιουργός. Ὅταν οὖν ἐλπίδα τὴν τοιαύτην ἔχουσι, φησί· Μὴ ἆρά πως τὰ ἐν ὑμῖν ἐγνωκὼς ἀποστήσῃ ταύτην ὑμῶν τὴν μετὰ τοῦ θανάτου συνθήκην; Ἀποστήσει δὲ τίνα τρόπον; Εἰ γὰρ ἐπέλθοι τὰ ἐξ ὀργῆς, τοῦτ' ἔστιν, ἡ

VERS. 17-19. *Et qui credunt frustra, mendaces sunt, quia non transibit per vos tempestas, nonne etiam auferet vobis testamentum mortis, et spes vestra quæ erga infernum, non permanebit? Tempestas ruens si supervenerit, eritis illi in conculcationem. Cum pertransierit, tollet vos Mane, mane pertransibit interdiu, et in nocte erit spes mala.*

Dixi, sanctis prophetis futura prædicentibus Israelitico sanguine ortis, divinamque illis iram modo non præsentem jam ostendentibus, incredibili contumacia insolescentes disputasse dixisseque: Etiamsi fiant fortassis ista, tamen erit mora dilatatioque temporis, et non statim aderit eorum quæ prænuntiata **399** sunt exitus; dilabetur autem vitæ nostræ tempus, post nos hæc gravia erunt. Ista dicentes et cogitantes, tantum non cum morte fœdera fecisse visi sunt, et veluti spem habuere in inferis. Hinc dicit illis: Qui confidunt frustra, mendaces, quia non pertransibit vos turbo; timete ne vobis auferat fœdus mortis, et spes in inferis non maneat. Novit enim, novit corda et renes, et animi motuum vim, universitatis Opifex. Cum igitur hanc spem habet, ait: Nonne qui hæc in vobis novit, delebit hoc vestrum cum morte fœdus? Delebit autem quonam modo? Si enim adveniat ira, id est, turbo, non alii post vos, sed vos ipsi eritis conculcationi. Et tollet vos mane, mane; id est, non in longinquum erit, sed veluti diluculo et cras, non

[36] Joan. v, 22. [37] II Cor. v, 10.

erit omnino e malis evasio, sed in die et nocte erit mala spes, id est, omni tempore, rerum gravium exspectatione consumemini. Deo enim affligere volente, quis propulsabit calamitatis insultum? vel quis divino furori reluctabitur?

A καταιγίς, οὐχ ἕτεροί τινες τῶν μεθ' ὑμᾶς, ἀλλ' ὑμεῖς αὐτοὶ γενήσεσθε εἰς καταπάτημα. Καὶ λήψεται ὑμᾶς πρωῒ πρωῒ, τοῦτ' ἔστιν, οὐκ εἰς μακρὰν, ἀλλ' οἷον ὄρθρου τε καὶ αὔριον. Οὐκ ἔσται ὅλως ἀνάπαυσις ἐκ κακῶν, ἀλλ' ἐν ἡμέρᾳ καὶ ἐν νυκτὶ ἔσται ἐλπὶς πονηρά, τοῦτ' ἔστι, κατὰ πάντα καιρὸν τῇ τῶν δεινῶν προσδοκίᾳ δαπανηθήσεσθε. Θεοῦ γὰρ κακοῦν ἐθέλοντος, τίς ὁ ἀποστήσων τῆς συμφορᾶς τὴν ἔφοδον; ἢ τίς τῷ θείῳ διαμάχεται θυμῷ;

VERS 20, 21. *Discite audire, qui estis in tribulatione: Non possumus pugnare. Ipsi autem debilitamur, ut vos congregemini. Sicut mons impiorum consurget, et erit in valle Gabaon. Cum furore faciet opera sua, amaritudinis opus. At furor ejus aliene utetur, et amaritudo ejus aliena.*

Μάθετε ἀκούειν, στενοχωρούμενοι· Οὐ δυνάμεθα μάχεσθαι. Καὶ αὐτοὶ δὲ ἀσθενοῦμεν, τοῦ ἡμᾶς συναχθῆναι. Ὥσπερ ὄρος ἀσεβῶν ἀναστήσεται, καὶ ἔσται ἐν τῇ φάραγγι Γαβαών. Μετὰ θυμοῦ ποιήσει τὰ ἔργα αὐτοῦ, πικρίας ἔργον· ὁ δὲ θυμὸς ἀλλοτρίως χρήσεται, καὶ ἡ πικρία αὐτοῦ ἀλλοτρία.

Optimus maximus universitatis Deus omnes homines vult salvos fieri, et ad agnitionem veritatis venire. Hinc eos qui infirmi erant, commonefaciens, et qui animam suam nihili fecerunt, in rectam et planam semitam revocans, omnes vias omnemque orationem admovet: nunc enim suppliciorum minis ac iræ terroribus concutiens, ad melius reducit, nunc autem bonorum pollicitationibus inescat, attrahitque ad utile. Cum igitur comminatus fuerit, prædixeritque fore ut prorsus penitusque turbine seu calamitate mox contra illos futura implicarentur, essentque omni tempore in spe mala; consolationis oratione adhibita, indulgentius agit, nec sinit animum despondere, veluti sapientissimi et peritissimi medici, qui membrorum corporis morbos aliquando **400** pharmaco acri curant, remediisque fortissimis, morborum in deterius progressum resecant, aliquando vero modicis et veluti mitissimis tantum non incantant valdeque molliunt. Postquam minatus est ergo monet, hortaturque ut animum adhibeant evangelicæ prædicationi, dicens: Discite audire, coangustati, deinde ait: Non possumus pugnare. Meminit vero etiam eorum quæ facta sunt olim in valle Gabaon. Admodum autem obscurum reddit cum dictionis expositio, tum ipsum filum contextusque compositionis. Puto autem ex historia hæc referenda. Vix enim sic erit perspicuum studiosis quod significatur. Bellum itaque gerente et duce Israelitarum Jesu filio Nave, et intolerabiliter grassante in regiones gentium, ac compluribus deletis: Gabaitæ veriti ne similia paterentur, cum essent ex alienigenarum urbibus, accurrerunt ad eum, et mentiti fefellerunt primum, et admissi sunt. Sed posteaquam cogniti sunt, et qui, et unde exsisterent, facti sunt aquæ geruli, et ligni cæsores cœtui. Quod ubi cognovissent gentium reges (quinque autem illi erant), bellum gesserunt contra Gabaon, crimini dantes quod ad Israelitas confugissent. Cum autem in extremis essent Gabaonitæ, cumque reputarent se pares non esse resistendo, rogarunt ut manu Jesu liberarentur. Hic vero statim opem ferens subditis suis, alienigenarum ducibus restitit. Deinde quid tunc manu Dei gestum fuerit, docebunt sacræ Litteræ. Habent enim sic [38]: « Et cum adortus

VERS. 11, 12. *Et erunt vobis omnia ista verba, velut sermones libri signati hujus, quem si homini scienti litteras tradant, dicentes: Lege hæc, dicet: Non possum legere, signatus est enim. Et dabitur liber hic in manus hominis non scientis litteras, dicetque illi: Lege hunc, et dicet: Non scio litteras.*

Dixit Judæis Dominus noster Jesus Christus: « Scrutamini Scripturas, quia in illis putatis vos habere vitam æternam, et illæ sunt quæ testificantur de me. Et non vultis venire ad me ut vitam habeatis [51*]. » Itaque frustra sursum ac deorsum laborarunt Israelitæ, Moysis præcepta semper in ore habentes, fingentes quidem 412 se haud vulgarem legis cognitionem animo et pectore condidisse, cum Christum non inquirant, etsi lux ejus explicet mysterium. Nam et rursus audiverunt: « Si credi-

[49] Joan. IX, 29. [50] Ibid. VIII, 12. [51] Ibid. XII, 35. [51*] Ibid. V, 39, 40.

dissetis Moysi, credidissetis mihi : de me enim ille scripsit [32]. » Cum ergo de lege non frequens illis esset sermo, imo vero eum qui ab ea prædictus erat interficerent, honoris erga Moysen nulla ratione habita : obsignata est quodammodo a Deo, quasi liber unus, divinitus afflata Scriptura. Unus enim liber est, tota Scriptura, et ab uno sancto Spiritu prodita : at quomodo est obsignata ? Nec enim qui legere possunt, et litteras norunt, quidquam in eo possunt intelligere : nec etiam si qui nesciunt litteras, in eo quidpiam reconditum cognoscent, sed erit omnibus ex æquo lex obsignata, eo quod sententiarum vim ne hi qui legere scirent assequerentur. Hoc demum voce Davidis ad Deum hymno decantatum est : « Obtenebrentur oculi eorum ne videant, et dorsum eorum semper incurva [32']. »

Vers. 13. ***Et dixit Dominus : Appropinquat mihi populus iste, labiis suis honorant me, cor autem eorum procul abest a me. Frustra vero colunt me, docentes mandata hominum et doctrinas.***

Judæi enim mandatorum legis profunditatem perspicere se profitentes, et in ore ac lingua mandatum olim patribus descriptum habentes, ex hoc solo divini cultus vim metiebantur : eorum autem, quæ oraculo tradita sunt, omnino nihil præstabant ; sed, contempta velut legislatoris voluntate, ad doctrinas et hominum mandata convertebantur. Nam traditiones quasdam vanas de novo sibimet fabricantes, pios se putabant et bonos : at ipsis factis deprehendebantur a charitate in Deum imprudenter resiliisse. Quod ad legem igitur lingua tenus habitam attinet, se vicinos Deo existimabant. Sed quia illam implere nolebant, deprehensi sunt recessisse, et extranei ab illo fuisse. Cæterum adhæsisse illos magis hominum mandatis, vel inde fieri posset perspicuum. « Accesserunt enim aliquando ad Servatorem Scribæ et Pharisæi dicentes : Quare discipuli tui transgrediuntur 413 mandatum seniorum ? Non enim lavant manus, cum panem edunt. Quibus dixit : Quare et vos transgredimini mandatum Dei ? Deus namque dixit : Honora patrem tuum et matrem tuam ; et qui maledicit patri vel matri, morte moriatur. Vos autem dicitis : Qui dicit patri vel matri, Donum quod ex me est, cedet in commodum tuum, nec honorabit patrem vel matrem ; et irritum fecistis mandatum Dei propter traditionem vestram [33]. » Adduxitque huc dictum hoc quod vobis præ manibus est, nam ait : « Hypocritæ, bene prophetavit Isaias de vobis, dicens : Populus iste labiis me honorat [33']. » Cum ergo pædagogum contempsissent, et legem Dei nullo loco dignati, ad doctrinas et mandata hominum conversi fuissent, hinc justissime divinitus inspiratæ Scripturæ liber obsigna-

A γὰρ πάλιν· « Εἰ ἐπιστεύετε Μωσῇ, ἐπιστεύετε ἂν ἐμοί, περὶ γὰρ ἐμοῦ ἐκεῖνος ἔγραψεν. » Οὐκοῦν ἐπειδήπερ οὐ πολὺς ἦν παρ' αὐτοῖς ὁ τοῦ νόμου λόγος, μᾶλλον δὲ ἀπεκτόνασι τὸν δι' αὐτοῦ προαναφωνούμενον, καὶ τῆς εἰς Μωσέα τιμῆς ἀλογήσαντες κατεσφραγίσθη τρόπον τινὰ παρὰ Θεοῦ, καθάπερ βιβλίον ἕν, ἡ θεόπνευστος Γραφή. Ἓν γὰρ ἡ πᾶσά ἐστι καὶ λελάληται δι' ἑνὸς τοῦ ἁγίου Πνεύματος· κατεσφραγίσθη δὲ τίνα τρόπον; Οὔτε γὰρ οἱ ἀναγνῶναι δυνάμενοι, καὶ εἰδότες γράμματα συνιέναι τι δύνανται τῶν ἐν αὐτῷ, οὔτε μὴν καὶ εἰ μή τις εἰδείη γράμματα, γνώσεταί τι τῶν κεκρυμμένων ἐν αὐτῷ· ἀλλ' ἔσται πᾶσιν ἐν ἴσῳ τρόπῳ κατεσφραγισμένος ὁ νόμος, ὡς ἄληπτον παντελῶς, καὶ τοῖς τὴν λέξιν εἰδόσι, τὴν τῶν ἐννοιῶν γενέσθαι δύναμιν. Καὶ τοῦτο B ἦν ἄρα τὸ διὰ φωνῆς τοῦ Δαβὶδ πρὸς τὸν Θεὸν ὑμνούμενον· « Σκοτισθήτωσαν οἱ ὀφθαλμοὶ αὐτῶν τοῦ μὴ βλέπειν, καὶ τὸν νῶτον αὐτῶν διὰ παντὸς σύγκυψον. »

Καὶ εἶπε Κύριος· Ἐγγίζει μοι ὁ λαὸς οὗτος τῷ στόματι, καὶ τοῖς χείλεσιν αὐτῶν τιμῶσί με, ἡ δὲ καρδία αὐτῶν πόῤῥω ἀπέχει ἀπ' ἐμοῦ. Μάτην δὲ σέβονταί με, διδάσκοντες ἐντάλματα ἀνθρώπων καὶ διδασκαλίας.

Ὑποκρινόμενοι γὰρ Ἰουδαῖοι τῶν νομικῶν ἐνταλμάτων τὸ βάθος ὁρᾷν, καὶ ἐπὶ γλώττης ἔχοντες τὴν πάλαι διωρισμένην τοῖς πατράσιν ἐντολήν, μεμετρήκασιν ἐν τούτῳ καὶ μόνῳ τῆς πρὸς Θεὸν λατρείας τὴν δύναμιν. Ἔδρων μὲν γὰρ τῶν τεθεσπισμένων τὸ σύμπαν οὐδέν, ἀτιμάσαντες δὲ ὥσπερ τὴν τοῦ νομοθέ- C του βούλησιν ἐτράποντο πρὸς διδασκαλίαν, καὶ ἀνθρώπων ἐντάλματα. Παραδόσεις γάρ τινας εἰκαίας καινοτομοῦντες ἑαυτοῖς ᾤοντο μὲν εἶναι φιλόθεοί τε καὶ ἀγαθοί, ἠλέγχοντο δὲ δι' αὐτῶν τῶν πραγμάτων τῆς εἰς Θεὸν ἀγάπης ἀσυνέτως ἀποπηδήσαντες. Οὐκοῦν τό γε ἧκον εἰς τὸ ἐπὶ γλώττης ἔχειν τὸν νόμον, ἐγγὺς ἑαυτοὺς ἐνόμιζον εἶναι Θεοῦ· διὰ δέ γε τοῦ μὴ ἀνέχεσθαι πληροῦν αὐτόν, ἀποφοιτῶντες ἠλέγχοντο, καὶ ἔξω που γεγονότες αὐτοῦ. Ὅτι γὰρ τοῖς ἀνθρώπων ἐντάλμασι προσέχειντο μᾶλλον, κἀντεῦθεν ἂν γένοιτο καταφανές· « Προσῄεσαν μὲν γάρ ποτε τῷ Σωτῆρι λέγοντες οἱ Γραμματεῖς, καὶ οἱ Φαρισαῖοι· Διατί οἱ μαθηταί σου παραβαίνουσι τὴν ἐντολὴν τῶν πρεσβυτέρων; Οὐ γὰρ νίπτονται τὰς χεῖρας ὅτε ἄρτον ἐσθίουσι. Καὶ πρός γε ταῦτα D ἔφασκεν ὁ Κύριος· Διατί καὶ ὑμεῖς παραβαίνετε τὴν ἐντολὴν τοῦ Θεοῦ; Ὁ γὰρ Θεὸς εἶπε· Τίμα τὸν πατέρα σου, καὶ τὴν μητέρα σου· καὶ ὁ κακολογῶν πατέρα ἢ μητέρα, θανάτῳ τελευτάτω. Ὑμεῖς δὲ λέγετε· Ὃς ἂν εἴπῃ τῷ πατρί, ἢ τῇ μητρί, Δῶρον ὃ ἐὰν ἐξ ἐμοῦ ὠφεληθῇς, οὐ μὴ τιμήσῃ τὸν πατέρα αὐτοῦ, ἢ τὴν μητέρα· καὶ ἠκυρώσατε τὴν ἐντολὴν τοῦ Θεοῦ διὰ τὴν παράδοσιν ὑμῶν. » Προσεπήνεγκε δὲ τούτοις τὸ προκείμενον ὑμῖν ῥητόν· ἔφη γάρ, ὅτι « Ὑποκριταί, καλῶς προεφήτευσεν Ἡσαΐας περὶ ὑμῶν λέγων, Ὁ λαὸς οὗτος τοῖς χείλεσί με τιμᾷ. » Οὐκοῦν ἐπειδήπερ τὸν παιδαγωγὸν ἀτιμάσαντες, καὶ τοῦ μηδενὸς ἀξιώσαντες λόγου τὸν παρὰ Θεοῦ νόμον ἐτράποντο

[32] Joan. v, 46. [32'] Psal. LXVIII, 24. [33] Matth. XV, 2 seqq. [33'] Marc. VII, 13

πρὸς διδασκαλίας καὶ ἐντολὰς ἀνθρώπων, κατεσφραγίσθη ταύτητοι, καὶ σφόδρα εἰκότως τὸ τῆς θεοπνεύστου Γραφῆς βιβλίον. Οὐ γὰρ ἦν ἀκόλουθον τὴν διὰ τῆς θεοπνεύστου Γραφῆς πλουτίσαι σύνεσιν τοὺς καταφρονοῦντας αὐτῆς.

Διὰ τοῦτο ἰδοὺ προσθήσω τοῦ μετατεθῆναι τὸν λαὸν τοῦτον, καὶ μεταθήσω αὐτοὺς, καὶ ἀπολῶ τὴν σοφίαν τῶν σοφῶν, καὶ τὴν σύνεσιν τῶν συνετῶν κρύψω.

Μετεκομίσθη γὰρ ὥσπερ ὁ τῶν Ἰουδαίων δῆμος κατὰ πολλοὺς, οἶμαι, τρόπους. Κλῆρος μὲν γὰρ ὠνομάσθη Θεοῦ, μερίς τε αὐτοῦ καὶ σχοίνισμα· μετετέθη δὲ ὥσπερ. Οὐ γὰρ ἔτι κλῆρος κεχρημάτικεν αὐτῷ, μερὶς δὲ γέγονεν ἀλωπέκων, καὶ δέδοται τῷ Σατανᾷ, καὶ τοῖς ἀκαθάρτοις πνεύμασιν εἰς τροφὴν, μετετέθη δὲ καὶ ἀπό γε τοῦ φρονεῖν ὀρθῶς, εἰς ἀδόκιμον νοῦν B ἐκ δόξης εἰς ἀτιμίαν, ἐξ ἰσχύος εἰς ἀσθένειαν, ἐκ τοῦ εἶναι σοφὸς εἰς ἐσχάτην ἀβελτηρίαν. Ἀπολῶ γὰρ, φησὶ, τὴν σοφίαν τῶν σοφῶν, καὶ τὴν σύνεσιν τῶν συνετῶν κρύψω. Εἶναι μὲν γὰρ ἐδόκουν σοφοί τε καὶ πολυγνώμονες οἱ Γραμματεῖς τε καὶ οἱ Φαρισαῖοι, νομομαθείας ἔχοντες δόξαν, ἀλλὰ κέκρυπται παρὰ Θεοῦ, καὶ μονονουχὶ συνεστάλη τῶν σοφῶν ἡ σύνεσις, τοῦτ' ἔστιν, ὁ νόμος, ἤγουν ἡ θεόπνευστος Γραφή.

Οὐαὶ οἱ βαθέως βουλὴν ποιοῦντες, καὶ οὐ διὰ Κυρίου· οἱ ἐν κρυφῇ βουλὴν ποιοῦντες, καὶ ἔσται ἐν τῷ σκότει τὰ ἔργα αὐτῶν, καὶ ἐροῦσι· Τίς ἡμᾶς ἑώρακε; καὶ τίς ἡμᾶς γνώσεται ἢ ἃ ἡμεῖς ποιοῦμεν;

C Ὅτε ποινὴν καὶ δίκην καθορίζει τινῶν ὁ τῶν ὅλων Θεὸς, εὐθὺς ἐπιφέρει τὰς τοῦ πράγματος αἰτίας, καὶ ἵστησιν ἐναργῆ τὰ τῶν πεπονθότων ἐγκλήματα, ἵνα καὶ δίκαιος ὁρῷτο πάντα κολάζων ἐν δίκῃ. Ἔφη τοίνυν ὡς ἀσύνετοι παντελῶς ἔσονται τῶν Ἰουδαίων οἱ δῆμοι κατεσφραγισμένου τοῦ νόμου, καὶ ἁπάσης ἐξῃρημένης τῆς ἐν αὐτοῖς συνέσεως, ἀπομεῖναι τυφλοὺς, νοητῶς δηλονότι. Ποῖα τοιγαροῦν τὰ ἐγκλήματα, καὶ ἐπὶ τίσιν αὐτοῖς τὸ ἕν γε τούτῳ κατολισθεῖν συμβέβηκε διατρανοῖ παραχρῆμα. Πλεῖσται γὰρ ὅσαι κατὰ Χριστοῦ γεγόνασιν αἱ παρ' αὐτῶν σκέψεις, καὶ ἀπᾴδουσαι Θεῷ. Τοῦτο γὰρ, οἶμαι, ἔστι τὸ, οὐ διὰ Κυρίου· καὶ δὴ καὶ ᾤοντο κατὰ σφᾶς αὐτοὺς βουλεύεσθαι μὲν λεληθότως, καὶ ἐγχειρημάτων ἅπτεσθαι πικρῶν ὡς τάχα που καὶ λέγειν, Τίς ἡμᾶς D ἑώρακεν, ἢ τίς γνώσεται ἃ ἡμεῖς ποιοῦμεν; Ἀλλ' ἠγνόησαν ὅτι τὸν θεῖόν τε καὶ ἀκήρατον νοῦν οὐκ ἂν διαλάθοι βουλὴ, καὶ σκέψις ἀνθρώπου πικρὰ, καὶ ἐγχειρημάτων δύναμις, κἂν εἰ πράττοι τὸ τυχὸν ἐν σκότει καὶ κεκρυμμένως. Κατεμισθοῦντο μὲν γὰρ τὸν προδότην Ἰούδα, μονονουχὶ λέγοντες· Δήσωμεν τὸν δίκαιον, ὅτι δύσχρηστος ἡμῖν ἐστι. Καὶ δὴ σταυρῷ παρέδωσαν, καὶ τό γε ἧκον ἐπ' αὐτοῖς ἀπεκτόνασι τὸν ἀρχηγὸν τῆς ζωῆς· ἐγηγερμένῳ δὲ πάλιν ἐκ νεκρῶν ἐπεφύοντο δεινοὶ καὶ λεληθότως ἕδρων τὰ ἐξ ἀνοσίας τε καὶ βασκάνου φρενός. Ἐγηγέρθαι γὰρ γνόντες αὐτὸν, ἀργύρια ἱκανὰ δεδώκασι τοῖς στρατιώταις τοῖς τοῦ τάφου φρουροῖς, ἵνα εἴπωσιν ὅτι οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ διὰ νυκτὸς λαθόντες ἔκλεψαν αὐτόν.

A tus est. Non enim consentaneum erat cognitione Scripturæ divinitus aspiratæ ditari eos, qui illam despectui haberent.

Vers. 14. *Propter hoc ecce rursus transferam populum istum, et transferam illos; et perdam sapientiam sapientum, et intelligentiam intelligentium abscondam.*

Transportatus enim veluti erat Judaicus populus, multis, ut mihi videtur, modis. Nam vocabatur sors Dei et portio ejus et funiculus, at translatus est quodammodo. Non enim ultra appellatus est ejus sors; sed vulpium portio factus est, et Satanæ immundisque spiritibus in cibum datus. Verum translatus est a recto sensu in mentem reprobam, a gloria in ignominiam, a fortitudine in infirmitatem, a sapientia in extremam stultitiam. Perdam enim, inquit, sapientiam sapientum, et intelligentiam intelligentium abscondam. Videbantur nimirum Scribæ et Pharisæi sapientes et valde cordati, scientiæ legis opinionem consecuti: ac a Deo abscondita est et tantum non coarctata sapientum intelligentia, id est, lex seu Scriptura divinitus inspirata.

Vers. 15. *Væ his qui profundum consilium capiunt, et non per Dominum; qui in abscondito consilium capiunt, et quorum opera erunt in tenebris, et dicent: Quis nos vidit? aut quis nos cognoscet, aut quæ nos facimus?*

Quando pœnam et supplicium quibusdam constituit universorum Deus, statim **414** infert hujusce rei causas, et eorum quibus hæc acciderunt crimina plana facit, ut et justus appareat is, qui omnia pro justitia non punit. Dicebat igitur imprudentem omnino futurum Judæorum populum lege obsignata: et omni eorum cognitione sublata, mansurum cæcum, mente videlicet et intelligentia. Qualia itaque crimina sint, et de quibus causis illis contigerit ut huc prolaberentur, mox explanat. Plurima eorum contra Christum exstiterunt consilia, et a Deo dissentientia. Hoc nimirum, opinor, est illud, Non per Dominum. Quin et cogitarunt apud se clam consilia inire, et res arduas suscipere, ut etiam dicant: Quis nos vidit? aut quis sciet quæ nos facimus? At ignorarunt consilium cogitationemque hominis acutam et moliminum potentiam non posse divinam et incorruptam mentem latere, etsi ea fortassis in tenebris et occulte faciant. Conduxerant enim proditorem Judam, tantum non dicentes: Ligemus hunc justum, quia inutilis est nobis. Et sane cruci tradiderunt, quantumque in ipsis erat, principem vitæ interfecerunt, et excitato e mortuis rursus, insultarunt acerbi, hæcque præstiterunt clam ex impietate et animo malevolo. Cum enim excitatum illum fuisse cognovissent argenteos sat multos dederunt militibus sepulcri custodibus, uti dicerent, discipulos ejus noctu venisse et furatos fuisse illum. Væ igitur, inquit,

his qui solent ea consilia inire, non per Dominum, sed veluti in Beelzebul.

VERS. 16. *Nonne ut lutum figuli reputabimini? Nunquid dicet figmentum fictori, Non tu me finxisti? aut opus ei qui fecit: Non tu me fecisti?*

Cum dixisset: Transferam populum istum, hisce verbis prorsus penitusque ostendit hanc rem se emendaturum, et quidem facile citra laborem, cum ait, transformandos esse ipsos prout voluerit is qui condidit, quemadmodum certe opus manibus figuli fabrefactum. Cujusmodi est etiam quod propheta Jeremias docuit, dicens: « Surge enim, » inquit, « et descende in domum figuli, et ibi audies sermones meos. Et descendi in domum figuli, et ecce ille faciebat opus super lapides, et cecidit vas quod ipse fecit manibus suis: et rursum fecit ex illo vas alterum, quomodo placuit ei
415 facere. Et dixit Dominus ad me: Nonne, ut figulus hic, potero facere vos, domus Israel? Ecce ut lutum figuli vos estis in manibus meis [84]. » Transformat enim facile ad quodcunque voluerit quod ad se factum est, universorum artifex et opifex.

VERS. 17. *Nonne adhuc modicum, et transferetur Libanus, quasi mons Chermel, et mons Chermel in silvam reputabitur?*

Cum dicit eos fore velut lutum figuli, et transformandos in fœdiora, propterea quod insint ipsis plurima peccata, quomodo res futura sit perspicue demonstrat, et quod subobscure videbatur dictum, quodammodo candide et clare ostendit. Libanus itaque mons est Phœniciæ, quique in ipso et circa ipsum habitarunt, erant homines quam superstitiosissimi. Similiter etiam Chermel, vel Chermelus, mons erat in regione Judæorum maximus, in quo habitasse dicitur Elias Thesbita. Itaque per montes seu regiones in quibus sunt montes, significare vult eos, qui in illis habitant, et inquit: Transferetur, nimirum transmutabitur Libanus, eritque velut mons Chermelinus: mons autem Chermelinus, velut Libanus, id est, qui quondam idolis servierunt, Deum qui adoratur in Judæa agnoscent, et in numero classeque primogeniti Israelis reputabuntur. Qui ex semine Israelis sunt, fient aliquando similes inhabitantibus Libanum et errantibus. Ejectus enim est Israel a conjunctione quæ est cum Deo, propter impietatem in Christum. Assumptæ sunt etiam gentes, et sanctificatæ per Spiritum, divinæ naturæ facti sunt participes. Transferetur igitur Libanus, inquit, velut mons Chermel: mons vero Chermel ut silva reputabitur, id est, ut silva lignorum agrestium, quorum finis est combustio. Vel etiam alio modo. Fuerunt enim velut lignorum

[84] Jer XVIII, 2 seqq.

A Οὐαὶ τοίνυν, φησὶν, οἱ τὰς τοιάσδε βουλὰς ποιεῖν εἰωθότες, οὐ διὰ Κυρίου μᾶλλον, ἀλλ' ὡς ἔν γε τῷ Βεελζεβούλ.

Οὐχ ὡς ὁ πηλὸς τοῦ κεραμέως λογισθήσεσθε; Μὴ ἐρεῖ τὸ πλάσμα τῷ πλάσαντι· Οὐ σύ με ἔπλασας; ἢ τὸ ποίημα τῷ ποιήσαντι, Οὐ συνετῶς με ἐποίησας;

Εἰρηκὼς ὅτι Μεταθήσω τὸν λαὸν τοῦτον, ὅτι πάντη τε καὶ πάντως κατορθώσει τὸ χρῆμα καὶ λίαν ἀμογητὶ διαδείκνυσιν ἐν τούτοις, μεταπλασθήσεσθαι λέγων αὐτοὺς εἰς ὅπερ ἂν ὁ δημιουργήσας ἐθέλοι, καθάπερ ἀμέλει καὶ τὸ διὰ χειρῶν κεραμέως τεχνουργούμενον. Τοιοῦτόν τι πάλιν καὶ ὁ προφήτης Ἱερεμίας ἐδιδάσκετο· « Ἀνάστηθι γὰρ, φησὶ, καὶ B κατάβηθι εἰς τὸν οἶκον τοῦ κεραμέως, καὶ ἐκεῖ ἀκούσῃ τοὺς λόγους μου. Καὶ κατέβην εἰς τὸν οἶκον τοῦ κεραμέως, καὶ ἰδοὺ αὐτὸς ἐποίει ἔργον ἐπὶ τῶν λίθων, καὶ διέπεσε τὸ ἀγγεῖον ὃ αὐτὸς ἐποίει ἀπὸ τῶν χειρῶν αὐτοῦ· καὶ πάλιν ἐποίησεν αὐτὸ ἀγγεῖον ἕτερον, καθὼς ἤρεσεν ἐνώπιον αὐτοῦ τοῦ ποιῆσαι, καὶ εἶπε Κύριος πρός με· Μὴ ὡς ὁ κεραμεὺς οὗτος οὐ δυνήσομαι ποιῆσαι ὑμᾶς, οἶκος τοῦ Ἰσραήλ; Ἰδοὺ ὡς ὁ πηλὸς τοῦ κεραμέως ὑμεῖς ἐστε ἐν ταῖς χερσί μου. » Μεταπλάττει γὰρ εὐκόλως, ἐφ' ὅπερ ἂν ἕλοιτο τὸ παρ' αὐτοῦ γεγονὸς ὁ τῶν ὅλων τεχνίτης καὶ δημιουργός.

Οὐκέτι μικρὸν καὶ μετατεθήσεται ὁ Λίβανος ὡς τὸ ὄρος τὸ Χερμὲλ, καὶ τὸ ὄρος τὸ Χερμὲλ εἰς δρυμὸν λογισθήσεται;

C Ἔσεσθαι λέγων αὐτοὺς ὡς πηλὸν κεραμέως, καὶ μεταπλασθήσεσθαι πρὸς τὰ αἰσχίω, διά τοι τὸ πλείστην ὅσην ἐν αὐτοῖς εἶναι τὴν ἁμαρτίαν, τίνα τρόπον ἔσται τὸ χρῆμα διαδείκνυσιν ἐναργῶς, καὶ καταλευκαίνει τρόπον τινὰ τὸ ἀμυδρῶς εἰρῆσθαι δοκοῦν. Λίβανος μὲν ὄρος ἐστὶ τῆς Φοινίκης, καὶ ἦσαν πάντες οἱ ἐν αὐτῷ καὶ περὶ αὐτὸ κατοικοῦντες ἄνθρωποι τῶν ὅτι μάλιστα δεισιδαιμονεστάτων, ὁμοίως δὲ καὶ τὸ Χαρμὲλ ὄρος ἦν ἐν τῇ Ἰουδαίων χώρᾳ παμμέγεθες, ἐν ᾧ κατοικῆσαι λέγεται καὶ ὁ Θεσβίτης Ἠλίας. Οὐκοῦν ἀπὸ τῶν ὀρῶν ἤτοι τῶν χωρῶν ἐν αἷς τὰ ὄρη, τοὺς ἐνοικοῦντας ἐν αὐτοῖς κατασημᾶναι βούλεται, καί φησιν, ὅτι Μετατεθήσεται, δέστι μεταβληθήσεται ὁ Λίβανος, ἔσται δὲ ὡς τὸ Καρμήλιον ὄρος. Τὸ δὲ D ὄρος τὸ Καρμήλιον ὡς ὁ Λίβανος, τουτ' ἔστιν, οἱ μὲν ποτε τοῖς εἰδώλοις λατρεύοντες τὸν ἐν τῇ Ἰουδαίᾳ προσκυνούμενον ἐπιγνώσονται Θεὸν, καὶ ἐν τάξει τοῦ πρωτοτόκου Ἰσραὴλ καταλογισθήσονται. Οἵ γε μὴν ἐκ σπέρματος Ἰσραὴλ τοῖς τὸν Λίβανον οἰκοῦσι καὶ πλανωμένοις ποτὲ γενήσονται παραπλήσιοι. Ἐκβέβληται μὲν γὰρ ὁ Ἰσραὴλ τῆς πρὸς Θεὸν οἰκειότητος διά τοι τὴν εἰς Χριστὸν δυσσέβειαν. Προσελήφθη δὲ τὰ ἔθνη, καὶ ἡγιασμένα διὰ τοῦ Πνεύματος, θείας φύσεως γεγόνασι κοινωνοί. Μετατεθήσεται τοίνυν, ὁ Λίβανος, φησὶν, ὡς τὸ ὄρος τὸ Χερμὲλ, καὶ τὸ ὄρος τὸ Χερμὲλ εἰς δρυμὸν λογισθήσεται, τουτ' ἔστιν, ὡς ὕλη ξύλων ἀγρίων, ὧν τὸ τέλος εἰς καῦσιν. Ἢ καὶ καθ'

ἕτερον τρόπον. Δρυτόμοι γὰρ ὥσπερ γεγόνασι τοῖς ἐξ Ἰσραὴλ οἱ καταδηοῦντες αὐτὸν, καὶ τοῦτο, οἶμαι, δηλοῖ λέγων ὁ προφήτης Ζαχαρίας· « Διάνοιξον, ὦ Λίβανος, τὰς θύρας σου, καὶ καταφαγέτω πῦρ τὰς κέδρους σου. Ὀλολυξάτω πίτυς, διότι πέπτωκε κέδρος. Ὀλολύξατε, δρύες τῆς Βασανίτιδος, ὅτι κατεσπάσθη ὁ δρυμὸς ὁ σύμφυτος » Ἄθρει δὴ οὖν, ὅτι καὶ αὐτὸς τῷ Λιβάνῳ παρεικάζει τὴν Ἰουδαίαν, ὡς οὐδὲν διαφέρουσαν τῶν ἐν αὐτῷ πάλαι, τουτ' ἔστι, τῶν πλανωμένων. Πίτυν δὲ καὶ κέδρον, καὶ μέν τοι καὶ δρῦν τοὺς ἐν αὐτῇ πεσόντας ἀποκαλεῖ. Ὑψηλοὶ γὰρ ὄντες, ὑψοῦ τε ἠρμένοι, καθάπερ ὑπὸ πυρὸς δεδαπάνηνται τῆς θείας ὀργῆς.

A cæsores Israelitis qui depopulantur eos. Id quod, opinor, significat propheta Zacharias, dicens: « Aperi, o Libane, portas tuas, et comedat ignis cedros tuas. Ploret pinus, quia cecidit cedrus; plorate, quercus Basanitidis, quia succisa est silva consita. » Vide itaque hunc quoque Libano comparare Judæam, utpote quæ ab his qui quondam in eo erant, nimirum errore deceptis, nihil differat. Pinum autem et cedrum et etiam **416** quercum, appellat in ea casuros. Nam elati et in altum subvecti, tanquam igne divinæ iræ consumpti sunt.

Καὶ ἀκούσονται ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ κωφοὶ λόγους βιβλίου, καὶ οἱ ἐν τῷ σκότει, καὶ οἱ ἐν τῇ ὁμίχλῃ. Ὀφθαλμοὶ τυφλῶν βλέψονται, καὶ ἀγαλλιάσονται πτωχοὶ διὰ Κυρίου ἐν εὐφροσύνῃ, καὶ οἱ ἀπηλπισμένοι τῶν ἐθνῶν ἐμπλησθήσονται εὐφροσύνης.

VERS. 18, 19. *Et audient die illa surdi sermones libelli, et qui in tenebris sunt, et qui in nebula.* B *Oculi cæcorum videbunt, exsultabunt pauperes propter Dominum in lætitia, et spe destitutæ gentes implebuntur lætitia.*

Τὴν τῶν ἐθνῶν κλῆσιν διά γε τῶν προκειμένων ἡμῖν ἐναργέστατα δηλοῖ. Ἔστι δὲ καθάπερ ἐξ ἀντιστρόφου τῶν πραγμάτων τὴν φύσιν ἰδεῖν συμβαίνουσαν. Ἔφη μὲν γὰρ ὅτι κατασφραγισθήσεται τὸ τοῦ νόμου βιβλίον ἤγουν ἁπάσης τῆς θεοπνεύστου Γραφῆς, καὶ τὸν τῶν Ἰουδαίων κρυβήσεται νοῦν τῶν θείων λογίων ἡ γνῶσις· ὡς τὸν μὲν εἰδότα γράμματα, φάναι τὸ, Οὐ δύναμαι ἀναγνῶναι, ἐσφράγισται γὰρ, τὸν μὴ εἰδότα δὲ, φάναι τὸ, Οὐκ οἶδα γράμματα, ἀλλ' ὅτι κεκλήσονται τὰ ἔθνη πρὸς ἐπίγνωσιν Θεοῦ καὶ τὸ τῶν εὐαγγελικῶν κηρυγμάτων εἰς νοῦν καὶ καρδίαν εἰσδέξονται φῶς, καὶ αὐτὸν δὲ συνήσουσι τὸν διὰ Μωσέως νόμον, καίτοι κωφοὶ καὶ ἀνήκοοι γεγονότες ποτὲ, καὶ οἷον ἐν ὁμίχλῃ καὶ σκότῳ διατρίβοντες, ὡς ἐν ἀμαθίᾳ καὶ πλάνῃ καθίστησιν ἐναργές. Ἡσθῆσθαι δέ φησιν αὐτοὺς, οὐκ ἐφ' ἑτέροις τισὶ τοῖς κατὰ τόνδε τὸν βίον πράγμασιν, ἀλλ' ἐπὶ Κυρίῳ, τουτ' ἔστι, Χριστῷ. Πτωχοὶ γὰρ ὄντες, καὶ τῶν ἀγαθῶν οὐδὲν ἔχοντες εἰς νοῦν, ἀλλ' ἐν ἐνδείᾳ πάσης ὑπάρχοντες ἀρετῆς, καὶ ἐλπίδα μὴ ἔχοντες· ἄθεοι γὰρ ἦσαν ἐν τῷ κόσμῳ, κατὰ τὸ γεγραμμένον· πλησθήσονται ἐν εὐφροσύνῃ. Ἔσονται γὰρ, καὶ ἁμαρτίας ἐλεύθεροι καὶ πλήρεις ἁγιασμοῦ, καὶ θανάτου κρείττονες, καὶ ἐλπίδων ἐπίμεστοι τῶν παρὰ Θεοῦ, διηνεκοῦς εὐφροσύνης μέτοχοι.

Vocationem gentium ex his quæ proposita sunt, evidentissime ostendit. Est autem videre rerum quæ accidit naturam velut e contrario. Nam dixerat obsignandum libellum legis, seu universæ Scripturæ divinitus inspiratæ, et divinorum eloquiorum notitiam, Judæorum mentem esse celandam: adeo ut qui scit litteras, dicat: Haud queo legere; obsignata enim est, et qui non novit, dicat, Haud novi litteras. Verum quod vocabuntur gentes ad agnitionem Dei, lucemque evangelicæ prædicatio- C nis in animum et pectus recipient, ipsamque Mosaicam legem cognoscent, quantumvis surdæ fuerint, nec olim audierint, et velut in nebula ac tenebris ceu in ignorantia et errore versatæ fuerint, planum facit ac perspicuum. Gavisuros autem eos dicit, non in alia re quapiam hujus vitæ, nisi in Domino, id est, Christo. Nam pauperes cum sint, et nihil boni in mente habeant, sed omnium virtutum penuria laborent, spe etiam destituantur (nam erant carentes Deo, in mundo, sicuti scriptum est), explebuntur lætitia. Erunt enim a peccato liberi, et pleni sanctimonia, et morte superiores, et spe referti a Deo, et æternæ lætitiæ consortes.

Ἐξέλιπεν ἄνομος, καὶ ἀπώλετο ὑπερήφανος, καὶ ἐξωλοθρεύθησαν οἱ ἀνομοῦντες ἐπὶ κακίᾳ, καὶ οἱ ποιοῦντες ἁμαρτεῖν ἀνθρώπους ἐν λόγῳ· πάντας δὲ τοὺς ἐλέγχοντας ἐν πύλαις πρόσκομμα θήσουσι, καὶ ἐπλαγίασαν ἐν ἀδίκοις δίκαιον.

D VERS. 20, 21. *Defecit iniquus, et periit superbus, et deleti sunt inique agentes propter malitiam, et facientes peccare homines in sermone: omnes autem arguentes in portis, offensionem ponent, et detorserunt ad injusta justum.*

Ὡς ἐκ μέσου γενομένων, καὶ ἐκβεβλημένων τῆς πρὸς Θεὸν οἰκειότητος τῶν ἐξ Ἰσραὴλ, εἰ καὶ μὴ εἰς ἅπαν· σέσωσται γὰρ τὸ κατάλειμμα κατὰ τὴν τοῦ προφήτου φωνήν· ἐκλελοιπέναι φησὶν ἄνομόν τε καὶ ὑπερήφανον· ἄνομοι μὲν γὰρ ὡς μηδὲ αὐτὸν τετηρηκότες τὸν νόμον, τραπόμενοι δὲ μᾶλλον εἰς διδασκαλίας καὶ ἐντάλματα ἀνθρώπων. ὑπερήφανοι δὲ λίαν καὶ κατωφρυωμένοι δεινῶς ὡς Χριστὸν ἀτιμάσαντες. Ποτὲ μὲν γὰρ ἔφα-

Sublatis velut e medio, et ejectis a Dei consortio et conjunctione Israelitis, tametsi non in totum, servatæ enim sunt reliquiæ, juxta prophetæ vocem: defecisse inquit iniquum et superbum: iniqui, ut qui ipsam legem non servarint, sed aversi fuerint potius ad doctrinas et mandata **417** hominum: superbi vero et admodum superciliosi, Christum velut graviter contemnentes. Dixerunt enim, nunc: « Nonne hic est fabri filius, cujus nos

patrem et matrem novimus? Quomodo igitur dicit, E cœlo descendi[85]? » Nunc rursus : « Abraham mortuus est, et prophetæ mortui sunt, et tu dicis : Si quis meum sermonem audiverit, mortem non videbit in sæculum ; quem teipsum facis[86]? » Quin et alibi videre licet Scribas et Pharisæos valde impie dicentes : « Dæmonium habet, et furit, quid illum auditis[87]? » Deleti sunt ergo prævaricantes inique semper, propter insignem malitiam et nequitiæ ipsorum magnitudinem. Isti erant qui faciunt homines peccare in sermone : nam abducentes, ut dixi, populum suæ manui subditum a legis reverentia, peccare fecerunt, persuadentes suum sermonem, sua ipsorum nimirum præcepta servare, efficientesque ut hæc pro lege ducerent ; et quod his magis est impium, posuerunt offensionem arguentes in portis. Etenim sancti prophetæ supernos et divinos sermones tanquam legati annuntiantes Israelitis, redarguebant interdum, idque libere, non clam, sed velut pro portis. At qui delecti erant ad gregem manui et potestati suæ commissum instituendum, cumque omnia quæ utilia essent ut pædagogi docere deberent eos, qui a recta et inculpata via excurrunt, offensionem fecerunt reprehensiones hasce utiles, illos seductores et mendaces videlicet nominantes. Scopus enim propositumque eorum fuit injustis rebus justitiæ vim semper pervertere. Hoc nimirum, opinor, est: Detorserunt ad injusta justum: puta, cum lex dicat : « Honora patrem tuum et matrem tuam[88]; » et : « Qui maledicit patri vel matri, morte moriatur[89].» Isti docuerunt dicere genitoribus ex ipsis genitos filios : Donum quod ex me est, in tuum commodum cedet. Si hoc dicat, non honorabit patrem suum vel matrem suam. Licebit, inquit, non honorare patrem vel matrem. Hoc enim illis objecit Christus, inquiens : Irritastis præceptum Dei propter traditionem vestram.

VERS. 22,23. *Propterea hæc dicit Dominus, super domum Jacob, quam segregavit ex Abraham : Non erubescet nunc Jacob, nec faciem mutabit nunc Israel : at quando videbunt filii eorum opera mea, propter me sanctificabunt nomen meum,* **418** *et sanctificabunt sanctum Jacob, Deum Israel timebunt.*

Advigilat semper oratio prophetica, et malitiam eorum qui reprehendendi studio tenentur, præoccupat. Dixit enim : Deficit iniquus, periit superbus, deleti sunt inique agentes propter malitiam. Quoniam vero ex insigni imperitia verisimile erat quosdam putare Deum mentitum fuisse, cum in totum non perierit Israel, sed reliquiæ, uti dixi, servatæ fuerint; hinc valde opportune mentionem facit spei extremis sæculi temporibus Israeli reservatæ. Vocabuntur siquidem et ipsi per fidem in Christo, et post gentes accurrent. Cum enim, inquit, plenitudo

A σχον· « Οὐχ οὗτός ἐστιν ὁ τοῦ τέκτονος υἱὸς, οὗ ἡμεῖς οἴδαμεν τὸν πατέρα καὶ τὴν μητέρα; Πῶς οὖν λέγει ὅτι ἐκ τοῦ οὐρανοῦ καταβέβηκε; » Ποτὲ δὲ πάλιν· « Ἀβραὰμ ἀπέθανε, καὶ οἱ προφῆται ἀπέθανον, καὶ σὺ λέγεις, Ἐάν τίς μου τὸν λόγον ἀκούσῃ, θάνατον οὐ μὴ ἴδῃ εἰς τὸν αἰῶνα. Τίνα σεαυτὸν ποιεῖς; » Καὶ μὴν καὶ ἑτέρωθι κατίδοι τις ἂν αὐτοὺς ἀνοσιώτατα λέγοντας τοὺς Γραμματέας τε καὶ Φαρισαίους· « Δαιμόνιον ἔχει καὶ μαίνεται, τί αὐτοῦ ἀκούετε; » Ἐξωλοθρεύθησαν τοίνυν οἱ παρανομοῦντες ἀεὶ διὰ πολλὴν κακίαν καὶ τῆς ἐνούσης αὐτοῖς δυστροπίας τὸ μέγεθος. Οὗτοι δὲ ἦσαν οἱ ποιοῦντες ἁμαρτεῖν ἀνθρώπους ἐν λόγῳ· ἀποκομίζοντες γὰρ, ὡς ἔφην, τοὺς ὑπὸ χεῖρα λαοὺς τῆς εἰς τὸν νόμον αἰδοῦς, ἁμαρτάνειν παρεσκεύαζον τὸν ἴδιον λόγον ἤτοι τὰ ἑαυτῶν ἐντάλματα
B τηρεῖν ἀναπείθοντες· καὶ ταῦτα ἡγεῖσθαι παρασκευάζοντες νόμον· καὶ τὸ ἔτι τούτων ἀνοσιώτερον, ἐποιοῦντο πρόσκομμα τοὺς ἐλέγχοντας ἐν πύλαις. Οἱ μὲν γὰρ ἅγιοι προφῆται τοὺς ἄνωθεν καὶ παρὰ Θεοῦ διαπορθμεύοντες λόγους, τοὺς ἐξ Ἰσραὴλ ἤλεγχον ἐσθ' ὅτε, καὶ τοῦτο ἐν παῤῥησίᾳ καὶ οὐ λεληθότως, ἀλλ' οἷον ἐν πύλαις. Οἱ δὲ καθηγεῖσθαι λαχόντες τῶν ὑπὸ χεῖρα ποιμνίων, καὶ παιδαγωγεῖν ὀφείλοντες εἰς πᾶν ὁτιοῦν τῶν χρησίμων τοὺς τῆς ὀρθῆς τε καὶ ἀμωμήτου παρεκθέοντας ὁδοῦ, τοὺς ὠφελοῦντας ἐλέγχους ἐποιοῦντο πρόσκομμα, πλάνους τάχα που καὶ ψευδοεπεῖς ὀνομάζοντες. Σκοπὸς γὰρ ἦν αὐτοῖς τὸ ἐν ἀδίκοις πράγμασι τὴν τοῦ δικαίου δύναμιν παρευθύνειν ἀεί. Τοῦτο γὰρ, οἶμαι, ἐστι τὸ, Ἐπλαγίασαν ἐν ἀδίκοις δίκαιον, οἷον τοῦ νόμου λέγοντος, « Τίμα τὸν
C πατέρα σου καὶ τὴν μητέρα σου, » καὶ, « Ὁ κακολογῶν πατέρα, ἢ μητέρα, θανάτῳ τελευτάτω. » Αὐτοὶ λέγειν ἐδίδασκον τοῖς γεγεννηκόσι τοὺς ἐξ αὐτῶν γεννωμένους· Δῶρον ὃ ἐὰν ἐξ ἐμοῦ ὠφεληθῇς. Κἂν εἰ τοῦτο λέγοιεν, οὐ μὴ τιμήσῃ τὸν πατέρα αὐτοῦ, ἢ τὴν μητέρα αὐτοῦ. Ἐξέστω, φησὶ, μὴ τιμᾷν πατέρα, ἢ μητέρα. Τοῦτο γὰρ αὐτοῖς ὠνείδιζεν ὁ Χριστὸς λέγων· Ἠκυρώσατε τὴν ἐντολὴν τοῦ Θεοῦ διὰ τὴν παράδοσιν ὑμῶν.

Διὰ τοῦτο τάδε λέγει Κύριος, ἐπὶ τὸν οἶκον Ἰακὼβ, ὃν ἀφώρισεν ἐξ Ἀβραάμ· Οὐ νῦν αἰσχυνθήσεται Ἰακὼβ, οὐδὲ νῦν τὸ πρόσωπον μεταβαλεῖ Ἰσραήλ· ἀλλ' ὅταν ἴδωσι τὰ παιδία αὐτῶν τὰ ἔργα μου, δι' ἐμὲ ἁγιάσουσι τὸ ὄνομά
D *μου, καὶ ἁγιάσουσι τὸν ἅγιον Ἰακὼβ, καὶ τὸν Θεὸν τοῦ Ἰσραὴλ φοβηθήσονται.*

Ἀνανήφει πανταχοῦ τῆς προφητείας ὁ λόγος, καὶ τῶν εἰωθότων φιλοψογεῖν προαναβλέπει τὴν κακουργίαν. Ἔφη γὰρ μὲν, ὅτι Ἐξέλιπεν ἄνομος, ἀπώλετο ὑπερήφανος· ἐξωλοθρεύθησαν οἱ ἀνομοῦντες ἐπὶ κακίᾳ. Ἐπειδὴ δὲ ἦν εἰκὸς ἐκ πολλῆς ἄγαν ἀμαθίας οἴεσθαί τινας ψευδοεπῆσαι τὸν Θεόν· οὐκ εἰσάπαν ἀπολωλότος τοῦ Ἰσραὴλ, σεσωσμένου δὲ, ὡς ἔφην, τοῦ καταλείμματος· ταύτῃτοι καὶ σφόδρα χρησίμως διαμέμνηται τῆς ἐλπίδος τῆς τετηρημένης τῷ Ἰσραὴλ ἐν ἐσχάτοις τοῦ αἰῶνος καιροῖς. Κληθήσονται καὶ αὐτοὶ διὰ πίστεως τῆς ἐν Χριστῷ, καὶ ὀπίσω δρα-

[85] Matth. XIII, 55. [86] Joan. VIII, 52. [87] Matth. XI, 18. [88] Exod. XX, 12. [89] Ibid. XXI, 17.

μοῦνται τῶν ἐθνῶν. Ὅταν γάρ, φησί, τὸ πλήρωμα τῶν ἐθνῶν εἰσέλθῃ, τότε πᾶς Ἰσραὴλ σωθήσεται. Τί οὖν φησι· Διὰ τοῦτο τάδε λέγει Κύριος, ἐπὶ τὸν οἶκον Ἰακὼβ ὃν ἀφώρισεν ἐξ Ἀβραάμ; Ἐξειλεγμένος γὰρ ἦν ἀπὸ πάντων τῶν ἐθνῶν ὁ Ἰσραὴλ, καὶ οἷά τις κλῆρος ἐξαίρετος τῷ Θεῷ, τὸ ἐξ Ἀβραάμ τε καὶ Ἰακὼβ κατελογίσθη γένος. Ἀλλ' οὐ νῦν αἰσχυνθήσονται, φησὶν, οὐδὲ νῦν μεταβαλοῦσι τὸ πρόσωπον, τουτ' ἔστιν, οὐκ εὐθὺς ὅτε καὶ δεδυσσεβήκασιν εἰς Χριστὸν, ἐν ἐπιγνώσει γεγονότες τῆς ἑαυτῶν ἁμαρτίας αἰσχυνθήσονται, καὶ οἷον μεταχωρήσουσιν, ὡς πρός γε τὸ δεῖν οὐκέθ' ὁρᾶσθαι τοιούτους. Τοῦτο γὰρ, οἶμαι, ἔστι τὸ μεταβαλεῖν τὸ πρόσωπον· ἀλλὰ προϊόντος τοῦ καιροῦ, ὅταν οἱ ἐξ αὐτῶν γεγονότες ἴδωσί μου τὰ ἔργα, τουτ' ἔστιν, ὅταν θεάσωνται κεκλημένην τὴν ὑπ' οὐρανὸν, καὶ πιστεύσαντας τοὺς ἀνὰ πᾶσαν τὴν γῆν εἰς ἐμέ· ὅταν ἴδωσι τὴν τοῦ διαβόλου δύναμιν κατασεσεισμένην, ἀνῃρημένης δὲ δηλονότι τῆς ἀρχαίας ἐκείνης, καὶ βεβήλου πλάνης, καὶ ὁμοῦ τεμένεσιν εἰδώλων ἐμπεπρησμένων, τότε ἁγιάσουσι τὸ ὄνομά μου, ἀντὶ τοῦ, ἅγιον ἡγήσονταί με καὶ αὐτοί· ἁγιάσουσι δὲ ὡς ὄντα κατὰ ἀλήθειαν τὸν ἅγιον τοῦ Ἰακὼβ, καὶ τὸν Θεὸν τοῦ Ἰσραήλ. Οὕτω γάρ με φοβηθήσονται. Ὁδὸς δὲ πρὸς σωτηρίαν ἀεί πώς ἐστιν ὁ τοῦ Θεοῦ φόβος. Γέγραπται γὰρ, ὅτι « Φόβος Κυρίου ζωὴν ποιεῖ. »

A gentium intraverit, tunc omnis Israel salvus fiet [59]. Quid itaque ait : Propterea hæc dicit Dominus, de domo Jacob, quam segregavit ex Abraham? Selectus enim erat ex omnibus gentibus Israel, et veluti sors quædam eximia Deo, Abrahamiticum et Jacobæum genus reputabatur. Sed nunc, inquit, non erubescent, neque faciem nunc mutabunt, id est, non quam primum impie egerunt in Christum, agnitis suis peccatis erubescent, et veluti retro cedent, ut qui tales videri nolint: hoc enim, opinor, est mutare faciem ; sed , tempore procedente, cum ex ipsis nati viderunt opera mea, id est, cum aspexerint vocatum omnem orbem terrarum, et credentes in me quotquot ubique gentium sunt, cum viderint diaboli potentiam conquassatam, B everso scilicet inveterato illo et profano errore, simulque cum delubris incensis idolis : tunc sanctificabunt nomen meum , pro, sanctum credent esse me etiam ipsi : ipsi sanctificabunt vero utpote revera sanctum Jacobi, et Deum Israelis. Sic enim me timebunt. Via autem ad salutem semper est Dei timor. Scriptum namque est : « Timor Domini vitam parit [60]. »

Καὶ γνώσονται οἱ τῷ πνεύματι πλανώμενοι σύνεσιν, οἱ δὲ γογγύζοντες μαθήσονται ὑπακούειν, καὶ αἱ γλῶσσαι αἱ ψελλίζουσαι μαθήσονται λαλεῖν εἰρήνην.

Ἁγιάσαντες γὰρ τὸ ὄνομα τοῦ πάντων ἡμῶν Σωτῆρος Χριστοῦ, καὶ ἀραρότως πεπιστευκότες, ὡς ἔστιν αὐτὸς ἅγιος τοῦ Ἰακὼβ, καὶ ὁ Θεὸς τοῦ Ἰσραὴλ γνώσονται σύνεσιν· καίτοι πνεύματι πλάνης κατεσχημένοι ποτὲ, καὶ τὸν νόμον ἔχοντες κατεσφραγισμένον· οἱ δὲ ἀεὶ γογγύζοντες μαθήσονται ὑπακούειν. Διεγόγγυζον γὰρ κατὰ Χριστοῦ οἱ τῶν Ἰουδαίων δῆμοι, ποτὲ μὲν λέγοντες· « Πεντήκοντα ἔτη οὔπω ἔχεις, καὶ Ἀβραὰμ ἑώρακας; » ποτὲ δὲ πρὸς τούτοις, καὶ διώκειν αὐτὸν οὐ παραιτούμενοι· καὶ εἰς ἐγκλήματος δύναμιν καταγράφοντες αὐτῷ τὴν ἀλήθειαν. Ὁ μὲν γὰρ τῶν ὅλων Σωτὴρ Υἱὸν ἑαυτὸν ὠνόμαζε τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς, καὶ οὐδὲν οὖσαν τὴν τοῦ νόμου σκιὰν ἀποφαίνων, τῆς ἐν πνεύματι λατρείας παρετίθει τὸ κάλλος. Οἱ δὲ ἐδίωκον αὐτὸν, « Οὐ μόνον, φησὶν, ὅτι ἔλυε Σάββατον, ἀλλὰ καὶ πατέρα ἴδιον ἔλεγε τὸν Θεὸν, ἴσον ἑαυτὸν ποιῶν τῷ Θεῷ. » Οἱ τοίνυν καταγογγύζοντες μαθήσονται ὑπακούειν, φησὶν, καὶ αἱ γλῶσσαι αἱ ψελλίζουσαι μαθήσονται λαλεῖν εἰρήνην. Τῶν γὰρ μὴ ὀρθὰ περὶ Χριστοῦ λαλεῖν εἰωθότων ἐψέλλιζον αἱ γλῶσσαι, πλὴν μαθήσονται, φησὶ, τὰ αὐτοῦ λαλεῖν καὶ τὰ εἰς εἰρήνην ἐρεύγεσθαι μᾶλλον, οὐκ ἀποφοιτοῦντες ἔτι πρὸς ἀπόνοιαν τὴν πρώτην, ὑποφέροντες δὲ μᾶλλον αὐτῷ τὸν τῆς διανοίας αὐχένα. Λαλεῖν δὲ εἰρήνην πρὸς τὸν Ἰησοῦν εἴ τις λέγει, Κύριος ὁ Θεὸς ἡμῶν, κτῆσαι ἡμᾶς, ἐκτός σου ἄλλον οὐκ οἴδαμεν, τὸ ὄνομά σου ὀνομάζομεν.

VERS. 24. *Et cognoscent spiritu errantes intelligentiam, et murmurantes discent obedire, et linguæ balbutientes discent loqui pacem.*

C Nam ubi nomen Servatoris omnium nostrum Christi sanctificaverint, constanterque crediderint, ipsum esse sanctum Jacob, **419** et Deum Israelis, cognoscent intelligentiam, quantumvis olim spiritu erroris detenti , legemque obsignatam habentes , semperque murmurantes discent obedire. Nam Christo obmurmurabat Judaicus populus , alias dicentes : « Quinquaginta annos nondum habes, et Abraham vidisti [61]? » Alias etiam persequi eum non detrectarunt , et crimini dederunt illi veritatem. Servator enim universorum Filium se nominavit Dei et Patris, et umbram legis nihil esse ostendens, spiritualis cultus pulchritudinem adjecit. At hi persecuti sunt eum, « Non solum, inquit, quod violarit Sabbatum, sed quod et patrem suum vocavit D Deum, æqualem seipsum faciens Deo [62]. » Hi igitur obmurmurantes discent obedire, inquit, linguæ balbutientes discent loqui pacem. Balbutiebant enim linguæ eorum, qui nihil recte de Christo loquebantur; verum discent, inquit, quæ illius sunt loqui, imo clamare quæ ad pacem pertinent : non redeuntes ad priorem amentiam amplius, sed mentis cervicem potius ipsi submittentes. Loquetur autem pacem ad Jesum , si quis dicat : Domine Deus noster , posside nos, extra te alium non novimus, nomen tuum nominamus.

Οὐαὶ, τέκνα ἀποστάται, τάδε λέγει Κύριος·

CAP. XXX. VERS. 1-3. *Væ, filii desertores, hæc*

[59] Rom. xi, 25. [60] Prov. xiv, 27. [61] Joan. viii, 17. [62] Ibid. v, 18.

A *dicit Dominus : Iniistis consilium non per me, et pacta non ex spiritu meo, ut adderetis peccatum peccatis : abeunt ut descendant in Ægyptum, me autem non interrogaverunt, ut auxilium habeant a Pharaone, et protegantur ab Ægyptiis. Erit enim vobis protectio Pharaonis dedecori, et fiducia in Ægypto probro, quia sunt in Tani principes, nuntii mali: frustra laborabunt de populo qui non proderit eis ad auxilium, neque ad utilitatem, sed ad dedecus et probrum.*

Exclamat rursus in Israelitas tanquam peccatis deditos et apostatas factos, et improbissimos, et tetra consilia capientes, non per Deum. Non enim fas consilium capere per Deum, qui in re ulla mala consentiunt, B sed is cum Deo consilium capit, et in rebus agendis progreditur, quisquis pius est et bonus, et justitiæ amans. Scriptum est enim : « Cogitationes justorum judicia [63]. » Accusat ergo stupidum Israelem, ut qui sententiam de Christo tulerit a Deo dissentientem. Consultarunt enim **420** in consessu et dictitarunt : « Quid facimus, quia iste homo multa facit signa? Si dimittamus illum sic, venient Romani, et tollent nostram et civitatem et regionem. Alius vero ex his qui cum imperio et dignitate erant, inquit : Vos nihil prorsus scitis. Expedit unum hominem mori, et non totam gentem perire [63*]. » Manifeste istuc docet in evangelicis parabolis Dominus, inquiens : « Qui vineam plantavit, paterfamilias, emisit servos eos, ut reportarent C fructus. Interfecerunt autem illos agricolæ [64]. » Neque eo tantum proruperunt eorum impietatis scelera, nam filio conspecto post famulos misso a patre, dixerunt, inquit, apud se : « Hic est hæres, venite, interficiamus illum, et habeamus nobis hæreditatem ejus [65]. » Apostatæ itaque sunt, tam nefariorum et impiorum consiliorum magistri, peccatum peccatis addentes. Interfecerunt enim, uti dicebam, prophetas sanctos, dein post ipsum etiam hæredem, id est, filium. Quod autem diuturna et diu ante cogitata sententia eorum, ad apostasiam defectionemque a Deo spectarit, certo pleneque fidem conatur facere, dicens : Qui proficiscuntur ut D descendant in Ægyptum (me autem non interrogaverunt), ut auxilium habeant a Pharaone, et protegantur ab Ægyptiis. Interjectum vero est illud in medio : Me autem non interrogarunt : consecutio vero sententiæ hoc modo se habet : Væ, inquit, descendentibus in Ægyptum, ut auxilia petant a Pharaone, inveniantque protectionem subsidiumve ab Ægyptiis. Denuntiato enim illis bello et pugna, et rege Assyriorum contra Judæorum regionem arma movente, confugerunt ad Ægyptios, eorumque opem implorarunt : cum oporteret Deum placare, et ea in quibus illum offenderant, reditu recursuque ad meliora delere et avertere. Nam quod illius bonitate ditati et favore, hostium pedibus

Ἐποιήσατε βουλὴν οὐ δι' ἐμοῦ, καὶ συνθήκας οὐ διὰ τοῦ πνεύματός μου, προσθεῖναι ἁμαρτίαν ἐφ' ἁμαρτίαις· οἱ πορευόμενοι καταβῆναι εἰς Αἴγυπτον· ἐμὲ δὲ οὐκ ἐπηρώτησαν, τοῦ βοηθηθῆναι ὑπὸ Φαραὼ, καὶ σκεπασθῆναι ὑπὸ Αἰγυπτίων. Ἔσται γὰρ ὑμῖν ἡ σκέπη Φαραὼ εἰς αἰσχύνην, καὶ τοῖς πεποιθόσιν ἐπ' Αἴγυπτον ὄνειδος, ὅτι εἰσὶν ἐν Τάνει ἀρχηγοὶ, ἄγγελοι πονηροί· μάτην κοπιάσουσι πρὸς λαὸν ὃς οὐκ ὠφελήσει αὐτοὺς, οὔτε εἰς βοήθειαν, οὔτε εἰς ὠφέλειαν, ἀλλ' εἰς αἰσχύνην καὶ ὄνειδος.

Ταλανίζει πάλιν ὡς φιλαμαρτήμονας καὶ ἀποστάτας γεγονότας τοὺς ἐξ Ἰσραὴλ, πονηρούς τε ἄγαν καὶ πικρὰ βουλευομένους, οὐ διὰ Θεοῦ. Οὐ γάρ τοι θέμις μετὰ Θεοῦ βουλεύεσθαι, τοὺς ἐπί τινι τῶν B φαύλων ὁμογνωμονεῖν ἐθέλοντας. Βουλεύσεται δὲ μετὰ Θεοῦ, καὶ χωρήσει πρὸς τὰ πρακτέα πᾶς εἴ τίς ἐστιν εὐσεβής τε καὶ ἀγαθὸς, καὶ δικαιοσύνης ἐραστής. Γέγραπται γὰρ, ὅτι « Λογισμοὶ δικαίων κρίματα. » Καταιτιᾶται τοίνυν τὸν ἀπόκλητον Ἰσραὴλ, ὡς ἀπᾴδουσαν τῷ Θεῷ γνώμην εἰσενεγκάμενον ἐπὶ Χριστῷ. Διεσκέπτοντο μὲν γὰρ συνεδρεύοντες, καὶ δὴ καὶ ἔφασκον· « Τί ποιοῦμεν, ὅτι οὗτος ὁ ἄνθρωπος πολλὰ ποιεῖ σημεῖα; Ἐὰν ἀφῶμεν αὐτὸν οὕτως, ἐλεύσονται οἱ Ῥωμαῖοι, καὶ ἀροῦσιν ὑμῶν καὶ τὴν πόλιν καὶ τὴν χώραν. Ἕτερος δέ τις τῶν τεταγμένων ἐν ἡγουμένοις, Ὑμεῖς, φησὶν, οὐκ οἴδατε οὐδὲν, ὅτι συμφέρει ἵνα εἷς ἄνθρωπος ἀποθάνῃ, καὶ μὴ ὅλον τὸ ἔθνος ἀπόληται. » Σαφέστερον τοῦτο αὐτὸ διδάσκει λέγων ὁ Κύριος ἐν παραβολαῖς εὐαγγελικαῖς, ὅτι « Ὁ τὸν ἀμπε- C λῶνα φυτεύσας οἰκοδεσπότης, ἀπέστειλε τοὺς ἑαυτοῦ δούλους, ὥστε κομίσασθαι τοὺς καρποὺς, ἀπεκτόνασι δὲ τούτους οἱ γεωργοί. » Καὶ οὐ μέχρι τούτων τὰ τῆς ἐκείνων δυσσεβείας γεγόνασιν ἐγκλήματα· ἀλλὰ γὰρ καὶ τὸν υἱὸν τεθεαμένοι μετὰ τοὺς οἰκέτας ἀπεσταλμένον παρὰ τοῦ πατρὸς, εἶπον, φησὶν, ἐν ἑαυτοῖς, « Οὗτός ἐστιν ὁ κληρονόμος, δεῦτε, ἀποκτείνωμεν αὐτὸν, καὶ σχῶμεν ἑαυτοῖς τὴν κληρονομίαν αὐτοῦ. » Ἀποστάται τοιγαροῦν οἱ τῶν οὕτω πικρῶν καὶ ἀνοσίων σκεμμάτων εἰσηγηταὶ, οἱ προστιθέντες ἁμαρτίαν ἐφ' ἁμαρτίας· ἀπεκτόνασι γὰρ, ὡς ἔφην, προφήτας ἁγίους· εἶτα καὶ αὐτὸν μετ' ἐκείνους τὸν κληρονόμον, τοῦτ' ἔστι, τὸν υἱόν. Ὅτι δὲ ἐκ πολλοῦ ἄνωθεν αὐτοῖς ἡ γνώμη πρὸς ἀπόστασιν βλέπει τὴν ἀπὸ Θεοῦ, πληροφορεῖν D πειρᾶται λέγων· Οἱ πορευόμενοι καταβῆναι εἰς Αἴγυπτον· ἐμὲ δὲ οὐκ ἐπηρώτησαν, τοῦ βοηθηθῆναι ὑπὸ Φαραὼ, καὶ σκεπασθῆναι ὑπὸ Αἰγυπτίων, προσέῤῥιπτε διὰ μέσου τὸ, Ἐμὲ δὲ οὐκ ἐπηρώτησαν. Ἡ δέ γε τῶν νοημάτων ἀκολουθία τοῦτον ἔχει τὸν τρόπον· Οὐαὶ, φησὶν, οἱ καταβαίνοντες εἰς Αἴγυπτον τοῦ βοηθηθῆναι ὑπὸ Φαραὼ, καὶ σκέπην εὑράσθαι τὴν ἀπό γε τῶν Αἰγυπτίων. Περιηγγελμένου γὰρ αὐτοῖς πολέμου καὶ μάχης καὶ τοῦ βασιλέως Ἀσσυρίας κατὰ τῆς Ἰουδαίων χώρας ὅπλα κινήσαντος προδεδραμήκασιν Αἰγυπτίοις, καὶ τὴν παρ' αὐτῶν ἐπικουρίαν ἐκάλουν, καίτοι δέον ἐκμειλίσσεσθαι Θεὸν, ἀποτρίβεσθαί τε ταῖς εἰς τὰ ἀμείνω μεταδρομαῖς, τὰ ἐφ' οἷς αὐτῷ προσκεκρού-

[63] Prov. xii, 5. [63*] Joan. xi, 47 seqq. [64] Matth. xxi, 33. [65] Ibid., 38.

κασιν. Ὅτι γὰρ τὴν παρ' αὐτοῦ πλουτοῦντες εὐμένειαν, οὐκ ἂν ὑπηνέχθησαν τοῖς τῶν πολεμούντων ποσὶν, ἡ τῶν ἤδη φθασάντων πιστώσεται πεῖρα. Τίνα γὰρ οὐ νενικήκασι; τίνος οὐ κεκρατήκασι διὰ Θεοῦ; Ἀλλ' οὐδὲν εἶναι καταλογιζόμενοι τὸ σώζεσθαι παρ' αὐτοῦ, μᾶλλον δὲ τὸ μὴ δύνασθαι σώζειν τινὰς τῆς πανσθενοῦς καθορίζοντες δεξιᾶς, τὰς ἐξ ἀνθρώπων ἐζήτουν ἐπικουρίας. Ἀλλ' ἔσται, φησὶ, τὸ χρῆμα αὐτοῖς εἰς αἰσχύνην καὶ ὄνειδος. Εἰσὶ γὰρ ἐν Τάνει, φησὶν, ἀρχηγοὶ, ἄγγελοι πονηροί. Κατέβησαν γὰρ εἰς Αἴγυπτον οἱ ἐξ Ἰσραὴλ, ᾤοντό τε, καθάπερ ἔφην ἀρτίως, ἀρκέσειν αὐτοῖς τῶν ἐν Τάνει καθηγητῶν, ἤτοι βασιλέων, τὴν ἐπικουρίαν. Ἀλλ' ἦλθον κἀκεῖσέ τινες ἀπαγγέλλοντες τοῖς κρατοῦσι τῆς χώρας πονηρὰ, καὶ δύσοιστα, κεχώρηκε γὰρ κατὰ τῶν Αἰγυπτίων ὁ Ἀσσύριος, μετά γε τὸν πρὸς Τυρίους πόλεμον. Μάτην οὖν ἄρα, φησὶν, οἱ ἐξ Ἰσραὴλ κοπιάσουσι κατατρέχοντες πρὸς λαὸν, ὃς κατ' οὐδένα τρόπον αὐτοὺς ὀνῆσαι δυνήσεται. Ἔσται γὰρ αὐτοῖς οὔτε ἀποχρόντως ἔχων εἰς ἐπικουρίαν, οὔτε μὴν εἰς τὸ δύνασθαι τῶν ἐπηρτημένων ἀπαλλάξαι κακῶν, ἀλλ' εἰς αἰσχύνην, καὶ ὄνειδος. Ἕπεται γὰρ ἀεὶ τοῖς τὴν ἑαυτῶν καρδίαν ἀποστήσασι τῆς εἰς Θεὸν ἐλπίδος, τὸ πάντη τε καὶ πάντως παντὶ περιπίπτειν κακῷ. Καὶ ἀληθεύει λέγων ὁ μακάριος Δαβίδ· « Ἀγαθὸν τὸ ἐλπίζειν ἐπὶ Κύριον, ἢ πεποιθέναι ἐπ' ἄνθρωπον. Ἐκρύεται δὲ καὶ παντὸς ἀπαλλάττει κακοῦ τοὺς ἀγαπῶντας αὐτὸν, καὶ αὐτῷ προσκεῖσθαι σπουδάζοντας. »

A subjecti non fuerint, eorum quæ jam antecesserunt experimentum ac documentum confirmabit. Quem enim non vicerunt? quem ope divina non superarunt? Verum cum salutem ab ipso pro nihilo ducerent, imo nec posse quemquam conservare omnipotentem dexteram statuerent, ab hominibus auxilia quæsiverunt. Sed hæc res, inquit, in dedecus et probrum illis vertetur. Sunt namque in Tani, inquit, principes, nuntii mali. **421** Descenderunt siquidem in Ægyptum Israelitæ, putaruntque, sicuti jam dicebam, suffecturum sibi præfectorum in Tani seu regum auxilium. At inde quoque venerunt quidam mala et intoleranda nuntiantes dominatoribus regionis. Expeditionem enim fecit contra Ægyptios Assyrius, post bellum gestum adversus Tyrios. B Frustra igitur, inquit, laborarunt Israelitæ dum currunt ad populum, qui nullo modo illis poterit subvenire. Non enim satis habebit quo ipsis opituletur, neque quo possit ab impendentibus eos malis liberare, sed ad dedecus et opprobrium. Sequitur enim semper eos qui suo corde a spe in Deum defecerunt, ut prorsus omninoque in omnia mala incidant. Vere quidem dicit beatus David, inquiens : « Melius est sperare in Domino, quam confidere in hominem. Eripit autem et omni malo liberat diligentes se, ipsique studentes adhærere [46]. »

Η ΟΡΑΣΙΣ ΤΩΝ ΤΕΤΡΑΠΟΔΩΝ ΤΩΝ ΕΝ Τῌ ΕΡΗΜΩ.

Ὡς τεθεαμένος τινὰ τῶν ἐσομένων κατὰ καιροὺς κατὰ τὴν τῶν Ἰουδαίων χώραν, καὶ νῦν ἡμῖν ὁ προφήτης ποιεῖται τὴν ἀφήγησιν. Χρῆναι δέ φημι τῆς ἱστορίας ἡμᾶς διαμνημονεῦσαι πάλιν, ἐφ' ᾗ γέγονεν ὁ λόγος αὐτῷ. Ἔσται γὰρ οὕτω τοῖς ἐντευξομένοις εὐκάτοπτος τῶν προκειμένων ἡ δύναμις. Βασιλεύοντος τοίνυν τῆς Ἰουδαίων χώρας Ἰεχωνίου τοῦ Ἐλιακεὶμ· εἶτα πολὺ διανενευκότος τοῦ Ἰσραὴλ εἰς ἀπόστασιν τὴν ἀπὸ Θεοῦ, καὶ ταῖς τῶν εἰδώλων λατρείαις, προσκειμένου τε ἄγαν καὶ παροτρύνοντος ἐφ' ἑαυτῷ τὸν τῶν ὅλων Θεόν· πλεῖστοι μὲν ὅσοι γεγόνασι πρὸς αὐτοὺς οἱ λόγοι διὰ φωνῆς Ἱερεμίου καλοῦντος εἰς μετάγνωσιν, συμβουλεύοντός τε καὶ μάλα εὐφρόνως, ἀποτρίψασθαι μὲν τὸν ἔκ τε τοῦ πεπλανῆσθαι μῶμον, μᾶλλον δὲ τῆς εἰς ἄκρον δυσσεβείας ἀποκρούσασθαι τὰ ἐγκλήματα, μεταχωροῦντας ἐπὶ τὸ ἄμεινον, καὶ παλινδρομοῦντας εἰς ἀλήθειαν. Οἱ δὲ ἦσαν σκληροί τε καὶ ἀνουθέτητοι, καὶ τοὺς τῶν ἁγίων προφητῶν ἀποσειόμενοι λόγους, καὶ πραγμάτων αὐτοὺς πειρᾶσθαι παρεσκεύαζον. Κατατεθηγμένος τοίνυν ἐπ' αὐτοὺς ὁ πάντα ἰσχύων Θεὸς, κατεξανέστησε τὸν Ναβουχοδονόσορ, ὃς εἷλέ τε τὴν Ἰουδαίαν, καὶ κατεμπρήσας τὰς ἐν αὐτῇ πόλεις τε καὶ κώμας προσκατέστησε τὸν Σεδεκίαν. Ἀποσκιρτήσαντος δὲ καὶ αὐτοῦ, λελυπημένος ὁ Ἀσσύριος κατεστράτευσε πάλιν τῆς Ἱερουσαλήμ· καὶ δὴ καὶ ἑλὼν, καὶ αὐτὸν δὲ τὸν θεῖον κατεμπρήσας ναὸν, ὑπενόστησε εἰς τὴν ἑαυ-

C

VISIO QUADRUPEDUM IN DESERTO.

Quod futura quædam suo tempore contra Judæorum regionem contemplatus fuerit, etiam nunc propheta nobis declarat. Operæ pretium vero duco rursus nobis historiam commemorare, cujus causa hæc illi habita est oratio. Ita enim sensus et vis horum verborum perspicuus evadet legentibus. Regnante ergo in regione Judæa Jechonia filio Eliachim, inde quoque Israele multum ad defectionem a Deo declinante, valdeque cultui idolorum affixo, et universorum Deum in se provocante : plurimæ apud eos habitæ sunt orationes per vocem Jeremiæ vocantis ad resipiscentiam, prudentissimeque suadentis, ut D erroris labem abstergerent et eluerent, imo summæ impietatis scelera excuterent, relapsi ad melius, reversi ad veritatem. Hi autem duri et præfracti, sanctorum prophetarum sermones rejicere, et negotia illis facessere. Itaque exacerbatus contra illos omnipotens Deus, excitavit Nabuchodonosorum, qui Judæam occupavit, et incensis in ea urbibus et vicis Sedeciam insuper præfecit. Cæterum illo resiliente offensus Assyrius, de integro bellum intulit Jerusalem; qua capta, et ipso Dei **422** templo incenso, in suam terram rediit. Tum itaque qui relicti sunt et servati, et qui effugere poterant gladium Babyloniorum, cum tota familia in Ægyptum descenderunt, etiamsi eos Deus hoc facere prohibuerit, ac manifestissime dicat voce Jeremiæ · No-

[46] Psal. CXVII, 8 seqq.

lite descendere in Ægyptum. Cum vero nihilo secius inobedientes manserint, perierunt in Ægypto. Nabuchodonosorus enim occupavit eam, simulque cum Israelitis sustulit Ægyptios. Visionis itaque hæc causa est, et occasio, hæ sunt rei omnes circumstantiæ. Sed dicenda nobis sunt, ut arbitror, quoad licet, singula.

A τοῦ. Τότε δὴ οὖν οἱ περιλειφθέντες, καὶ σεσωσμένοι, καὶ διαφυγεῖν ἰσχύοντες τῶν Βαβυλωνιτῶν τὸ ξίφος πανοικεὶ κατέβαινον εἰς τὴν Αἴγυπτον· καίτοι Θεοῦ τοῦτο δρᾷν οὐκ ἐφιέντος αὐτοῖς, ἀλλ' ἐναργέστατα λέγοντος διὰ φωνῆς Ἱερεμίου· Μὴ καταβαίνετε εἰς Αἴγυπτον. Ἐπειδὴ δὲ οὐδὲν ἧττον μεμενήκασιν ἀπειθεῖς, ἀπολώλασιν ἐν Αἰγύπτῳ. Εἷλε γὰρ καὶ αὐτὴν ὁ Ναβουχοδονόσορ, καὶ ὁμοῦ τοῖς ἐξ Ἰσραὴλ ἀνῄρηκε τοὺς Αἰγυπτίους. Ἡ μὲν οὖν τῆς ὁράσεως αἰτία καὶ πρόφασις αὕτη, καὶ οἷον ἡ πᾶσα περίστασις. Δεῖ δὲ, οἶμαι, καθ' ἕκαστον ἡμᾶς διειπεῖν, ὡς ἔνι.

VERS. 6, 7. *In afflictione et angustia, leo et catulus leonis inde, et aspides et progenies aspidum volantium, qui ferebant super asinos et camelos divitias suas ad gentem, quæ non proderit illis ad auxilium, sed ad dedecus et probrum. Ægyptii nequidquam inaniterque succurrent vobis. Annuntia eis, Vana consolatio vestra hæc.*

Ἐν τῇ θλίψει, καὶ τῇ στενοχωρίᾳ λέων, καὶ σκύμνος λέοντος ἐκεῖθεν, καὶ ἀσπίδες καὶ ἔκγονα ἀσπίδων πετομένων, οἳ ἔφερον ἐπ' ὄνων καὶ καμήλων τὸν πλοῦτον αὐτῶν πρὸς ἔθνος ὃ οὐκ ὠφελήσει αὐτοὺς εἰς βοήθειαν, ἀλλ' εἰς αἰσχύ- B *νην, καὶ ὄνειδος. Αἰγύπτιοι μάταια καὶ κενὰ ὠφελήσουσιν ὑμᾶς; Ἀπάγγειλον αὐτοῖς, ὅτι Ματαία ἡ παράκλησις ὑμῶν αὕτη.*

Sortito dedit divinus Jesus, scilicet Nave filius, terram promissionis, his qui erant ex sanguine Israel. Aiunt autem tribum Juda maxime, quæ ad Orientem et Austrum spectant, in regione Judæa, sortitam esse: adjacente illis et imminente deserto, unde qui velit possit in Ægyptum transire. Tempore igitur afflictionis et angustiæ, id est, obsidente Nabuchodonosoro, et incumbente, et Judææ civitates affligente: leo et catulus leonis inde. Leones fortassis vocat, qui principatum obtinebant, et potentissimos, quique viribus haud parvis contra alios valebant: catulos leonis forsitan ex his natos: aspidas et aspidum progenies, rursus alios acerbos et pestiferos, summæque improbitati innutritos. Quod autem dicat: volantium, intelliges eos qui volucri cursu celeriterque tendunt ad omnia nefaria. Improbi vero omnes et acerbissimi plane sunt, qui a dilectione divina recedentes, ligno dicunt: Pater meus es tu; et lapidi: Tu genuisti me; et qui operibus manuum suarum venerationem exhibent. Isti ergo super asinos et camelos, relictas sibi divitias asportarunt ad gentem, quæ non proderit illis ad auxilium, sed ad dedecus et opprobrium. Inutilis enim **423** prorsus illis est hæc res, et vana facta est consolatio, id est, quod putarunt sibi fore solatio. Etenim, uti dixi, simul cum incolis regionis Ægyptiorum perierunt, vi etiam illam delente Nabuchodonosor. Gravissimum itaque est Deum offendere, et si iram aliquibus intendat, vanum est omne consilium, nihilque omnino servabit eos contra quos hæc fiunt. « Manum enim excelsam quis avertet [67]? » sicuti scriptum est.

Κεκληροδότηκε μὲν τοῖς ἐξ αἵματος Ἰσραὴλ τῆς ἐπαγγελίας τὴν γῆν ὁ θεσπέσιος Ἰησοῦς, ὁ τοῦ Ναυῆ δηλονότι. Φασὶ δὲ τὴν Ἰούδα μάλιστα φυλὴν τὰ πρὸς ἠῶ τε καὶ νότον τῆς Ἰουδαίων χώρας διαλαχεῖν, προσπαρακειμένης αὐτοῖς τῆς ἐρήμου, διακομιζούσης τε τοὺς ἐθέλοντας εἰς τὴν Αἰγυπτίων. Ἐν καιρῷ τοιγαροῦν τῆς θλίψεως καὶ τῆς στενοχωρίας, τοῦτ' ἔστι, πολιορκοῦντος τοῦ Ναβουχοδονόσορ ἐγκειμένου τε καὶ καταθλίβοντος τὰς τῆς Ἰουδαίας πόλεις· λέων καὶ σκύμνος λέοντος ἐκεῖθεν. Καὶ λέοντας μὲν ἴσως ἀποκαλεῖ τοὺς καθηγεῖσθαι λαχόντας, καὶ δυνατωτάτους, καὶ ἐν ἀσθενείαις ὄντας ταῖς κατὰ τῶν ἄλλων C οὐ μικραῖς. Σκύμνους δὲ τάχα που τοὺς ἐξ αὐτῶν· ἀσπίδα δὲ καὶ ἀσπίδων ἔκγονα πάλιν ἑτέρους πικροὺς τε καὶ ἰοβόλους, καὶ ἀκράτῳ πονηρίᾳ συντεθραμμένους. Εἰ δὲ λέγοι, πετομένων, τῶν εὐπετῶς, καὶ ὀξέως πρὸς πᾶν ὁτιοῦν τῶν ἐκτόπων χωρούντων νοήσεις. Πονηροί τε ἅπαντες καὶ πικροὶ λίαν ὁμολογουμένως οἱ τῆς εἰς Θεὸν ἀγάπης ἀποφοιτήσαντες, καὶ τῷ ξύλῳ λέγοντες· Πατήρ μου εἶ σύ, καὶ λίθῳ· Σὺ ἐγέννησάς με· καὶ τοῖς ἔργοις τῶν ἰδίων χειρῶν τὸ σέβας ἀνάπτοντες· οὗτοι τοιγαροῦν ὑπὸ ὄνων τε καὶ καμήλων τὸν περιλειφθέντα αὐτοῖς ἀπεκόμιζον πλοῦτον πρὸς ἔθνος ὃ οὐκ ὠφελήσει αὐτοὺς εἰς βοήθειαν, ἀλλ' εἰς αἰσχύνην καὶ ὄνειδος. Ἀνόνητον γὰρ παντελῶς τὸ χρῆμα αὐτοῖς, καὶ ματαία γέγονεν ἡ παράκλησις, τοῦτ' ἔστιν, ἣν ἐνόμιζον εἶναι παραμυθείαν D αὐτοῖς. Συναπολώλασι γάρ, ὡς ἔφην, τοῖς τῶν Αἰγυπτίων οἰκοῦσι χώραν, κατὰ κράτος καὶ αὐτὴν ἀνῃρηκότος τοῦ Ναβουχοδονόσορ. Πάνδεινον οὖν ἄρα τὸ προσκρούειν Θεῷ, κἂν εἰ ὀργὴν ἐπάγοι τισίν. Πᾶσα μὲν γὰρ εἰκαία σκέψις αὐτοῖς. Διασώσει δὲ τὸ σύμπαν, οὐδὲν τοὺς καθ' ὧν ἂν γένοιτο. « Τὴν γὰρ χεῖρα τὴν ὑψηλὴν τίς ἀποστρέψει; » κατὰ τὸ γεγραμμένον.

VERS. 8-11. *Nunc ergo sede et scribe in buxo hæc, et in libro: quod fient in diebus temporum ista, et usque in æternum. Quia populus incredulus est, filii mendaces, qui noluerunt audire legem Dei; qui dicunt prophetis: Nolite annuntiare nobis, et videntibus visiones: Nolite loqui nobis, alia loquimini*

Νῦν οὖν καθίσας γράψον ἐπὶ πυξίου ταῦτα, καὶ εἰς βιβλίον, ὅτι ἔσται εἰς ἡμέρας καιρῶν ταῦτα, καὶ ἕως εἰς τὸν αἰῶνα. Ὅτι λαὸς ἀπειθής ἐστιν, υἱοὶ ψευδεῖς, οἳ οὐκ ἠβούλοντο ἀκούειν τὸν νόμον τοῦ Θεοῦ· οἱ λέγοντες τοῖς προφήταις· Μὴ ἀναγγέλλετε ἡμῖν, καὶ τοῖς τὰ ὁράματα ὁρῶσι·

[66] Jer. II, 27. [67] Isa. XIV, 27.

Μὴ λαλεῖτε ἡμῖν, ἀλλὰ ἡμῖν λαλεῖτε καὶ ἀναγγέλλετε ἡμῖν ἑτέραν πλάνησιν, καὶ ἀποστρέψατε ἡμᾶς ἀπὸ τῆς ὁδοῦ ταύτης· ἀφέλετε ἀφ' ἡμῶν τὸν τρίβον τοῦτον, καὶ ἀφέλετε ἀφ' ἡμῶν τὸ λόγιον τοῦ ἁγίου Ἰσραήλ.

δυσφημίαις τοῦτο δρᾷν. Καὶ γοῦν παραδέδοται μὲν ὁ Σωτὴρ τοῖς τῶν Ἰουδαίων καθηγηταῖς, καὶ ὁ τοῦ κόσμου κριτὴς ἐκρίνετο παρ' αὐτοῖς. Ἀλλ' ἐσιώπα, ταῖς τῶν ψευδηγορούντων φωναῖς οὐκ ἀποκρινόμενος. Εἶτά φησι πρὸς αὐτὸν ὁ ἀρχιερεύς· « Ἐξορκίζω σε κατὰ τοῦ Θεοῦ τοῦ ζῶντος, ἵνα ἡμῖν εἴπῃς εἰ σὺ εἶ ὁ Χριστὸς ὁ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ; Λέγει αὐτῷ ὁ Ἰησοῦς· Σὺ εἶπας. Πλὴν λέγω ὑμῖν, Ἀπ' ἄρτι ὄψεσθε τὸν Υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου καθήμενον ἐκ δεξιῶν τῆς δυνάμεως, καὶ ἐρχόμενον ἐπὶ τῶν νεφελῶν τοῦ οὐρανοῦ. Τότε ὁ ἀρχιερεὺς διέῤῥηξε τὰ ἱμάτια αὐτοῦ, λέγων· Ἐβλασφήμησεν. » Ἔφη δὲ καὶ δι' ἑνὸς τῶν προφητῶν ὁ τῶν ὅλων Θεὸς τοῖς ἐξ αἵματος Ἰσραὴλ, ὅτι « Διαῤῥήξατε τὰς καρδίας ὑμῶν, καὶ μὴ τὰ ἱμάτια ὑμῶν. » Ὤοντο γὰρ ἴσως εὐσεβεῖν, καὶ ταῖς ἀνωτάτω τιμαῖς κατευφραίνειν Θεὸν, ἐπὶ ταῖς κατ' αὐτοῦ B δυσφημίαις τοὺς χιτῶνας κατασχίζοντες, κἂν εἰ μηδένα ποιοῖντο λόγον τῶν διὰ Μωσέως τεθεσπισμένων. Σάκκον μέν γε ἤτοι περίβλημα πενθικὸν περιτέθειται μὲν Ἐζεχίας, ἄνεισι δὲ καὶ εἰς τὸν οἶκον τοῦ Θεοῦ, καὶ μάλα εἰκότως. Πενθεῖν γὰρ ἀκόλουθον, κλαίειν δὲ καὶ κατατρύχεσθαι τοὺς ἐν ἀκμαῖς ὄντας κακῶν, καὶ σωτηρίας ἐλπίδα ποιεῖσθαι Θεὸν, αὐτῷ τε προσκαθῆσθαι, καὶ θαμίζειν (1) ἐν ἁγίοις τόποις, ἔνθα μάλιστα πρεπωδέστερον τὰς πρὸς αὐτὸν ἱκετείας ποιοῖτ' ἄν τις.

A Judæorum gubernatoribus, et mundi judex ab illis judicatus est. Sed tacuit, inquit, mentientium vocibus minime respondens. Dein dicit ei princeps sacerdotum: « Adjuro te, per Deum vivum, ut nobis dicas, tune es Christus ille Filius Dei? Ait illi Jesus: Tu dixisti. Verum aio vobis: Ab hoc tempore videbitis Filium hominis sedentem ad dexteram potentiæ, et venientem in nubibus cœli. Tunc princeps sacerdotum, conscissis vestibus, dixit: Blasphemavit [32]. » Dixitque etiam per unum e prophetis universorum Deus sanguini Israelitico: « Disrumpite corda vestra, et non vestimenta vestra [33]. » Putabant enim fortassis se pie facere, et summis honoribus Deum oblectare, cum propter blasphemias in eum tunicas discinderent, etiamsi vaticinia Moysis nihili penderent. Saccum vero seu indumentum lugubre circumposuit Ezechias, ascenditque in domum Dei, et sane merito. Lugere enim consentaneum est, et plorare, et affligi eos qui in summo discrimine malorumque cuspide versantur, Deumque spem salutis facere, ipsi assidere et adhærere, ubi possit quis ad eum preces decentissime fundere.

Καὶ ἀπέστειλεν Ἐλιακεὶμ τὸν οἰκονόμον, καὶ Σομνᾶν τὸν γραμματέα, καὶ τοὺς πρεσβυτέρους τῶν ἱερέων περιβεβλημένους σάκκον πρὸς Ἡσαΐαν υἱὸν Ἀμὼς τὸν προφήτην, καὶ εἶπαν αὐτῷ· Τάδε λέγει Ἐζεχίας· Ἡμέρα θλίψεως, καὶ ὀνειδισμοῦ, καὶ ἐλεγμοῦ, καὶ ὀργῆς ἡ σήμερον C *ἡμέρα, ὅτι ἥκει ἡ ὠδὶν τῇ τικτούσῃ, ἰσχὺν δὲ οὐκ ἔχει τοῦ τεκεῖν. Εἴ πως εἰσακούσαι Κύριος ὁ Θεός σου τοὺς λόγους Ῥαψάκου, οὓς ἀπέστειλε βασιλεὺς Ἀσσυρίων ὀνειδίζειν Θεὸν ζῶντα, καὶ ὀνειδίζειν λόγους οὓς ἤκουσε Κύριος ὁ Θεός σου, καὶ δεηθήσῃ πρὸς Κύριον τὸν Θεόν σου περὶ τῶν καταλελειμμένων τούτων.*

VERS. 2-4. *Et misit Eliacim œconomum, et Somnam scribam, et seniores sacerdotum, indutos sacco, ad Isaiam filium Amos, prophetam et dixerunt ei: Hæc ait Ezechias: Dies afflictionis et opprobrii, et redargutionis et iræ est hodiernus dies, quia venit dolor parienti, sed vires non habet ad pariendum: si quomodo audiat Dominus Deus tuus verba Rabsacis, quæ misit rex Assyriorum, ad maledicendum Deo viventi, et ad objiciendum verba quæ audivit Dominus Deus tuus, et deprecaberis ad Dominum Deum tuum pro relictis his.*

Τοὺς προὔχοντας ἐν ἱερωσύνῃ καὶ ταῖς ἀνωτάτω τιμαῖς ἐκ νόμου κατεστεμμένους ὁμοῦ τοῖς ἄλλοις, οὐκ ἂν ἐσθήμασιν ὄντας ἱεροῖς, καὶ τοῖς τῇ λειτουργίᾳ πρεπωδεστέροις· ἐν σάκκοις δὲ μᾶλλον, ἤτοι πενθικοῖς περιβλήμασι κατημφιεσμένους ἰέναι προστέταχε πρὸς τὸν μακάριον προφήτην Ἡσαΐαν, ἀπαγγεῖλαί τε ὅτι θλίψεως αὐτοῖς ἐπιπέπτωκεν D ἡμέρα καὶ ὀνειδισμοῦ. Μονονουχὶ γὰρ, φησὶ, κατονειδίζει Θεὸς τοὺς τὴν ἁγίαν οἰκοῦντας πόλιν, ὡς τῆς κατὰ νόμον ἐπιεικείας ἠμεληκότας· ἐλέγχει δὲ πεπλημμεληκότας, ἐπάγει τε οὕτω τὰ ἐξ ὀργῆς. Ἥκειν τε εἰς τοῦτο ὑπὸ τὰ πράγματα αὐτοῖς διαβεβαιοῦντο σαφῶς ὡς ἐοικέναι τὸν Ἰσραὴλ γυναικὶ μὲν τικτούσῃ, γενομένῃ δὲ λοιπὸν ἐν ἐσχάτοις διὰ τὸ μὴ δύνασθαι τεκεῖν. Βούλεται δὲ καὶ διὰ τῆς τοῦ προφήτου μεσιτείας ἐπακοῦσαι τῶν λόγων Ῥαψάκου τὸν τῶν ὅλων Θεὸν, οὓς ἀκήκοε δι' ἑαυτοῦ. Λανθάνει γὰρ αὐτὸν

Præcellentes sacerdotio viros, et ex lege summis ornatos honoribus, jubet simul cum aliis ire ad beatum prophetam Isaiam, non sacris indutos vestibus, et ministerio convenientioribus, sed potius saccis et lugubribus **483** indumentis, ut renuntiarent accidisse sibi diem afflictionis et opprobrii. Tantum enim non, inquit, exprobrat Deus civitatis sanctæ incolis, quasi æquitatem moderationemque in lege præscriptam neglexissent: delinquentesque redarguit, inducitque sic iræ signa. Eoque res ipsorum venisse, palam affirmant, ut similis sit Israel mulieri parienti, et quæ extremis torquetur post cruciatibus, eo quod non queat parere. Vultque Deum universorum, per prophetæ intercessionem, audire verba Rabsacis, quæ per se ipsum audivit. Latet enim illum eorum quæ sunt nihil. Quasi vero multis jam in aliis civitatibus dirutis ædificiis at-

[32] Matth. XXVI, 64, 65. [33] Joel II, 13

(1) Ed. Θαυμάζειν, *admirari*, corr. ex cod. Venet. ap. Mai *Bibl. Nov. PP.* III, 445; quod jam viderat Cotelerius *Monum. Eccl. Gr.* II, p. 535. EDIT.

que incensis, Deprecare, inquit, pro relictis his. Ezechias valde prius adjutorem rogat fieri eum qui apud Deum in pretio est, videlicet prophetam. Utile igitur ad genua accidere Deo, sanctis viris assistentibus. Annuit enim propter eos, et sæpe miseretur lacrymæ etiam ignavorum.

A τῶν ὄντων οὐδὲν, ὡς δὲ ἤδη πολλῶν ἐν ἑτέραις πόλεσιν ἀνῃρημένων, ἐμπεπρησμένων τε οἴκων, Δεήθητι, φησὶ, περὶ τῶν καταλελειμμένων τούτων. Εὐσεβὴς ἄγαν ὁ Ἐζεχίας, συλλήπτορα παρακαλῶν γενέσθαι τὸν παρὰ τῷ Θεῷ τίμιον, δηλονότι τὸν προφήτην. Ἐπωφελὲς οὖν ἄρα τὸ προσπίπτειν Θεῷ προεστηκότων ἁγίων. Κατανεύει γὰρ δι' αὐτοὺς, καὶ ἐποικτείρει πολλάκις καὶ τῶν ῥᾳθυμεῖν εἰωθότων τὸ δάκρυον.

VERS. 5-7. *Et dixit eis Isaias : Sic referetis domino vestro : Hæc ait Dominus : Ne timeas verba quæ audisti, quibus maledixerunt mihi legati regis Assyriorum. Ecce ego immitto in illum spiritum, et audito nuntio revertetur in regionem suam, et cadet gladio in terra sua.*

Καὶ εἶπεν αὐτοῖς Ἡσαΐας· Οὕτως ἐρεῖτε πρὸς τὸν κύριον ὑμῶν· Τάδε λέγει Κύριος· Μὴ φοβηθῇς ἀπὸ τῶν λόγων ὧν ἤκουσας, οὓς ὠνείδισάν με οἱ πρέσβεις βασιλέως Ἀσσυρίων. Ἰδοὺ ἐγὼ ἐμβάλλω εἰς αὐτὸν πνεῦμα, καὶ ἀκούσας ἀγγελίαν ἀποστραφήσεται εἰς τὴν χώραν αὐτοῦ, καὶ B *πεσεῖται μαχαίρᾳ ἐν τῇ γῇ αὐτοῦ.*

Confirmat et recreat Deus, nec ita multo post, imo statim et confestim eum qui ipsi confidit, spemque ei ostendit auxiliarem : nec caruit præmio, quod ad domum Dei cucurrit, simulque precibus, doloris quoque lacrymas emiserit. Placatur sic humanissimus universorum Dominus. Cum enim Rabsaces omnem præcidisset spem salutis, Israelitis, etiamsi vellet servare is qui omnia potest Deus, impie dictitans : Ne decipiat vos Ezechias, quod liberaturus sit Deus Jerusalem e manu mea. Num liberaverunt dii gentium illorum regionem quisque suam de manu mea ? Hinc nec sine causa liberat his terroribus, nec frigidis et anilibus sermonibus, et barbarica dicacitate eos dejici sinit, sed potius ad spem optatissimam erigit, cum ait, superbum tyrannum nolentem volentem in suos fines reducendum malo spiritu territante, et metum ipsi **484** non tolerabilem de suo regno injiciente, et casurum gladio, non periclitantem in aliena regione, nec vero hostium strage gloriantem, aut splendidis propter fortitudinem in hostes honorariis locupletatum, sed in terra sua, idque præter spem et opinionem, et a quibus servari par erat, in discrimen vocatum. Qui vero sint isti, ex consequentibus videbimus.

Παραθαρσύνει Θεὸς, καὶ οὐκ εἰς μακρὰν, ἀλλ' εὐθὺ καὶ παραχρῆμα τὸν ἐπ' αὐτῷ πεποιθότα, καὶ ὀνησιφόρον αὐτῷ δέδειχε τὴν ἐλπίδα, καὶ οὐκ ἄμισθον τὸ δραμεῖν εἰς οἶκον Κυρίου, καὶ ὁμοῦ ταῖς λιταῖς τὸ ἐκ πόνου καθεῖναι δάκρυον. Ἐκμειλίσσεται οὕτως φιλάνθρωπος ὢν ὁ τῶν ὅλων Δεσπότης. Ἐπειδὴ δὲ ὁ Ῥαψάκης ἀποκείρων τῶν ἐξ Ἰσραὴλ τοῦ σωθῆναι τὴν ἐλπίδα, κἂν εἰ ἕλοιτο διασώζειν αὐτοὺς ὁ πάντα ἰσχύων Θεὸς, ἀνοσίως ἔφασκε· Μὴ ἀπατάτω ὑμᾶς Ἐζεχίας, ὅτι ῥύσεται ὁ Θεὸς Ἱερουσαλὴμ ἐκ χειρός μου. Μὴ ἐῤῥύσαντο οἱ θεοὶ τῶν ἐθνῶν τούτων ἕκαστος τὴν ἑαυτοῦ χώραν ἐκ χειρός μου; Ταύτῃ τοι καὶ μάλα εἰκότως ἀπαλλάττει δειμάτων, καὶ ψυχροῖς, καὶ γραώδεσι λόγοις, καὶ βαρβαρικαῖς ἀθυροστομίαις C ἐπιστυγνάζειν οὐκ ἐᾷ, μᾶλλον δὲ ἀναῤῥώννυσιν εἰς πολύευκτον ἐλπίδα, καὶ οὐχ ἑκόντα λέγων τὸν ἀλαζόνα τύραννον ἀνακομισθήσεσθαι εἰς τὴν ἑαυτοῦ, πονηροῦ καταπτοοῦντος πνεύματος, καὶ εἰς δειλίας αὐτὸν τὰς ὑπέρ γε τῆς ἑαυτοῦ βασιλείας οὐ φορητῶς συνελαύνοντος, πεσεῖσθαι δὲ καὶ μαχαίρᾳ, κινδυνεύσαντα μὲν οὐδαμῶς ἐν ἀλλοδαπῇ, οὔτε μὴν ἐπαυχήσαντα ταῖς κατὰ τῶν πολεμίων σφαγαῖς, καὶ τῆς κατ' ἐχθρῶν εὐανδρίας, λαμπρὰ πλουτοῦντα γέρα· ἀλλ' ἐν τῇ γῇ αὐτοῦ (1) ποιεῖσθαι τὰς διατριβὰς, πέπτωκεν ἐκεῖ ἐν τῇ γῇ αὐτοῦ παρ' ἐλπίδα τοῦτο, καὶ ἀδοκήτως συμβεβηκός. Ἔνθα γὰρ οἴεσθαι δειμάτων ἀπηλλαγμένον ποιεῖσθαι τὰς διατριβὰς, πέπτωκεν ἐκεῖ, καὶ παρ' ὧν ἦν εἰκὸς σώζεσθαι κινδυνεύοντα. Τίνες δὲ οὗτοι διὰ τῶν ἐφεξῆς εἰσόμεθα.

VERS. 8-13. *Et reversus est Rabsaces, et deprehendit regem obsidentem Lobnan, audivitque rex Assyriorum, egressum esse Tharatha regem Æthiopum, ut obsidione premeret eum. Et hoc audito, reversus est, et misit nuntios ad Ezechiam dicens : Sic referetis Ezechiæ regi Judææ : Ne decipiat te Deus tuus, cui confisus es, dicens : Non tradetur Jerusalem in manus regis Assyriorum. An non audivisti quæ fecerunt reges Assyriorum omni terræ quam destruxerunt ? Num liberarunt eos dii gentium, quos patres mei perdiderunt ? Gazan, et Charan, et Raphis, quæ sunt in regione Thæman ? Ubi sunt reges Emath, et Arphath, et civitatis Empharaim, Ana et Ava ?*

D *Καὶ ἀπέστρεψε Ῥαψάκης, καὶ κατέλαβε πολιορκοῦντα τὸν βασιλέα Λαμνά· καὶ ἤκουσε βασιλεὺς Ἀσσυρίων ὅτι ἐξῆλθε Θαραθὰ βασιλεὺς Αἰθιόπων πολιορκῆσαι αὐτόν· καὶ ἀκούσας ἀπέστρεψε, καὶ ἀπέστειλεν ἀγγέλους πρὸς Ἐζεχίαν, λέγων· Οὕτως ἐρεῖτε Ἐζεχίᾳ βασιλεῖ τῆς Ἰουδαίας· Μή σε ἀπατάτω ὁ Θεός σου ἐφ' ᾧ πέποιθας ἐπ' αὐτῷ, λέγων· Οὐ μὴ παραδοθῇ Ἱερουσαλὴμ εἰς χεῖρας βασιλέως Ἀσσυρίων. Ἢ οὐχ ἤκουσας ἃ ἐποίησαν βασιλεῖς Ἀσσυρίων, πᾶσαν τὴν γῆν ἀπώλεσαν; μὴ ἐῤῥύσαντο αὐτοὺς οἱ θεοὶ τῶν ἐθνῶν, οὓς οἱ πατέρες μου ἀπώλεσαν, τήν τε Γάζαν καὶ Χαῤῥὰν, καὶ Ῥαφεῖς, αἵ εἰσιν ἐν χώρᾳ Θαιμάν; Ποῦ εἰσιν οἱ βασιλεῖς Αἰμὰθ, καὶ Ἀρφὰθ, καὶ πόλεως Ἐμφαρουεὶμ Ἀνὰ καὶ Αὐά,*

(1) Abundant in Græco cod. nonnulla, quæ hic repræsentantur.

A Κατειλημμένης τάχα που τῆς Λάχης, καὶ ὑπὸ χεῖρα γεγενημένης τὴν βαρβαρικὴν, ἐπολιορκεῖτο μετ' ἐκείνην ἡ Λαμνὰ, ἐκεῖ Ῥαψάκης κατειληφέναι λέγεται τὸν Ἀσσύριον· ὁ δ' ἐτεθορύβητο λίαν. Κατεστράτευσε γὰρ αὐτοῦ Θαραθὰ Αἰθιόπων βασιλεύς. Εἶτα δεδιὼς μὴ καταληφθείσης αὐτῷ τῆς χώρας ἔξω γένοιτο θώκων τῶν περιφανεστάτων, ἀφίησι μὲν τὴν Ἰουδαίαν, σπεύδει δὲ μᾶλλον εἰς τὴν ἑαυτοῦ· πλὴν οὐ καθυφῆκε τῆς ἐνούσης ὠμότητος αὐτῷ. Πρὸς ἀκράτους δὲ ὥσπερ ὀργὰς ἀνακεχαυμένος, διά τοι τάχα που τὸ μὴ θελῆσαι τοὺς ἐξ Ἰσραὴλ, ἤτοι τοὺς τὴν ἁγίαν οἰκοῦντας πόλιν τοῖς τοῦ Ῥαψάκου λόγοις ἀναπεπεισμένους αὐτομολῆσαι παρ' αὐτὸν, ἀθυροστομεῖ δὴ πάλιν κατὰ τῆς τοῦ Θεοῦ δόξης ὁ δείλαιος· καί τισι τῶν οἰκείων ἐντέλλεται δρομαίως ἰέναι πρὸς Ἐζεχίαν ἀπαγγεῖλαί τέ οἱ τὰ παρ' αὐτοῦ. Ταῦτα δὲ
B ἦσαν δυσφημίαι κατὰ Θεοῦ λέγοντος σαφῶς· ἐπειδὴ τῶν ἑτέρων χωρῶν ἤτοι ἐθνῶν οἱ θεοὶ τοῖς προσκυνοῦσιν αὐτοὺς συνδιολώλασι, μηδ' ἂν αὐτὸν ἰσχύσαι τὸν τῶν Ἑβραίων Θεὸν ἐξελέσθαι τε αὐτοὺς, καὶ τῆς Ἀσσυρίων ἐξαρπάσαι χειρός. Εἶτα πόλεις ἀπαριθμεῖται πεπορθημένας, ἃς καὶ ἦν εἰκὸς δύνασθαι πολλὰ, ἐξ ὧν ἕτεροι πεπόνθασι. Διὰ τούτων αὐτῶν καταπτοῶν, ὡς τεθνηξομένους, καὶ τοὺς ἐπ' αὐτῷ πεποιθότας τῷ πάντων κρατοῦντι Θεῷ.

Καὶ ἔλαβεν Ἐζεχίας τὸ βιβλίον παρὰ τῶν ἀγγέλων, καὶ ἤνοιξεν αὐτὸ ἔναντι Κυρίου· καὶ προσηύξατο Ἐζεχίας πρὸς Κύριον λέγων· Κύριε Σαβαὼθ ὁ Θεὸς Ἰσραὴλ ὁ καθήμενος ἐπὶ τῶν Χερουβὶμ, σὺ μόνος Θεὸς εἶ πάσης βασιλείας τῆς
C *οἰκουμένης. Σὺ ἐποίησας τὸν οὐρανὸν, καὶ τὴν γῆν. Εἰσάκουσον, Κύριε, εἴσβλεψον, Κύριε, καὶ ἴδε τοὺς λόγους, οὓς ἀπέστειλε Σεναχηρεὶμ, ὀνειδίζειν Θεὸν ζῶντα.*

Ἐκ πολλῆς ἄγαν τῆς εἰς Θεὸν εὐσεβείας ἁπλοῖ τὸ βιβλίον, οὐχ ὡς ἀγνοοῦντι Θεῷ τῆς τοῦ Σεναχηρεὶμ ἀλαζονείας τὸ μέγεθος, κατακεκραγὼς δὲ μᾶλλον τῆς βαρβαρικῆς ἀπονοίας, καὶ οἱονεὶ μάρτυρα τῆς ἐκείνου θρασυστομίας ποιούμενος αὐτὸν τὸν τῶν ὅλων κατεξουσιάζοντα Θεόν. Ἄθρει δὲ ὅπως τοῖς τοῦ Σεναχηρεὶμ ἀναφέρεται λόγοις, ἀνατείνων τὴν ἱκετηρίαν. Ὁ μὲν γὰρ τό γε ἧκον ἐπ' αὐτῷ τὴν τοῦ Θεοῦ δόξαν κατακερτομῶν· Μή σε ἀπατάτω, φησὶν, ὁ Θεός σου, ἐφ' ᾧ σὺ πέποιθας ἐπ' αὐτῷ λέγων· Οὐ μὴ παραδοθῇ Ἱερουσαλὴμ εἰς χεῖρας βασιλέως Ἀσσυρίων. Ὁ δὲ
D τῆς ἐξουσίας ὁμολογεῖ τὸ μέγεθος, Κύριον Σαβαὼθ ὀνομάζων αὐτὸν, καὶ Θεὸν Ἰσραὴλ, καὶ ἐπὶ πᾶσαν τὴν κτίσιν τὴν ἄνω τε καὶ λογικήν. Σὺ γὰρ εἶ, φησὶν, ὁ καθήμενος ἐπὶ τῶν Χερουβίμ. Προσομολογεῖ δὲ ὅτι κἂν εἰ λέγοιντό τινες ἐπὶ γῆς βασιλεῖς· ἀλλ' οὖν ὁ φύσει τε καὶ ἀληθῶς βασιλεὺς, καὶ πάντα ὑπὸ πόδας ἔχων, αὐτὸς ἂν εἴη καὶ μόνος ὁ γῆς τε καὶ οὐρανοῦ δημιουργὸς, καὶ ὑποστήσας νεύματι τὰ οὐκ ὄντα ποτέ. Εἰσακοῦσαι δὲ παρακαλεῖ καὶ εἰσβλέψαι, τοῦτ' ἔστι, μὴ παραβλέψαι, καὶ παρελθεῖν, τὰς οὕτω πικρὰς δυσφημίας· ἀλλ' ἐν δίκῃ κολάσαι τὸν ἀλιτήριον. Ὠνείδισε γὰρ Θεὸν ζῶντα, φησὶ, τοῦτ' ἔστι, κατ' οὐδὲν ἐοικότα τοῖς τῶν ἐθνῶν, οἷς ἐκεῖνος παρεικάζων αὐτὸν ἀνοσίως κατεθρασύνετο.

Occupata Lache, et redacta in potestatem barbaricam, obsidebatur post eam Lobna; illic Rabsaces dicitur invenisse Assyrium, qui multum angebatur: militavit enim contra illum Tharatha Æthiopum rex. Dein veritus ne, occupata ab ipso regione, sedibus suis pulcherrimis exueretur, relicta Judæa, properat in suam patriam, de crudelitate tamen sua nihil remisit. Ira autem impotenti inflammatus, quod Israelitæ seu sanctæ civitatis incolæ nollent ad ipsum confugere, verbis Rabsacis persuasi: de integro effreni ore blaterat miser contra divinam majestatem, et in mandatis dat quibusdam servis familiaribus ut propere se ad Ezechiam conferrent, eique hæc ipsius nomine renuntiarent. Erant autem blasphemiæ contra Deum, cum palam diceret, quoniam **485** dii aliorum, sive regionum simul cum adoratoribus suis perierant, non posse ipsum Deum Hebræorum eos eripere, et a manu Assyriorum defendere. Tum urbes vastatas enumerat, quas etiam verisimile est multum potuisse. Ex ipsis quæ reliqui passi sunt, hos velut jam morituros percellens, qui ipsi Deo omnium dominatori confisi sunt.

VERS. 14-17. *Et accepit Ezechias librum a nuntiis, aperuitque eum coram Domino, et oravit Ezechias ad Dominum dicens: Domine Sabaoth Deus Israel, qui sedes super Cherubim, tu solus Deus es omnis regni orbis terrarum. Tu fecisti cœlum et terram. Exaudi, Domine, inspice, Domine, et vide, et audi verba quæ misit Senacherim, ut maledicat Deo viventi.*

Ex immensa pietate in Deum, explicat librum Deo, non quasi ignoranti arrogantiæ Senacherim magnitudinem, sed ut in barbaricam hanc superbiam exclamaret, ejusque audacis et duri oris ac procacitatis, ipsum universorum Dominatorem quasi testem faceret. Ac vide quomodo Senacherim sermonibus adversetur, edens hanc supplicationem. Nam ille, quantum in se erat, Dei majestatem incessens, inquit: Ne decipiat te Deus tuus, cui confisus es, dicendo: Non tradetur Jerusalem in manus regis Assyriorum. At hic dominationis magnitudinem confitetur, cum eum Dominum Sabaoth nominat, et Deum Israelis, et superiorem omni creatura, superna et rationis compote. Tu enim es, inquit, qui sedes super Cherubim. Confitetur porro, etiamsi quidam in terra reges dicantur, hunc natura et vere regem esse, et omnia pedibus substrata habere, ipsum esse solum et terræ et cœli conditorem, et nutu ea quæ non erant quondam, sustentare. Exaudire obsecrat, et inspicere, id est, non despicere, neque præterire has adeo diras blasphemias, sed hunc conosceleratum juste plectere. Maledixit enim, inquit, Deo viventi, id est, nullo modo similem gentium diis, quibus ille audax eum impie comparavit.

VERS. 18-20. *Vere quidem vastarunt reges Assyriorum orbem terræ universum, et regionem eorum, et conjecerunt idola ipsorum* **486** *in ignem; non enim dii erant, sed opera manuum hominum, ligna et lapides, et perdiderunt eos. Tu autem, Domine Deus noster, serva nos de manu eorum, ut cognoscat omne regnum quod tu sis Deus solus.*

Audivi, inquit, barbarum dicentem: Num liberaverunt dii gentium suam quisque regionem e manu mea? Et si hoc dicat quispiam, laudo et credo. Superarunt enim omnem terram, urbes concremarunt: cum falso nominati dii nihil ferre opis potuerint, nullum enim servarunt. Qui enim, aut unde? cum facti sint ex lapide et ligno, et opera artis lapidariæ, sintque fabrorum opificium? Hinc etiam cum suis cultoribus perierunt. Sed tu serva nos, o Domine. Hoc enim certo argumento erit, fidemque faciet universo orbi terrarum, ut firmam concipiant fiduciam, quod tu solus sis Deus. Quemadmodum enim quod caperentur regiones gentium, testimonium erat contra falso nuncupatos deos, quod omnino nihil sint: sic etiam, quod effugiat ejusque evadat manus Jerusalem, quæ tibi subest et tua est, testatam quoque propemodum et perspicuam faciet omnibus undique hominibus liberationem tuæ potentiæ, et absolutissimæ gloriæ, quodque solus sis tu ipse Deus, et in cœlo et in terra.

VERS. 21. *Et missus est Isaias filius Amos ad Ezechiam, et dixit ei: Hæc dicit Dominus Deus Israel: Audivi quæ orasti ad me de Senacherim rege Assyriorum.*

Non longe post servat, sed in propinquo est, et quasi ad pedes orationis ac petitionis, exitus. Mittitur enim propheta, qui ante hæc contra barbarum tacuit, et hunc contra eum Dei calculum ac sententiam non retulit: Hæc, inquit, dicit Deus Israel. Animat credentem, nec dicit aliquem e falso nuncupatis diis misisse, sed eum in bonam spem vocans, Dominum nominat, et Deum Israelis. Laudat quidem et approbat quodammodo, inquiens: Audivi quæ orasti ad me de Senacherim rege Assyriorum. Probo enim sane, inquit, hunc zelum et affectum; novi pietatem: hanc contra me blasphemiam et maledicentiam ferre non poteras, accessisti lacrymans, et tanquam dolens meo nomine, et tuam fecisti tristitiam, hæc in me facta convicia. Laude ergo dignissimus est sanctorum zelus, et Dei gloria contumeliis et maledictis exagitata, cum **487** hi dolent, lætatur Deus.

VERS. 22, 23. *Hic est sermo quem locutus est de illo Deus: Contemnit te et subsannat te, virgo filia Sion, in te caput movet filia Jerusalem. Quem exprobrasti, et quem concitasti? aut contra quem sustulisti vocem tuam? et non sustulisti in excelsum oculos tuos ad Sanctum Israelis, quia per nuntios probra jecisti in Dominum.*

Exponit deinceps calculum et judicium contra

A *Ἐπ' ἀληθείας γὰρ ἠρήμωσαν βασιλεῖς Ἀσσυρίων τὴν οἰκουμένην ὅλην, καὶ τὴν χώραν αὐτῶν, καὶ ἀνέβαλον τὰ εἴδωλα αὐτῶν εἰς τὸ πῦρ. Οὐ γὰρ θεοὶ ἦσαν, ἀλλ' ἔργα χειρῶν ἀνθρώπων, ξύλα, καὶ λίθος, καὶ ἀπώλεσαν αὐτούς. Σὺ δὲ, Κύριε ὁ Θεὸς ἡμῶν, σῶσον ἡμᾶς ἐκ χειρῶν αὐτῶν, ἵνα γνῷ πᾶσα βασιλεία τῆς γῆς ὅτι σὺ εἶ ὁ Θεὸς μόνος.*

Ἀκήκοα, φησὶ, τοῦ βαρβάρου λέγοντος· Μὴ ἐῤῥύσαντο οἱ θεοὶ τῶν ἐθνῶν ἕκαστος τὴν ἑαυτοῦ χώραν ἐκ χειρός μου; Κἂν εἰ τοῦτο λέγοι τις, ἐπαινῶ καὶ πείθομαι. Κεκρατήκασι γὰρ ἁπάσης τῆς γῆς, καὶ τὰς πόλεις ἐνέπρησαν, οὐδὲν ἀπόνασθαι δυναμένης τῶν ψευδωνύμων θεῶν· σεσώκασι γὰρ οὐδένα. Πῶς γὰρ, ἢ πόθεν, ξύλου τε καὶ λίθου πεποιημένα καὶ B τέχνης ἔργα λιθουργικῆς, καὶ τεκτόνων ὄντες φιλοτεχνήματα; Ταύτῃ τοι καὶ τοῖς ἰδίοις προσκυνηταῖς ὁμοῦ διολώλασιν. Ἀλλὰ σὺ, σῶσον ἡμᾶς, ὦ Δέσποτα. Τεκμήριον γὰρ καὶ τοῦτο, καὶ ἀναπείθει πᾶσαν τὴν ὑπ' οὐρανὸν, εἴς γε τὸ χρῆναι διακεῖσθαι, καὶ ἀραρότως ὅτι σὺ μόνος εἶ Θεός. Ὥσπερ γὰρ τὸ ἁλῶναι τὰς ἐθνῶν χώρας κατεμαρτύρησε τῶν ψευδωνύμων θεῶν, τὸ μηδὲν εἶναι παντελῶς· οὕτω, καὶ τὸ διαφυγεῖν τῆς ἐκείνου χειρὸς ἔξω γενέσθαι τὴν Ἱερουσαλὴμ τὴν ὑπό σοί τε καὶ σὴν μονονουχὶ καὶ διαμαρτύρεται, καὶ σαφῆ ποιήσεται τοῖς ἁπανταχοῦ τὴν ἀνάῤῥησιν τῆς σῆς εὐσθενείας, καὶ ἀκηράτου δόξης, καὶ ὅτι μόνος εἶ αὐτὸς ὁ Θεὸς ἔν τε οὐρανῷ, καὶ ἐπὶ γῆς·

Καὶ ἀπεστάλη Ἡσαΐας υἱὸς Ἀμὼς πρὸς Ἐζε-
C *κίαν, καὶ εἶπεν αὐτῷ· Τάδε λέγει Κύριος ὁ Θεὸς Ἰσραήλ· Ἤκουσα ἃ προσηύξω πρός με περὶ Σεναχηρεὶμ βασιλέως Ἀσσυρίων.*

Οὐ μακρὰν ὁ σώζων, ἀλλ' ἐγγὺς καὶ οἱονεὶ κατὰ πόδας τῆς προσευχῆς τῶν αἰτηθέντων τὸ πέρας. Ἀποστέλλεται μὲν γὰρ ὁ προφήτης· σεσιγηκὼς δὲ τέως τὰ ἐπὶ τῷ βαρβάρῳ, καὶ τὴν ἐπ' αὐτῷ τοῦ Θεοῦ ψῆφον οὐκ ἀπαγγείλας· Τάδε λέγει Κύριος, φησὶν, ὁ Θεὸς Ἰσραήλ. Ἐπιῤῥώννυσι τὸν πεπιστευκότα, καὶ οὐχ ἕνα τινὰ τῶν ψευδωνύμων θεῶν ἀποφαίνει τὸν ἀποστείλαντα, εὐθαρσῆ δὲ μᾶλλον ἀποτελῶν Κύριον ὀνομάζει, καὶ Θεὸν Ἰσραήλ. Ἐπαινεῖ δὲ ὥσπερ καὶ ἀποδέχεται λέγων· Ἤκουσα ἃ προσηύξω πρός με περὶ Σεναχηρεὶμ βασιλέως Ἀσσυρίων. Μονονουχὶ γὰρ,
D φησὶν, ἀποδέχομαι τὸν ζῆλον, οἶδα τὴν φιλοθεΐαν, ἀφόρητον ἐποιήσω τὴν κατ' ἐμοῦ δυσφημίαν· προσῆλθε δεδακρυμένος, καὶ οἷον ἀλγήσας ὑπὲρ ἐμοῦ, καὶ σὴν ἐποιήσω λύπην τοὺς εἰς ἐμὲ γεγονότας ὀνειδισμούς. Ἀξιεπαινετώτατος τοίνυν τῶν ἁγίων ὁ ζῆλος, καὶ τῆς τοῦ Θεοῦ δόξης δυσφημουμένης, ὅταν ἀλγήσωσιν αὐτοὶ, Θεὸς κατευφραίνεται.

Οὗτος ὁ λόγος ὃν ἐλάλησε περὶ αὐτοῦ ὁ Θεός· Ἐφαύλισέ σε καὶ ἐμυκτήρισέ σε παρθένος θυγάτηρ Σιών· ἐπὶ σοὶ κεφαλὴν ἐκίνησε θυγάτηρ Ἱερουσαλήμ. Τίνα ὠνείδισας καὶ παρώξυνας; ἢ πρὸς τίνα ὕψωσας τὴν φωνήν σου; Καὶ οὐκ ἦρας εἰς ὕψος τοὺς ὀφθαλμούς σου εἰς τὸν Ἅγιον τοῦ Ἰσραὴλ, ὅτι δι' ἀγγέλων ὠνείδισας Κύριον.

Ἐμφανῆ λοιπὸν τὴν ἐπὶ τῷ βαρβάρῳ καθίστησι

ψῆφον· καί φησιν ὅτι μυκτηρισμὸν ἐπ' αὐτῷ ποιήσεται, καὶ καταδονήσει τὴν κεφαλὴν παρθένος θυγάτηρ Σιὼν ἤτοι ἡ Ἱερουσαλήμ. Φαμὲν δὲ ὅτι παρθένον, καὶ θυγατέρα τὴν Σιὼν ἤτοι τὴν Ἱερουσαλὴμ ὀνομάζει· καὶ παρθένον μὲν ὡς ἀμόλυντον, καὶ τὸν τῆς βδελυρᾶς εἰδωλολατρίας οὐκ ἔχουσαν μῶμον· θυγατέρα δὲ, ὅτι τὴν παρὰ πατρὸς ὀφειλομένην διάθεσιν τοῖς ἐξ αὐτοῦ τέκνοις ὑπονενέμηκεν αὐτῇ. Ἐφαύλισε δὲ τὸν Ἀσσύριον, ἤτοι κεφαλὴν ἐπ' αὐτῷ κεκίνηκέ τινα τρόπον· ἐπεμετδίασε γὰρ ἡττωμένῳ, καὶ οἷον ᾠδὴν καὶ μέλος ἐναρμόνιον τὰς αὐτοῦ πεποίηται συμφοράς. Εἶτα πρὸς αὐτόν φησι· Τίνα ὠνείδισας, καὶ παρώξυνας; ἢ πρὸς τίνα ὕψωσας τὴν φωνήν σου; Ἆρα γὰρ ἕνα τῶν ψευδωνύμων θεῶν ταῖς οὕτω θερμαῖς ἐλύπεις φωναῖς; Καίτοι πῶς οὐκ ἔδει, φησὶ, τὸν τῆς διανοίας ὀφθαλμὸν εἰς ὕψος ἐπᾶραι, ἐννοῆσαί τε ἄρα, τίς δὴ καὶ πόσος ἐστὶν ὁ Θεὸς τοῦ Ἰσραήλ; Ἔδει καὶ ἐπ' αὐτῆς τῆς τῶν κτισμάτων θέας, τῆς τοῦ δημιουργοῦ δυνάμεως τὸ μέγεθος, ἀναλόγως ἰδεῖν. Ἔδει τῆς δόξης καταθρῆσαι τὸ ὕψος, καὶ μηδὲν ἐπ' αὐτῷ λογίσασθαι τῶν χθαμαλωτέρων. Ἀλλ' οὐδενὸς τῶν τοιούτων διαμνημονεύσας, φησὶν, ὠνείδισας τὸν Κύριον.

Σὺ γὰρ εἶπας· Τῷ πλήθει τῶν ἁρμάτων ἀνέβην εἰς ὕψος ὀρέων, καὶ εἰς τὰ ἔσχατα τοῦ Λιβάνου, καὶ ἔκοψα τὸ ὕψος τῆς κέδρου αὐτοῦ, καὶ τὸ κάλλος αὐτῆς, καὶ εἰσῆλθον εἰς ὕψος μέρους τοῦ δρυμοῦ, καὶ ἔθηκα γέφυραν, καὶ ἠρήμωσα ὕδατα, καὶ πᾶσαν συναγωγὴν ὕδατος.

Τῆς Περσικῆς ἀλαζονείας ἐξηγεῖται τὸν ὄγκον, καὶ τὸ ἀσύνετον φύσημα, καὶ τῆς μεγαληγορίας τὸ μέγεθος. Λιβάνῳ γὰρ παρεικάζει, καθὰ καὶ φθάσαντες ἔφημεν, τήν τε τῶν Ἰουδαίων χώραν, καὶ αὐτὴν τάχα που τῶν Σαμαρειτῶν, ἣν κατῳκήκασιν αἱ δέκα φυλαί. Ὁ μὲν γὰρ Λίβανος ὄρος ἐστὶν ἐν Φοινίκῃ κέδροις τῶν ξύλων ὑψοῦ δὴ λίαν ἠρμένοις εὐθαλὲς καὶ κατάκομον. Νοεῖται δέ πως τοιαύτη τῶν Ἰουδαίων ἡ χώρα, ὑψηλὴ μὲν, ὅτι Θεὸς ἦν ὁ ἐπαμύνων αὐτῇ, δασεῖά γε μὴν, ὅτι ἀριθμοῦ κρείττονας ὁρᾶσθαι τοὺς ἐν αὐτῇ. Ἀλλ' εἷλον μὲν τὴν Σαμάρειαν οἱ Ἀσσύριοι τύραννοι, συγκατεδήωσε δὲ αὐτῇ, καὶ τῆς Ἰουδαίας οὐκ εὐαριθμήτους πόλεις. Σὺ τοίνυν, φησὶν, ὦ Ἀσσύριε, γαῦρον ἔχων τὸ φρόνημα, καὶ τῶν γεγονότων τὴν ἔκβασιν ταῖς αὐτοῦ δυνάμεσιν ἀνατιθεὶς, εἶπας ὅτι Τῷ πλήθει τῶν ἁρμάτων ἀνέβην εἰς ὕψος ὀρέων, καὶ εἰς τὰ ἔσχατα τοῦ Λιβάνου, τοῦτ' ἔστιν, ἐπ' αὐτὴν τὴν βασιλείαν τὴν παρά γε τοῖς ἐξ Ἰσραήλ. Ἔκοψα τὸ ὕψος τοῦ κέδρου αὐτοῦ. Αὐτοῦ τίνος; Τοῦ Λιβάνου, δηλονότι τῆς Ἰουδαίας. Ὕψος δὲ κέδρου τὴν παρ' αὐτοῖς βασιλείαν φησὶ, καὶ εἰσῆλθεν εἰς ὕψος μέρους τοῦ δρυμοῦ. Ὡς γὰρ ἔφην, τῇ τῶν Σαμαρειτῶν συνδιολώλασι πολλαὶ τῆς Ἰουδαίας πόλεις. Ἔφης δὲ ὅτι Ἔθηκα γέφυραν, καὶ ἠρήμωσα ὕδατα, καὶ πᾶσαν συναγωγὴν ὕδατος. Πέρσαι γὰρ καὶ Ἀσσύριοι ταῖς ἑαυτῶν δυνάμεσι τὸ πάντα δύνασθαι κατορθοῦν ἀπονέμοντες, ἐν τῷ καταθεῖν τῶν χωρῶν, τοὺς μὲν τῶν ποταμῶν ἐγεφύρουν, ἔφερον δὲ πλειστάκις ὡς ὄντες τοσοῦτοι τὸν ἀριθμὸν, ὡς δαπανᾶν δύνασθαι πηγὰς, καὶ ὑδάτων συναγω-

A barbarum, aitque sannis et ludibriis excepturam eum, et concussuram caput, virginem filiam Sion, sive Jerusalem. Dicimus vero eum virginem et filiam dicere, Sionem seu Jerusalem: virginem quidem, utpote impollutam, et detestabilis idololatriæ macula non infectam: filiam autem, quod patris affectum, quo suos liberos prosequi debet, ei tribuerit. Contempsit Assyrium, et caput in illum movit quodammodo: nam derisit victum, et ejus calamitates in cantilenam et carmen concinnum vertit. Deinde ait ei: Cui exprobrasti, et quem concitasti? vel contra quem extulisti vocem tuam? An enim aliquem falso nuncupatum deum his ardentibus et inflammatis verbis offendisti? Nonne decebat, inquit, mentis oculos in altum attollere, B et cogitare quis et quantus sit Deus Israelis? Decebat etiam ex ipsa creationis inspectione, opificis potentiæ magnitudinem ratione quadam et analogia perspicere: decebat majestatis ejus celsitudinem intueri, et contra eum nihil humile et terrenum cogitare. Verum, inquit, nihil horum tibi venit in mentem, probra jecisti in Dominum.

VERS. 24, 25. *Tu enim dixisti: Multitudine curruum ego conscendi altitudinem montium, et extrema Libani, et succidi altitudinem cedri ejus, et pulchritudinem ejus, et intravi in altitudinem partis silvæ, et posui pontem, et vastavi aquas, et omnem collectionem aquæ.*

C Persicæ arrogantiæ fastum, et stultum tumorem, et jactantiæ magnitudinem exponit. Nam comparat Libano, sicuti ante diximus, regionem Judæorum, et Samariam etiam fortassis, quam duodecim tribus incoluerunt. Libanus enim mons est in Phœnicia, cedrorum lignis altissimis floridus et refertus. Intelligitur vero talis esse Judæorum regio, excelsa quidem, quod **488** Deus sit qui illis subveniet, densa vero, quod cernantur esse in ea innumerabiles. Verum Samariam Assyrii tyranni ceperunt, unaque cum ea, Judææ civitates innumeras vastarunt. Tu igitur, inquit, o Assyrie, qui superbo et elato es animo, quique rerum gestarum eventum copiis tuis ascribis, dixisti: Multitudine curruum ascendi in altitudinem montium, et in extre-D ma Libani, id est, ad ipsum Israeliticum regnum. Succidi altitudinem cedri ejus. Cujus tandem? Scilicet Libani, Judææ. Altitudinem cedri, eorum regnum dicit. Et intravi in altitudinem partis silvæ. Etenim, ut dixi, una cum terra Samaritanorum, multæ quoque Judææ urbes deletæ sunt. Dixisti etiam: Posui pontem, et vastavi aquas, et omnem collectionem aquarum. Persæ enim et Assyrii suis viribus attribuentes quod omnia præclare administrarent, cum regiones incursionibus infestarent, supra quædam flumina pontes construebant, sæpe vere auferebant, ut qui tot numero essent ut fontes et congregationem aquarum potuerint consumere, nec ipsa adeo flumina quandoque suffecerint viris et equis sitientibus. Græci autem scriptores,

qui res Persicas suis scriptis mandarunt, dicunt eos ponte stravisse Hellespontum. Et si flumen, inquiunt, adeunti regionem vel civitatem, in medio obstare inveniatur, imperasse tyrannum his verbis: Potando consumatur. Hujus igitur Persarum elationis meminit universorum Deus, et jactabundos et gloriosulos redarguit. Deinde post ostendit non potuisse ipsos hæc tam fastuosa, de quibus superbierunt, exsequi: sed hoc ejus decretum contra delinquentes prolatum, opinionem hanc illis quod potuerint, ingeneravit.

γάς, καὶ μηδὲ αὐτοὺς ἔσθ' ὅτε ποταμοὺς ἀρκέσαι δεδιψηκόσιν ὁμοῦ καὶ ἀνδράσι καὶ ἵπποις. Οἱ δέ γε τῶν Ἑλλήνων λογάδες, ὅσοι τῶν Περσικῶν ἐν ἰδίαις συγγραφαῖς ἔθεντο μνήμην, φασὶν αὐτοὺς καὶ αὐτὸν γεφυρῶσαι τὸν Ἑλλήσποντον· κἂν εἰ ποταμός, φασὶν, εὕρηται διὰ μέσου περιόντων αὐτῶν ἢ χώραν, ἢ πόλιν, προσέταττεν ὁ τύραννος λέγων· Δαπανάσθω πινόμενος. Διαμέμνηται τοίνυν ὁ τῶν ὅλων Θεὸς τῆς Περσῶν ἀλαζονείας, καὶ φιλοκομπεῖν εἰωθότας ἐλέγχει. Εἶτα μετὰ τοῦτο δείκνυσιν ὅτι μὴ μᾶλλον αὐτοὶ δεδύνηνται κατορθοῦν, ἐφ' οἷς πεφρονήκασι τὰ οὕτως ὑπέρογκα· ψῆφος δὲ μᾶλλον ἡ παρ' αὐτοῦ κατὰ τῶν πλημμελούντων ἐνηνεγμένη τὴν τοῦ δύνασθαι δόξαν ἐνεποίησεν αὐτοῖς.

Vers. 26, 27. *Nonne hæc audivisti olim, quæ ego feci? Ab antiquis diebus decrevi, nunc autem ostendi, ut vastarem gentes in munitionibus, et habitantes in civitatibus munitis. Remisi manus, et exaruerunt, et fuerunt tanquam flos aridus in tectis, et ut gramen.*

Οὐ ταῦτα ἤκουσας πάλαι ἃ ἐγὼ ἐποίησα; Ἐξ ἀρχαίων ἡμερῶν συνέταξα, νῦν δὲ ἐπέταξα ἐξερημῶσαι ἔθνη ἐν ὀχυροῖς, καὶ ἐνοικοῦντας ἐν πόλεσιν ὀχυραῖς. Ἀνῆκα τὰς χεῖρας, καὶ ἐξηράνθησαν, καὶ ἐγένοντο ὡς ἄνθος ξηρὸν ἐπὶ δωμάτων, καὶ ὡς ἄγρωστις.

Hæc igitur omnia, inquit, quæ te præstitisse putasti, nonne te pudet tuis viribus ascribere? Verum, o tu qui vanum supercilium tollis in re nihili, an non hæc audivisti olim, quæ ego **489** feci? Nam, inquit, si tu velis prophetarum meorum sermones perscrutari, jam ante dixi ea futura. Ego enim ab antiquis diebus decrevi, id est, definivi et annui: ostendique tempore nunc vocante demum ea quæ prænuntiata sunt: ut vastarem gentes in civitatibus munitis, id est, non infirmas aut captu faciles. Ego manus remisi, et exaruerunt. Qui enim quondam tolerantia et patientia continui eas, ac conservavi ut essent et consisterent, manum auxiliarem subtraxi, et instar herbarum exaruerunt, et sicuti gramen aridum igni in alimentum tradidi. Quod etiam alibi dicit ei: cum enim a Deo definita impius effecisset, et apud se plurimum sibi placeret, rursus audivit Deum dicentem: « Num gloriabitur securis absque percutiente cum ipsa? Num extolletur serra absque trahente eam [33]? » Siquidem ut hæc instrumenta se ad opera non movent, sed manum vibrantis exspectant: sic etiam, inquit, tu divinæ iræ instrumentum fuisti, tuis viribus ipse neutiquam opus fecisti, at tanquam securis et serra exstitisti, quæ ad inserviendum moventis voluntati destinata est.

Ταυτὶ μὲν οὖν ἅπαντα, φησὶν, ἅπερ αὐτὸς οἴει κατωρθωκέναι, ταῖς ἑαυτοῦ δυνάμεσιν ἀνατιθεὶς, οὐκ ἐρυθριᾷς; Ἀλλ', ὦ ματαίαν ἔχων ἐπ' οὐδενὶ τὴν ὀφρὺν, οὐ ταῦτα ἤκουσας πάλαι, ἃ ἐγὼ ἐποίησα; Εἰ γὰρ δὴ βούλοιο, φησὶ, τοὺς τῶν ἐμῶν προφητῶν πολυπραγμονῆσαι λόγους, ἔφην ἤδη φθάσας ὅτι ταῦτα γενήσεται. Ἐγὼ γὰρ ἐξ ἀρχαίων ἡμερῶν συνέταξα, τοῦτ' ἔστιν, ὥρισα καὶ κατένευσα· ἀπέδειξα δὲ νῦν καιροῦ καλοῦντος εἰς πέρας τὰ προηγγελμένα, ὥστε ἐξερημῶσαι ἔθνη ἐν πόλεσιν ὀχυραῖς, τοῦτ' ἔστιν, οὐκ ἀσθενῆ, καὶ εὐάλωτα. Ἐγὼ τὰς χεῖρας ἀνῆκα, καὶ ἐξηράνθησαν. Ὁ γὰρ πάλαι ταῖς ἀνεξικακίαις ἔτι συνέχων αὐτὰ πρὸς τὸ εἶναι, καὶ συνεστάναι τὴν ἐπαμύνουσαν ἀπέστησα χεῖρα, καὶ ἐν ἴσῳ πόας κατεξηράνθησαν, καὶ χόρτου δίκην κατεμαράνθησαν, καὶ οἷά τις ἄγρωστις ξηρὰ πυρὶ δέδοται τροφή. Τοῦτό τοι καὶ ἑτέρωθί φησι πρὸς αὐτόν· ἐπειδὴ γὰρ τὰ ὁρισθέντα γενέσθαι παρὰ Θεοῦ διαπεράνας ὁ δυσσεβὴς, ἐφ' ἑαυτῷ πεφρόνηκε μέγα, πάλιν ἤκουε Θεοῦ λέγοντος· « Μὴ δοξασθήσεται ἀξίνη, ἄνευ τοῦ κόπτοντος ἐν αὐτῇ; Ἢ ὑψωθήσεται πρίων ἄνευ τοῦ ἕλκοντος αὐτόν; » Ὥσπερ γὰρ τὸ τοιάδε τῶν ὀργάνων, οὐχ ἑαυτὰ κινεῖ πρὸς ἔργα τυχὸν, περιμένει δὲ μᾶλλον τὴν τοῦ σαλεύοντος χεῖρα· οὕτω καὶ σὺ, φησὶ, γέγονας ὄργανον τῆς θείας ὀργῆς, οὐ μὴν αὐτὸς εἰργάσω ταῖς δυνάμεσι ταῖς σαῖς, ἀλλ' ἦσθα μᾶλλον οἷον ἀξίνη, καὶ πρίων τοῖς τοῦ κινοῦντος θελήμασιν ὑπηρετεῖν τεταγμένος.

Vers. 28. *Nunc autem requiem tuam, et exitum tuum, et introitum tuum ego novi: at ira tua qua iratus es, et amarulentia tua ascendit ad me.*

Νῦν δὲ τὴν ἀνάπαυσίν σου, καὶ τὴν ἔξοδόν σου ἐγὼ ἐπίσταμαι· ὁ δὲ θυμός σου ὃν ἐθυμώθης, καὶ ἡ πικρία σου ἀνέβη πρός με.

Insolescis igitur, inquit, divinorum judiciorum factus administer, et cogitas forsan apud te, te solum tot gentes et regiones magnifice domuisse, ut incenderes eas et caperes. Verum ego tuam requiem, et exitum, et introitum novi. Requiem, ut ego quidem arbitror, mortem vocat: exitum et introitum, ad omnes res agendas viam. Nihil enim prorsus

Καταλαζονεύῃ μὲν οὖν, φησὶ, τῶν θείων κριμάτων γεγονὼς ὑπουργὸς, οἴει δὲ ἴσως κατὰ σαυτὸν, καὶ μόνος κατευμεγεθῆσαι τοσούτων ἐθνῶν καὶ χωρῶν, ὡς κατεμπρῆσαί τε καὶ ἑλεῖν αὐτάς. Ἀλλ' ἐγὼ τὴν σὴν ἀνάπαυσιν, καὶ τὴν ἔξοδον, καὶ τὴν εἴσοδον ἐπίσταμαι. Ἀνάπαυσιν δὲ καθάπερ ἐγῷμαι τὸν θάνατον ὀνομάζει, ἔξοδόν τε καὶ εἴσοδον, τὴν εἰς πᾶν ὁτιοῦν

[33] Isa. x, 15.

τῶν πρακτέων ὁδόν. Λανθάνει γὰρ ὅλως οὐδὲν τὸν πάντα εἰδότα νοῦν. Προστιθεὶς δὲ, ὅτι Ὁ θυμός σου, ὃν ἐθυμώθης, καὶ ἡ πικρία σου ἀνέβη πρός με, μονονουχί φησι, Οὐ δίχα ποινῆς δεδυσφημηκὼς ἔσῃ. Παρόψομαι γὰρ οὐδαμῶς τῶν σῶν ἀνοσίων ἐνθυμημάτων τὸ κακόηθες καὶ πικρὸν, ἀλλ' οἷον εἰς λύπην ἠρεθισμένος τοῖς σοῖς ἐπιθήσω θυμοῖς τὴν αὐτοῖς πρέπουσαν δίκην.

Καὶ ἐμβαλῶ φιμὸν εἰς τὴν ῥῖνά σου, καὶ χαλινὸν εἰς τὰ χείλη σου, καὶ ἀποστρέψω σε τῇ ὁδῷ ᾗ ἦρχου ἐν αὐτῇ.

Ἐπειδήπερ ὁ Ἀσσύριος κτηνοπρεπεστάτην ἔχων τὴν ἀλογίαν κατεκερτόμει Θεὸν, καὶ οἷον ἀνασκιρτήσας εἰς ἀχάλινον ἀγριότητα τῆς τοῦ Θεοῦ δόξης παλιμφήμους ἠφίει φωνὰς, ταύτητοι καὶ μάλα εἰκότως ὡς ἐπὶ κτήνους φησὶν, ὅτι Φιμὸν ἐμβαλῶ εἰς τὴν ῥῖνά σου, καὶ χαλινὸν εἰς τὰ χείλη σου, μονονουχὶ ταῖς τῶν πληγῶν ἐπαγωγαῖς ἀναπειράζων αὐτὸν, καὶ τῷ μεγέθει τῶν συμφορῶν οἷά τινι χαλινῷ τῶν οὕτως ἐκτόπων ἀνακόπτων ἐγχειρημάτων. Ὑπονοστήσειν γε μὴν καὶ πρὸς τὴν ἑαυτοῦ τὸν Ἀσσύριόν φησιν. Ὑπέστρεψε γὰρ ἀκούσας ὅτι Θαραθὰ βασιλεὺς Αἰθιόπων ἐξῆλθε κατ' αὐτοῦ. Καίτοι, Τί δή ποτε, φαίη τις ἂν, πεσούσης αὐτῷ τῆς στρατιᾶς ἁπάσης, οὐ σέσωσται μόνον αὐτὸς, ἀλλὰ γὰρ καὶ ὑπενόστησεν εἰς τὴν ἑαυτοῦ; Ἔδει γὰρ, ἔδει γυμνὸν γεγονότα τῆς ὑπὸ χεῖρα πληθύος, οἰκονομικῶς τὴν τοῦ δαπανῶντος ἀγγέλου χεῖρα φυγεῖν αὐτὸν, ἵν' ὀλοφύρηται τὴν ἑαυτοῦ συμφορὰν καὶ εἰς τίνα δεδυσφήμηκε γνῷ, καὶ τοῖς ἄλλοις ἅπασιν ἀπαγγείλῃ τὸ παράδοξον.

Τοῦτο δέ σοι τὸ σημεῖον. Φάγε τοῦτον τὸν ἐνιαυτὸν, ἃ ἔσπαρκας, τῷ δὲ ἐνιαυτῷ δευτέρῳ τὸ κατάλειμμα, τῷ δὲ τρίτῳ σπείραντες ἀμήσατε, καὶ φυτεύσατε ἀμπελῶνας, καὶ φάγεσθε τὸν καρπόν. Καὶ ἔσονται οἱ ἐγκαταλελειμμένοι ἐν τῇ Ἰουδαίᾳ εἰς διάφευξιν· φυήσουσι ῥίζαν κάτω, καὶ ποιήσουσι σπέρμα ἄνω. Ὅτι ἐξ Ἱερουσαλὴμ ἔσονται οἱ καταλελειμμένοι, καὶ οἱ σωζόμενοι ἐξ ὄρους Σιών. Ὁ ζῆλος Κυρίου Σαβαὼθ ποιήσει ταῦτα.

A latet eam mentem quæ novit omnia. Cum adjicit: Ira tua, qua iratus es, et amarulentia tua ascendit ad me, hoc fere dicit: Non impune blasphemus eris; non enim non videbo tuarum impiarum cogitationum malitiam et amarulentiam, sed velut ad dolorem commotus, ira tua dignam pœnam infligam.

VERS. 29. *Et injiciam circulum in nasum tuum, et frenum labiis tuis, et avertam te ea via, qua venisti.*

Quoniam Assyrius belluina et bruta **490** fatuitate præditus, incessebat Deum, et insultans quasi effrenata immanitate, contra Dei majestatem probrosas voces emittebat; hinc et justissime velut de B bellua dicit: Circulum injiciam naso tuo, et frenum labiis tuis, plagarum inflictione tantum non retrahens illum, et magnitudine calamitatum, quasi quodam freno, hæc tam fœda facinora præscindens. Reversurum etiam dicit Assyrium ad suam patriam. Rediit enim cum audisset Tharatha, regem Æthiopum, expeditionem contra ipsum fecisse. Quanquam dixerit aliquis, Quid est quod, etsi totus ejus exercitus ceciderit, tamen non solum ipse servatus est, sed etiam in suam regionem reversus est? Oportuit enim, oportuit eum, nudum sua multitudine ac destitutum, providentia quadam ac consilio, consumentis angeli manum effugere, uti suam deploraret calamitatem, intelligeretque in quem convicia jecisset, omnibusque aliis hoc admirabile et incredibile factum renuntiaret.

C VERS. 30-32. *Hoc autem tibi signum. Comede hoc anno quæ seminasti, anno autem secundo reliquias. Tertio seminantes metite, et plantate vineas, et comedite fructum. Et derelicti in Judæa, mittent radicem deorsum, et facient semen sursum. Quia ex Jerusalem erunt derelicti, et servati de monte Sion. Zelus Domini Sabaoth faciet hæc.*

Ἀποστραφήσεσθαι λέγων τὸν Ἀσσύριον εἰς τὴν ἑαυτοῦ, καὶ τῆς Ἰουδαίων ἀποφοιτήσειν χώρας, ὁρίζει τὸν χρόνον καθ' ὃν ἔσται τοῦτο, καί φησι· Φάγε τοῦτον τὸν ἐνιαυτὸν ἃ ἔσπαρκας, καὶ τὰ τούτοις ἐφεξῆς. Οὔπω γε μὴν ἅπασιν ἐναργὲς πότερόν ποτε τῷ Σεναχηρεὶμ δέδοται τὸ σημεῖον, ἤγουν Ἐζεχίᾳ καὶ τοῖς ἀμφ' αὐτόν. Πλὴν ἐροῦμεν τῶν γεγραμμένων τὸν νοῦν. Εἶτα τοῦτον ἐφαρμοστέον ἐκείνοις, ἢ τούτοις. Εἰ μὲν Ἐζεχίᾳ δεδόσθαι φαμὲν τὸ σημεῖον, συνίεμεν οὕτω· Ἐπεπολιόρκητο μὲν Ἱερουσαλὴμ, πλείστης δὲ οὔσης τῆς Ἀσσυρίων στρατιᾶς κατεμπρῆσαί τε καὶ ἑλεῖν ἐπιχειρούσης αὐτὴν, πλείστη τις ὅση τῶν ἐδωδίμων συγκομιδὴ, καρποί τε ἐναποκείμενοι, καὶ τὰ δι' ὧν ἂν γένηται διαζῆν δύνασθαι τοὺς ἐν Ἱερουσαλὴμ σωζομένους. Σὺ τοιγαροῦν ὁ Ἐζεχία, φησὶ, καὶ ἅπας ὁ μετὰ σοῦ λεὼς, φάγε τοῦτον τὸν ἐνιαυτὸν ἃ ἔσπαρκας· τῷ δὲ δευτέρῳ τὸ κατάλειμμα. Τῷ δὲ τρίτῳ σπείραντες ἀμήσατε, καὶ φυτεύσατε ἀμπελῶνας. Δυσὶ γὰρ ἔτεσιν ὅλοις ἐνιζήσας τῇ Σαμαρει-

Cum dixerit Assyrium reversurum domum, et discessurum ex regione Judæa, tempus præfinit, quo hoc fiet, et inquit: Comede hoc anno, quæ seminasti, et quæ sequuntur. Nec quidem constat D omnibus, utrum Senacherim datum sit hoc signum, vel Ezechiæ et suis. Verum explicabo scriptorum sententiam, itaque vel illis, vel his accommodanda est. Si enim Ezechiæ datum esse signum dicamus, sic intelligimus: Erat nimirum Jerusalem obsessa. Cumque ingens exercitus Assyriorum eam aggrederetur incendere et capere, maxima erat eduliorum importatio, fructusque repositi sunt, et ex quibus possent hi, qui in Jerusalem servati sunt, vivere. Tu ergo, o Ezechia, inquit, omnisque tecum populus, comede hoc anno, quæ seminasti, et secundo reliquias. Et tertio, ubi seminaveritis, metite, et plantate vineas. **491** Per duos enim annos continuos obsedit terram Samaritanorum, totamque vastavit Assyrius. Jam-

que tertio fere instante abiit fugiens, cum delevissent Rapsacis milites plurima loca circum Jerusalem, ipsamque obsiderent. Tertio igitur anno, inquit, deinceps remissio erit, et satis erit agricolis et vinearum cultoribus, siquidem eas plantare voluerint, pace nimirum præstante ipsis etiam securitatem. Fore autem in tuto et in tranquillo, qui ex bello servati et superstites sunt, indicat, cum dicit, quasi de arboribus : Radicem extendent deorsum, et sursum semen jacient. Habitaturos autem secure et tuto, et extra omnem metum, illud docet, quod profundam radicem habeant. Ad finem etiam duraturam hanc tranquillitatem, ex eo intelligi potest, quod sursum agat radices. Annectit deinde : Zelus Domini Sabaoth faciet hæc. Quia enim blasphemiam admittebat Assyrius, audebatque eum diis falso nuncupatis comparare, et dicere : Num liberabit Deus Jerusalem de manu mea? Hæc omnia fient, inquit, concitato ad zelum et æmulationem Omnipotente. Sin contra Senacherim dicatur : « Comede hoc anno, quæ seminasti, secundo reliquias : » dicimus belligerare solitos, vel contra regiones, vel contra civitates, protracta interdum obsidione et bello ipsorum in dies prorogato, agriculturam attingere et exercere, ut alimentum habeant. Ita hoc modo etiam de illo dictum intelligi possit.

Vers. 33. *Propterea sic dicit Dominus contra regem Assyriorum : Nequaquam invadet civitatem hanc, nec mittet in eam sagittam, nec mittet in eam scutum, nec circumdabit eam vallo, sed via qua venit, eadem revertetur.*

In capita quodammodo recolligit dictorum sententiam, et quasi paucis epitomen contexens, rei cursum exitumque ponit perspicue. Non enim, inquit, suscipiet bellum, imo ante pugnam, antequam arma vibret, antequam intentet immittatque sagittam, antequam levet scutum, antequam eam vallo circumdet, eadem ipsa via revertetur, et in domum, inquit, recurret. Sciendum est, eum vallum his verbis dicere, fixam ac congestam in monumentis seu tumulis struem lignorum, quæ acuta sunt, ut qui cadunt, eorum nemo servetur.

492 Vers. 34, 35. *Hæc dicit Dominus : Protegam civitatem hanc, ut servem eam propter me, et propter David servum meum.*

Resecat ac deprimit supercilium eorum qui misericordia divina servati sunt : nec sinit alta sapere ac tumere civitatis sanctæ inhabitatores. Erat enim plane probabile, cogitare eos ac dicere, se coli a Deo et æstimari propter morum probitatem et justitiæ suæ spiritualem fragrantiam. Servat ergo ut Deus, at juvat servatos, dum eos insolentiæ fluctibus non sinit obrui. Ait enim se protecturum civitatem, videlicet sanctam, nequaquam propter inhabitantes, sed nec in gratiam cujusquam, qui eo vixit tempore, hoc beneficii collaturum, sed propter se

A τῶν, καὶ καταδῃώσας ὅλην ὁ Ἀσσύριος, τρίτου μόλις ἐνστάντος ᾤχετο φυγάς, ἀπολωλότων μάλιστα τῶν μετὰ Ῥαψάκου κύκλῳ τῆς Ἱερουσαλὴμ, καὶ πολιορκούντων αὐτήν. Οὐκοῦν ἐν τρίτῳ, φησὶν, ἔτει λοιπὸν ἀνείσθω, καὶ γηπόνοις τὸ ἀρκοῦν καὶ τοῖς ἀμπέλων μελεδωνοῖς τὸ, εἴπερ ἕλοιντο φυτεύειν αὐτάς· εἰρήνης δηλονότι βραβευούσης αὐτὴν καὶ τὴν ἀσφάλειαν. Ὅτι δὲ ἐν βεβαίῳ κείσονται τῆς εὐθυμίας οἱ ἐκ τοῦ πολέμου σεσωσμένοι καὶ περιλελειμμένοι, καταμηνύει λέγων, ὡς ἐπὶ φυτῶν, ὅτι καὶ ῥίζαν κατατενοῦσι κάτω, καὶ ἄνω σπέρμα βαλοῦσι. Καὶ τὸ μὲν ὅτι κατοικήσουσιν ἀσφαλῶς, καὶ ἐρηρεισμένως, καὶ παντὸς ἔξω δείματος, δίδωσι νοεῖν τὸ ῥίζαν ἔχειν εἰς βάθος. Ὅτι δὲ καὶ εἰς πέρας αὐτοῖς ἐκταθήσεται τῆς εὐημερίας τὸ χρῆμα, νοεῖν ἐφίησι τὸ B ἄνω σπέρμα ποιεῖν. Προσεπάγει δὲ, ὅτι ὁ ζῆλος Κυρίου Σαβαὼθ ποιήσει ταῦτα. Ἐπειδὴ γὰρ δεδυσφήμηκεν ὁ Ἀσσύριος, καὶ τοῖς ψευδωνύμοις αὐτὸν παρεικάζων θεοῖς τετόλμηκεν εἰπεῖν, Οὐ μὴ ῥύσεται ὁ Θεὸς Ἱερουσαλὴμ ἐκ χειρός μου; Ταῦτα πάντα γενήσεται, φησὶ, κεκινημένου εἰς ζῆλον τοῦ πάντα ἰσχύοντος. Εἰ δὲ δὴ φέρει κατὰ τοῦ Σεναχηρεὶμ τὸ, « Φάγε τοῦτον τὸν ἐνιαυτὸν, ἃ ἔσπαρκας, τῷ δὲ δευτέρῳ τὸ κατάλειμμα, » φαμὲν ὅτι οἱ καταστρατεύειν εἰωθότες, ἢ χωρῶν, ἢ πόλεων, βραδυνούσης ἐσθ' ὅτε τῆς πολιορκίας καὶ τῆς μάχης αὐτοῖς εἰς χρόνους ἐκτεινομένης, ἅπτονται καὶ γηπονίας, ἵν' ἔχοιεν τροφάς. Καὶ κατὰ τοῦτον αὐτὸν ἁρμόσει τὸν τρόπον, τὸ καὶ ἐπ' αὐτοῦ νοεῖσθαι τὸ εἰρημένον.

Διὰ τοῦτο οὕτως λέγει Κύριος ἐπὶ βασιλέα Ἀσ- C *συρίων· Οὐ μὴ εἰσέλθῃ εἰς τὴν πόλιν ταύτην, οὐδ' οὐ μὴ βάλῃ ἐπ' αὐτὴν βέλος, οὐδ' οὐ μὴ βάλῃ ἐπ' αὐτὴν θυρεὸν, οὐδ' οὐ μὴ κυκλώσῃ ἐπ' αὐτὴν χάρακα· ἀλλὰ τῇ ὁδῷ ᾗ ἦλθεν, ἐν αὐτῇ ἀποστραφήσεται.*

Ἀνακεφαλαιοῦται τρόπον τινὰ τῶν εἰρημένων τὸν νοῦν, καὶ τὴν τοῦ πράγματος εἰς πέρας διεκδρομὴν, ὡς ἐν ὀλίγοις ἐπιτεμὼν, καθίστησιν ἐναργῆ. Οὐ γὰρ ἅψεται πολέμου, φησὶν, ἀλλὰ πρὸ μάχης πρὶν ὅπλα σαλεῦσαι, πρὶν ἐκτεῖναι καὶ ἐπαφεῖναι βέλος, πρὶν ἀνατιθέναι θυρεὸν, πρὶν ἐπ' αὐτὴν κυκλῶσαι χάρακα, τὴν αὐτὴν ὁδὸν ὑπονοστήσει, καὶ οἴκοι δραμεῖται, φησίν. Ἰστέον δὲ ὅτι χάρακά φησιν ἐν τούτοις τὴν ἐν ταῖς τάφροις καταπηγνυμένην τῶν ξύλων πληθὺν, εἰς ὀξὺ κατηκονημένων, ἵνα δὴ σώζοιτο τῶν πεσόντων D μηδείς.

Τάδε λέγει Κύριος· Ὑπερασπιῶ ὑπὲρ τῆς πόλεως ταύτης τοῦ σῶσαι αὐτὴν δι' ἐμὲ, καὶ διὰ Δαβὶδ τὸν δοῦλόν μου.

Ἀποκείρει τὴν ὀφρὺν τῶν ἐν ἐλέει Θεοῦ σεσωσμένων, καὶ ὑπέρογκα φρονεῖν οὐκ ἐᾷ τοὺς τὴν ἁγίαν οἰκοῦντας πόλιν. Ἦν γὰρ δὴ καὶ μάλα εἰκὸς, οἴεσθαί τε καὶ λέγειν αὐτοὺς, ὅτι τετίμηνται παρὰ Θεοῦ διὰ τὸ ἐπιεικὲς τοῦ τρόπου, καὶ τῆς ἐνούσης αὐτοῖς δικαιοσύνης τὴν νοητὴν εὐκοσμίαν. Οὐκοῦν διασώζει μὲν ὡς Θεὸς, ὠφελεῖ δὲ σεσωσμένους, τοῖς τῆς ἀλαζονείας κύμασιν οὐκ ἐφιεὶς ἐναλίσκεσθαι. Ὑπερασπιεῖν γὰρ ἔφη τῆς πόλεως, δηλονότι τῆς ἁγίας, οὐ διά γε τοὺς ἐνοικοῦντάς ποθεν, ἀλλ' οὐδετέρῳ τινὶ τῶν κατ' ἐκεῖνο καιροῦ ζώντων ἔτι τὸ χρῆμα δω-

ρούμενος, ἀλλὰ δι' ἑαυτὸν, καὶ Δαβὶδ, ὃν καὶ παῖδα ἴδιον ὀνομάζει, καὶ δι' ἑαυτὸν μὲν, ὅτι χρηστός τέ ἐστι καὶ φιλοικτίρμων, καὶ χρῆν δή που τοῖς τὴν θείαν αὐτοῦ κατακερτομοῦσι δόξαν τὴν αὐτοῖς ὅτι μάλιστα πρέπουσαν δίκην ἐπενεγκεῖν. Διὰ Δαβὶδ πάλιν, ὅτι ταῖς τῶν ἁγίων μνήμαις χαρίζεται πολλάκις τὸ ἀμνησίκακον, ἐφ' οἷς ἔσθ' ὅτε πλημμελοῖεν οἱ ἐξ αὐτῶν.

Καὶ ἐξῆλθεν ἄγγελος Κυρίου, καὶ ἀνεῖλεν ἐκ τῆς παρεμβολῆς τῶν Ἀσσυρίων ἑκατὸν καὶ ὀγδοήκοντα καὶ πέντε χιλιάδας· καὶ ἀναστάντες τὸ πρωῒ, εὗρον πάντα τὰ σώματα νεκρά. Καὶ ἀποστραφεὶς ἀπῆλθε Σεναχηρεὶμ βασιλεὺς Ἀσσυρίων, καὶ ᾤκησεν ἐν Νινευῇ· καὶ ἐν τῷ αὐτὸν προσκυνεῖν ἐν τῷ οἴκῳ Ἀσαρὰκ τὸν πάτραρχον αὐτοῦ, Ἀδραμέλεχ καὶ Σαρασὰρ οἱ υἱοὶ αὐτοῦ ἐπάταξαν αὐτὸν μαχαίραις· αὐτοὶ δὲ διεσώθησαν εἰς Ἀρμενίαν, καὶ ἐβασίλευσεν Ἀχορδὰν υἱὸς αὐτοῦ ἀντ' αὐτοῦ.

Προσεπήνεκται χρησίμως τοῖς ἐπηγγελμένοις τῶν προσδοκηθέντων τὸ πέρας, ἵνα μὴ φαίνοιτο ψευδοεπὴς ὁ τῶν ὅλων Θεός. Δεδαπάνηται γὰρ ἡ τῶν Ἀσσυρίων πληθὺς, οὐ ταῖς Ἰουδαίων ἁλοῦσα χερσὶν, οὐ τόξον αὐτοῖς ἐπανατείναντός τινος, οὐ δόρυ πρὸς μάχην ᾐρηκότος, ἢ ξίφος ἀπογυμνώσαντος, οὐχ ἵππων κραταιῶν, ἀρξαμένου τὴν μάχην ἀγγέλου γε μὴν ἀῤῥήτῳ δυνάμει • καταστορέσαντος, καὶ πληθὺν ἀποφαίνοντος νεκρῶν τὴν ἀριθμοῦ κρείττονα. Καταπλήττεται τοίνυν τῷ θαύματι καίτοι θρασὺς ὢν ἄγαν ὁ στρατηγὸς, ἤγουν ὁ Σεναχηρεὶμ, οἴκαδέ τε ἀνεκομίσθη μόλις, καὶ γυμνὸς εἰσάπαν ἧς ἐπεσύρετο στρατιᾶς ὑπονοστήσας, ἐλεεινῶς κατῴκησε, φησὶν, ἐν Νινευΐ. Εἶ τὸ λεῖπον [ἴσ. εἶτα λοιπὸν] ταῖς παρὰ τοῦ Θεοῦ γενομέναις ὑποσχέσεσιν εἰς πέρας ἐνήνεκται. Πέπτωκε γὰρ ἐν τῷ οἴκῳ αὐτοῦ πάτραρχόν τινα προσκυνῶν, ἕνα δηλονότι τῶν κατὰ σάρκα πατέρων ἢ πάππων αὐτοῦ. Τοῖς γὰρ ἅπαξ πεπλανημένοις ἔθος, οὐχὶ δὴ μόνοις τοῖς ἀκαθάρτοις πνεύμασιν, ἀλλὰ γὰρ καὶ ὅσοις ἂν ἕλοιντο νεκροῖς τὸ χρῆμα προσνέμειν. Ἐκπεπτωκότες γὰρ ἅπαξ τῆς εὐθείας ὁδοῦ πρὸς ὁτιοῦν τῶν δοκούντων αὐτοῖς ἀβασάνιστον ποιοῦνται τὴν ἀποδρομήν. Υἱοὺς δὲ εἶναί φησι τοὺς ἀπεκτονότας αὐτόν· ψήφου γὰρ θείας ἐπενηνεγμένης τισὶ, κατακινδυνεύσειαν πάντη τε καὶ πάντως οἱ τοῦτο παθόντες, καὶ ὡς τοῖς ἄγαν ἐχθροῖς περιτεύξονται τοῖς ἰδίοις. Οὐ τὴν ἐξ αἵματος οἰκειότητα τῆς ἀσφαλείας ἐνέχυρον ἔχοντες, οὐ διάθεσιν καὶ σπουδὴν τὴν ὀφειλομένην πατράσιν ἐκ τέκνων, ἀλλὰ δι' ὧν ἦν εἰκὸς σώζεσθαι κινδυνεύοντας, διὰ τούτων αὐτῶν τοῖς τῆς ἀπωλείας ἐνιεμένους βάθροις. Καὶ ταυτὶ μὲν τό γε ἧκον εἰς τὸ τῆς ἱστορίας ἐξωφανὲς οὐκ ἀκόμψως εἰρῆσθαι δοκῶ. Δεῖν δὲ οἶμαι καί τι τῶν ἐσωτάτω θεωρημάτων εἰπεῖν εἰς παράκλησιν τοῖς πνευματικοῖς. Ἡ μὲν γὰρ ἁγία πόλις, τοῦτ' ἔστιν, ἡ Σιὼν, ἤγουν Ἱερουσαλὴμ, τύπος ἂν εἴη τῆς Ἐκκλησίας Χριστοῦ, τῆς ἀληθεστέρας Σιών· ταύτην ἔσθ' ὅτε, μᾶλλον δὲ ὡς ἐπίπαν οἱ τῆς ἀληθείας πολιορκοῦσιν ἐχθροὶ, τοῦτ' ἔστιν, οἱ τῶν ἀνοσίων αἱρέσεων εὑρεταί· καὶ πολιορκοῦσιν οὐ μόνοι, καταμισθούμενοι δὲ τρόπον τινὰ καὶ τὰς ἐν κόσμῳ δυναστείας, ἐμπνέον-

A et Davidem, quem etiam filium suum nominat. Propter se autem, quia benignus est et misericors, oportuitque divinam majestatem conviciis proscindentibus pœnam dignam inferre. Propter Davidem rursus, quod sanctorum virorum memoriæ hoc beneficii dat, ut obliviscatur malorum, quæ posteri ipsorum interdum admiserunt.

VERS. 36-38. *Et egressus est angelus Domini, et occidit ex castris Assyriorum centum et octoginta et quinque millia. Et cum surrexissent mane, invenerunt omnia corpora mortua. Et reversus abiit Senacherim rex Assyriorum, et habitavit in Ninive. Et cum ille adoraret in domo Asarac patronum suum, Adramelech et Sarasar, filii ejus, percusserunt eum* B *gladiis. Ipsi autem servati sunt in Armenia. Et regnavit Achordan filius ejus pro eo.*

Subnectitur opportune promissis exspectatorum finis, ne universorum Deus mendax videatur. Consumpta est enim Assyriorum multitudo, non capta manibus Judæorum, non arcu cujusquam tenso, non hasta ad pugnam sublata, non gladio extracto, non equis strenuis pugna inita, sed ineffabili potentia angelus prostravit, multitudinemque cadaverum innumerabilem effecit. Percellitur itaque miraculo, quantumvis audacissimus, hic vir bellicosus, nimirum Senacherim, vixque reductus est domum, omninoque nudus exercitu quem advexit, C reversus est miserabiliter. Habitavit, inquit, in 493 Ninive. Sic demum promissa a Deo facta ad exitum perducta sunt. Cecidit enim in domo sua, patrarchum quemdam seu patronum adorans, unum aliquem videlicet e patribus carnis propagatione, vel ex avis suis. Consueverunt enim qui semel erraruut, hoc honoris tribuere non solum impuris spiritibus, sed et quibuslibet mortuis. Nam cum semel exciderint recta via, ad quidvis quod collibitum est, currunt citra discrimen. Filios esse dicit qui ipsum interfecerunt. Nam divina sententia in aliquos lata, undecunque et omnibus modis veniunt in pericula, quibus hoc accidit : non sanguinis conjunctionem incolumitatis pignus habentes, non af- D fectum neque studium filiorum patribus debitum : sed a quibus servari eos par erat, periclitantes, per eos ipsos in foveam interitus præcipitantur. Et hæc quidem quoad exteriorem speciem historicam non inornate dicta esse puto. Dicendum est etiam aliquid de interiori tractatione seu contemplatione, ad consolationem spiritualium. Civitas enim sancta, nempe Sion, vel Jerusalem, typus esse potest Ecclesiæ Christi, et verioris Sion : quam interdum, imo fere semper, veritatis hostes obsident, id est, impiarum hæreseon inventores : nec obsident soli, sed conductis quodammodo mundi potestatibus ac dynastiis, insufflante hoc illis intelligibili Senacherim, id est Satana, et quasi emittente suos subditos, quique ejus nequitiæ solent subservire. Qui

postquam veniunt, pugnantque cum veritatis assertoribus, ac divinam derident majestatem, operæ quidem pretium minime faciunt. Silebunt enim qui obsidentur. Quam vero ob causam, beatus Paulus docebit, inquiens : « Non esse verbis pugnandum inutiliter [34], » et rursus : « Hæreticum hominem post unam aut alteram admonitionem devita, sciens, quod eversus sit, qui talis est [35]. » Nam qui semel toti sunt delapsi in errores et fucos, et mendacio constricti, superflua est eorum fortassis qui prodesse solent oratio. Scriptum est enim : In aures audientium loquere. Quando igitur veritatis inimici vel honores vel requiem pollicentur, sicuti hic sceleratus Rapsaces, vel pericula aut prælia minantur, ad Deum est accedendum, et **494** ex solo auxilio supero pendendum. Sufficiet enim supera et præpotens dextera, tum ad conservationem eorum qui recto pede solent incedere, tum ad interitum illorum qui resistunt. Abiget enim eos inenarrabili quodam robore usus, et liberabit bello Sionem, vere sanctam et impollutam, id est, Ecclesiam, quippe adversus quam portæ inferorum non valebunt [35'].

VERS. 3-5. *Vox clamantis in deserto: Parate viam Domini, rectas facite semitas ejus. Omnis vallis implebitur, et omnis mons et collis humiliabitur. Et erunt omnia quæ obliqua sunt, directa, et aspera in vias campestres, et apparebit gloria Domini, et videbit omnis caro salutare Dei, quia Dominus locutus est.*

Cum dixerit redemptum esse Israelem, et absolutam a suis delictis Jerusalem, cumque jusserit consolationem ei adhiberi: tempus consolationis, proxime et tantum non ad pedes jam dictorum, ut ita dicam, subjungit, nimirum Servatoris nostri adventum: cujus prævius ac præcursor venit divinus ille Baptista in deserto Judææ, clamans et dicens: « Parate viam Domini, rectas facite semitas Dei nostri [45]. » Quod cum præscisset spiritu etiam beatus Zacharias, hujus Joannis pater, prophetavit, dicens: « Et tu, puer, propheta Altissimi vocaberis. præibis enim faciem Domini, ut pares vias ejus [46]. » Et de eo dixit illis Servator: « Ille erat lucerna ardens et lucens, vos autem voluistis exsultare ad tempus in luce ejus [47]. » Sol enim justitiæ et lux vera est Christus. Lucernæ vero **506** comparat Scriptura sacra beatum Baptistam. Etenim, si divinam et ineffabilem lucem, si inexplicabilem et immensum splendorem respicias, merito comparari possit parvæ lucernæ mentis humanæ modulus, etiamsi plenus sit lucis et sapientiæ. Quid ergo est, « Parate viam Domini, et rectas facite semitas ejus? » Explanat, addens: « Omnis vallis implebitur, et omnis mons et collis reddetur humilis, et erunt omnia prava in directa, et aspera in vias planas [48]. » Sunt enim quædam publicæ viæ, et semitæ minime perviæ, sed asperæ illæ quidem et inviæ, ut aliquando assurgendum sit ad montes et colles, aliquando per eosdem descendendum, nunc in præcipitiis pendeas, nunc in colles profundos deferaris. Sin contingat ut edita hæc et prærupta loca subsidant, et quæ in cavo ac profundo sunt compleantur: tunc, tunc undequaque recta erunt, quæ erant obliqua, et campi plani, et via expedita, quæ quondam erat aspera et abrupta. Hoc factum est intelligibiliter, Servatoris nostri potentia. Olim enim omnibus, ut sic dixerim, hominibus inaccessa erat vita eximia, et

[44] Psal. CII, 8, 10. [45] Luc. III, 4. [46] Luc. I, 76. [47] Joan. V, 35. [48] Luc. III, 5.

evangelicæ conversationis semita parum trita : quod A mens omnium mundanis et terrenis esset detenta cupiditatibus, ac subjecta carnis, iisque fœdis motibus. Postquam autem homo factus atque caro, secundum Scripturas, in carne abolevit peccatum, et principatus, ac potestates, et rectores mundi hujus demolitus est[48*] : æquabilem nobis et ad currendum aptissimam viam pietatis effecit, nihil habentem acclive, vel in altum sublatum, nihil cavum aut deorsum, sed in campos magis complanatam. Omnia enim obliqua, facta sunt directa. Nec hoc solum, sed « et apparebit, inquit, gloria Domini, et videbit omnis caro salutare Dei [49], quia Dominus locutus est. » At quo pacto, et quomodo gloriam dicit apparituram? Erat enim et est unigenitum Dei Verbum, B utpote Deus exsistens, et ex Deo Patre, arcana ratione natus, in deitatis præstantia, supra omnem principatum, et potestatem, et thronum, et dominationes, et omne nomen quod nominatur, non solum in hoc sæculo, sed et in futuro [50*]; et ipse est gloriæ Dominus, et novimus nos gloriam ejus, etiamsi olim non noverimus : quando sicut et nos, factus homo dispensatione, **507** se potentia, operatione, gloria Deo et Patri æqualem declaravit : omnia verbo potentiæ suæ ferens, miracula facile peragens, creaturam increpans, mortuos excitans, et cætera mirifica citra laborem perficiens. Apparuit igitur gloria Domini, et contemplata est omnis caro salutem Dei, scilicet Patris. Salvatorem enim et Redemptorem nobis misit de cœlo Filium. Cum enim lex nihil C consummaret, et typica sacrificia non haberent vim abstergendi peccata, in Christo consummamur, et ab omni labe liberati, adoptionis spiritu honoramur. Hæc in illo gratia, quantum quidem ad scopum et animum servantis, per omnem carnem meavit, id est, per omnes homines. Carnem enim intelligere oportet hominem. Si quidam videantur hujus salutis expertes, verus tamen sic est prophetæ sermo. Scopus enim et propositum honorantis et servare volentis attenditur, non desidia vocatorum expenditur. Adjicit idque necessario : Quia Dominus locutus est, ne quis eum mendacia proferre arbitretur, vel ex corde suo, et quod ipsi visum est eructare, sed potius Dei opinionem, et quod prorsus penitusque futurum est, præsignificare.

A ψιλὰ πεδία, καὶ οἷον ὕπτιον ἔχοντα τὴν ὁδὸν τὰ τραχέα τε, καὶ φαραγγώδη. Πότε τοῦτο; τοῦτο γέγονε νοητῶς διὰ τῆς τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν ἰσχύος. Πάλαι μὲν γὰρ ἅπασιν, ὡς ἔπος εἰπεῖν, ἀνθρώποις δυσπόρευτος ἦν ἡ ἐξαίρετος ζωὴ, καὶ τῆς εὐαγγελικῆς πολιτείας ἡ τρίβος ἀνεπιτήδευτος, διάτοι τὸ κεκρατῆσθαι τὸν τῶν ἁπάντων νοῦν κοσμικαῖς καὶ γεώδεσιν ἐπιθυμίαις, καὶ τοῖς τῆς σαρκὸς ἐκτόποις κινήμασιν ὑποφέρεσθαι. Ἐπειδὴ δὲ γεγονὼς ἄνθρωπος, ἤτοι σὰρξ, κατὰ τὰς Γραφὰς, κατήργηκε τὴν ἁμαρτίαν ἐν τῇ σαρκὶ, καθεῖλε δὲ καὶ ἀρχὰς καὶ ἐξουσίας, καὶ τοὺς κοσμοκράτορας τοῦ κόσμου τούτου, λείαν ἡμῖν καὶ εὐδρομωτάτην ἀπέφηνε τὴν εἰς εὐσέβειαν ὁδὸν οὐδὲν ἔχουσαν τὸ ἄναντες, ἢ καὶ ἠρμένον ὑψοῦ, οὐδὲν τὸ κοῖλον τὸ κάτω, ἀλλ' εἰς πεδία μᾶλλον ἐψιλωμέ- B νην. Πάντα τὰ σκολιὰ γεγόνασιν εἰς εὐθεῖαν. Καὶ οὐχὶ τοῦτο μόνον, ἀλλὰ γὰρ « καὶ ὀφθήσεται, φησὶν, ἡ δόξα Κυρίου, καὶ ὄψεται πᾶσα σὰρξ τὸ σωτήριον τοῦ Θεοῦ, ὅτι Κύριος ἐλάλησε. » Δόξαν δὲ φησὶν ὀφθήσεσθαι, πῶς ἢ τίνα τρόπον; Ἦν μὲν γὰρ, καὶ ἔστιν ὁ μονογενὴς τοῦ Θεοῦ Λόγος, ἅτε δὴ καὶ Θεὸς ὑπάρχων, καὶ ἐκ Θεοῦ Πατρὸς ἀποῤῥήτως γεγεννημένος ἐν ταῖς τῆς θεότητος ὑπεροχαῖς ὑπεράνω πάσης ἀρχῆς καὶ ἐξουσίας, θρόνων τε, καὶ κυριοτήτων καὶ παντὸς ὀνόματος ὀνομαζομένου, οὐ μόνον ἐν τῷ αἰῶνι τούτῳ, ἀλλὰ καὶ ἐν τῷ μέλλοντι· καὶ αὐτός ἐστιν ὁ τῆς δόξης Κύριος, ἐγνώκαμεν δὲ καὶ ἡμεῖς τὴν δόξαν αὐτοῦ, καίτοι πάλαι μὴ εἰδότες, ὅτε καθ' ἡμᾶς γενόμενος ἄνθρωπος οἰκονομικῶς ἔδειξεν ἑαυτὸν, ἰσοσθενῆ, καὶ ἰσουργὸν, καὶ ἰσοκλεᾶ τῷ Θεῷ C καὶ Πατρὶ, φέρων τὰ πάντα τῷ ῥήματι τῆς δυνάμεως αὐτοῦ, καὶ κατορθῶν εὐκόλως τὰς θεοσημίας, ἐπιτιμῶν τῇ κτίσει, νεκροὺς ἀνιστὰς, καὶ τὰ ἕτερα δὲ τῶν θαυμάτων ἀμογητὶ κατορθῶν. Ὤφθη τοίνυν ἡ δόξα Κυρίου· τεθέαται δὲ καὶ πᾶσα σὰρξ τὸ σωτήριον τοῦ Θεοῦ, δῆλον δὲ ὅτι τοῦ Πατρός. Σωτῆρα γὰρ ἡμῖν καὶ Λυτρωτὴν πέπομφεν ἐξ οὐρανοῦ τὸν Υἱόν. Τελειοῦντος γὰρ οὐδὲν τοῦ νόμου, καὶ τῶν ἐν τύποις θυσιῶν οὐκ ἐχουσῶν τὸ δύνασθαι διασμήχειν ἁμαρτίας, ἐν Χριστῷ τελειούμεθα, καὶ ἁπάσης κηλῖδος ἀπηλλαγμένοι, τῷ τῆς υἱοθεσίας τετιμήμεθα πνεύματι. Καὶ ἡ μὲν ἐπὶ τούτῳ χάρις, τό γε ἧκον εἰς τὸν τοῦ διασώζοντος σκοπὸν, ἐπὶ πᾶσαν ἂν ἴοι σάρκα, τοῦτ' ἔστιν, ἐπὶ πάντας ἀνθρώπους. Σάρκα γὰρ ἐν τούτοις τὸν ἄνθρωπον νοητέον. Εἰ δὲ δὴ φαίνοιντό τινες τῆς σωτηρίας ἡμαρτηκότες, ἀψευδὴς ἂν εἴη· καὶ οὕτως ὁ τοῦ προφήτου λόγος. Ὁ γὰρ σκοπὸς τοῦ τιμήσαντος, καὶ διασῶσαι θελήσαντος, καὶ οὐχὶ τῶν κεκλημένων τὸ ῥᾴθυμον ἐξετάζεται. Προσεπάγει δὲ ἀναγκαίως ὡς Ὅτι Κύριος ἐλάλησε, ἵνα μή τις οἴηται ψευδηγορεῖν αὐτὸν, ἢ καὶ ἀπὸ καρδίας, ἢ καὶ τὸ δοκοῦν ἐρεύγεσθαι τυχόν. Ἀλλ' ὅτι τὸ τῷ Θεῷ δόξαν, καὶ τὸ πάντῃ τε καὶ πάντως ἐσόμενον προμεμήνυκε.

VERS. 6-8. *Vox dicentis : Clama. Et dixi : Quid clamabo? Omnis caro fenum, et omnis gloria hominis quasi flos feni. Exaruit fenum, et flos decidit; verbum autem Domini manet in æternum.*

D *Φωνὴ λέγοντος· Βόησον. Καὶ εἶπα· Τί βοήσω; Πᾶσα σὰρξ χόρτος, καὶ πᾶσα δόξα ἀνθρώπου ἄνθος χόρτου. Ἐξηράνθη ὁ χόρτος, καὶ τὸ ἄνθος ἐξέπεσε· τὸ ῥῆμα τοῦ Θεοῦ μένει εἰς τὸν αἰῶνα.*

Perspicue demonstrat non licere aliter videre salutem Dei, iis qui vere illum amant, et eo potiri cupiunt, nisi hoc solo, ut quæ ipsi placita et grata

Ὅτι μὴ ἑτέρως ἔξεστιν ἰδεῖν τὸ σωτήριον τοῦ Θεοῦ τοὺς ἀληθῶς ἐρῶντας αὐτοῦ, καὶ τυχεῖν αὐτοῦ γλιχομένους, πλὴν ὅτι μόνου τοῦ ἑλέσθαι φρονεῖν τε,

[48*] Coloss. II, 15. [49] Luc. III, 6. [50*] Ephes. I, 21.

καὶ δρᾷν τὰ αὐτῷ δοκοῦντα καὶ φίλα, καθίστησιν A ἐναργές. Δεῖ γάρ, οἶμαι, τοὺς ἐθέλοντας ἁγιοπρεπῶς πολιτεύεσθαι, καὶ τὴν εὐαγῆ, καὶ ἐξαίρετον ἐπανελέσθαι ζωὴν, καὶ τῆς ἐν Χριστῷ πολιτείας οἷά τινα στέφανον ἀναδήσασθαι τὰ αὐχήματα, παρ' οὐδὲν μὲν ποιεῖσθαι τὸν ἐν τῷδε τῷ βίῳ περισπασμὸν, δόξαν δὲ τὴν ἐν ἀνθρώποις, καὶ πρόσκαιρον, ὡς ἀπωτάτω ῥίπτειν, ἡγεῖσθαί τε κατὰ ἀλήθειαν χόρτῳ καὶ πόαις ὡμοιῶσθαι τὰ ἀνθρώπινα, ἔχειν τε εἰς νοῦν καὶ καρδίαν τὸ τοῦ Θεοῦ ῥῆμα, τοῦτ' ἔστι, τὸν ἐκ Θεοῦ καὶ Πατρὸς Λόγον. Κατοικεῖ γὰρ ἐν ταῖς καρδίαις ἡμῶν διὰ τῆς πίστεως, καὶ τὸ θεῖον αὐτοῦ Πνεῦμα καταπλουτήσαντες, αὐτὸν ἔχομεν ἐν ἑαυτοῖς. Ἀξιόκτητον γὰρ τὸ χρῆμά ἐστι, καὶ τῆς εἰς αἰῶνα πρόξενον ζωῆς. Διαμένων γὰρ εἰς τὸν αἰῶνα, καὶ ζῶν ὁ τοῦ Θεοῦ Λόγος διατηρεῖ, καὶ ζωοποιεῖ. Εἰ B δὲ δὴ βούλοιτό τις τὸ τοῦ Θεοῦ ῥῆμα νοεῖν τὴν ἐντολὴν αὐτοῦ· φαμὲν ὅτι καὶ τοῦτό ἐστιν οὐ μετρίως ὀνησιφόρον. Διατηρεῖ γὰρ καὶ αὐτὸ τοὺς κατορθοῦντας αὐτὸ πρὸς μακραίωνα βίον· κατά γε τὸ παρ' αὐτοῦ τοῦ Σωτῆρος εἰρημένον· « Ἀμὴν, ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ἐάν τις τὸν λόγον μου τηρήσῃ, θάνατον οὐ μὴ ἴδῃ εἰς τὸν αἰῶνα. »

Ἐπ' ὄρος ὑψηλὸν ἀνάβηθι, ὁ εὐαγγελιζόμενος Σιὼν, ὕψωσον τῇ ἰσχύϊ τὴν φωνήν σου, ὁ εὐαγγελιζόμενος Ἱερουσαλήμ· ὑψώσατε, μὴ φοβεῖσθε· εἰπὸν ταῖς πόλεσιν Ἰούδα· Ἰδοὺ ὁ Θεὸς ὑμῶν, ἰδοὺ Κύριος μετὰ ἰσχύος ἔρχεται, καὶ ὁ βραχίων μετὰ κυρείας. Ἰδοὺ ὁ μισθὸς αὐτοῦ μετ' αὐτοῦ, καὶ τὸ ἔργον ἐναντίον αὐτοῦ. Ὡς ποιμὴν ποιμανεῖ C *τὸ ποίμνιον αὐτοῦ, καὶ τῷ βραχίονι αὐτοῦ συνάξει ἄρνας, καὶ ἐν γαστρὶ ἐχούσας παρακαλέσει.*

Τοῖς τὸ θεῖον καὶ σωτήριον ἱερουργοῦσι κήρυγμα, φημὶ δὴ τοῖς ἁγίοις ἀποστόλοις καὶ εὐαγγελισταῖς, ἢ καὶ ἁπαξαπλῶς τοῖς κατὰ καιροὺς τῶν λογικῶν ποιμνίων προεστηκόσι, καὶ μυσταγωγικὸν ἔχουσι τὸ ἐπιτήδευμα, τίνα δὴ τρόπον εἶεν φιλόθεοί τε, καὶ διαβόητοι, καὶ τῆς ἀνωτάτω δόξης ἐπίμεστοι διαδείκνυσιν ἐν τούτοις. Οὐ γάρ τοι προσήκει, φησὶν, εὐαγγελιζόμενον τοῖς ἁπανταχοῦ τὴν δόξαν καὶ τὸ σωτήριον τοῦ Θεοῦ περιδεῶς, καὶ ὑπεσταλμένως, καὶ λανθάνειν σπουδάζοντα τοῦτο δρᾷν· ἀλλ' οἷον ὑψοῦ γεγονότας, καὶ ἅπασιν ὁρωμένους, καὶ ἐν πολλῇ παῤῥησίᾳ καθάπερ ἐν ὄρει πηδήσαντας διαπρυσίῳ τρόπον τινὰ κεχρῆσθαι φωνῇ, καὶ δείματος D ἐλευθέρᾳ. Ὃ δὴ καὶ ὑπάρξαι σφίσιν, αὐτοὶ οἱ θεσπέσιοι μαθηταὶ λιπαροῦντες, ἔφασκον πρὸς τὸν τῶν ὅλων κρατοῦντα Θεόν· Καὶ νῦν, Κύριε, ἔπιδε ἐπὶ τὰς ἀπειλὰς αὐτῶν, δῆλον δὲ ὅτι τῶν Ἰουδαίων, καὶ δὸς τοῖς δούλοις σου μετὰ παῤῥησίας λαλεῖν τὸν λόγον σου. Ὑψώσατε τοίνυν, μὴ φοβεῖσθε, φησίν. Ἀπαγγέλλετε ταῖς πόλεσιν Ἰούδα, Ὁ Θεὸς ὑμῶν, ἰδοὺ Κύριος μετὰ ἰσχύος ἔρχεται, καὶ ὁ βραχίων μετὰ κυρείας. Τὸ δὲ Ἰδοὺ προστιθεὶς, οὐκ εἰς μῆκος ἔξω τῆς ἀφίξεως ἀνατείνεσθαι τὴν ἐλπίδα, ἀλλ' ὅσον οὐδέπω, καὶ μετὰ βραχὺ παρεσόμενον, μᾶλλον δὲ καὶ ἀγχίθυρον ἤδη πως γεγονότα τὸν Λυτρωτὴν

sunt, et sentire velint et agere. Oportet namque eos, qui more sanctorum versari et sinceram præclaramque eligere vitam, et conversationis Christianæ insignia tanquam coronam quamdam sibi redimire volunt, occupationem turbasque quæ in vita accidunt contemnere, gloriamque humanam et temporariam quam longissime projicere, vereque existimare, humana, feno et herbis esse similia, animoque et corde habere Dei verbum, id est, ex Deo et Patre Sermonem. Habitat enim in cordibus nostris per fidem, et divino ejus Spiritu ditati, ipsum in nobis ipsis habemus [80]. Est enim res possessione digna, et æternæ vitæ procuratrix. **508** Permanet enim in æternum, et vivens Dei Sermo conservat et vivificat. Si quis autem velit intelligere verbum Dei, ejus præceptum, et hoc quoque dicimus non mediocrem afferre utilitatem. Conservat enim et illud eos qui recte obeunt, ad vitam beatam, juxta ipsius Servatoris dictum: « Amen, amen dico vobis, si quis sermonem meum custodierit, mortem non videbit in æternum [80*]. »

VERS. 9-11. *Montem excelsum conscende, qui evangelizas Sion, exalta in fortitudine vocem tuam, qui evangelizas Jerusalem, exaltate, nolite timere; dic civitatibus Judæ: Ecce Deus vester, ecce Dominus cum fortitudine venit, et brachium cum dominatione. Ecce merces ejus cum eo, et opus in conspectu ejus. Ut pastor pascet gregem suum, et brachio suo congregabit agnos, et prægnantes consolabitur.*

Ostendit hisce verbis divinam et salutarem prædicationem administrantibus, sanctis, inquam, apostolis et evangelistis, vel etiam, ut semel dicam, his qui temporum successu gregibus præditis ratione præficerentur, et sacrorum mysteriorum curam haberent, quemadmodum Dei amantes, et celebres et pleni summæ gloriæ esse possint. Non enim decet, inquit, qui evangelizant omnibus, undique gloriam et salutem Dei, timide et submisse id facere, quasi qui latere studeant, sed tanquam in excelso positos, et omnibus conspicuos, et magna libertate tanquam in monte exsultantes, clara quodammodo voce, quæ aures penetret uti, et quæ sit metu libera. Quod ut sibi adesset, divini discipuli precabantur, dicentes universorum dominatori Deo: Et nunc, Domine, inspice minas eorum, videlicet Judæorum, et da servis tuis cum fiducia libere loqui sermonem tuum. Tollite igitur, et nolite timere, inquit. Annuntiate civitatibus Judæ: Deus vester, ecce Dominus cum fortitudine venit, et brachium cum dominatione. Cum adjicit illud: Ecce, non in longinquum sinit adventus spem extendi, sed mox et brevi adfuturum, imo jam prope in foribus esse Redemptorem ostendit. Nam jubet eos manum vel-

[80] Ephes. III, 17. [80*] Joan. VIII, 51.

ut extendere, et digito eum qui prænuntiatus est, indicare. Quod autem non ut unus sanctorum prophetarum, nec instar supplicum futurus sit, **509** sed auctoritate Domini, et potentia, et dominatione Deo convenienti præditus, palam ostendit, cum dixit: Cum fortitudine venit, et brachium cum dominatione. Nam divini prophetæ, ut quædam fierent a Deo, et essent suo populo rogabant. At universorum Servator et Dominus, non preces fundens, non precario accipiens quidpiam aut dans, sed ut vere Filius, paterna bona, cum dignitate libero convenienti, credentibus in se distribuit, omniaque et potestate et arbitrio suo est operatus. Quod autem dispensationis hoc mysterium non esset infructuosum ei, qui propter nos noster factus est, et crucem sustinuit, et in ea mortem, ostendit dicens: « Ecce merces cum eo, et opus coram eo, » et mercedem nominat, fructum ex eo quod secundum carnem mortuus sit. Dixit enim: « Amen, amen dico vobis, nisi granum frumenti quod in terram cecidit moriatur, ipsum solum manet. Si moriatur, plus fructus fert [31]. » Et rursus: « Si exaltatus fuero e terra, omnes traham ad meipsum [32]. » Quemadmodum enim Paulus inquit: « Subivit crucem, contempto pudore. Quare et Deus illum evexit, et donavit ei nomen supra omne nomen, ut in nomine Jesu Christi omne genu flectatur, cœlestium, terrestrium et subterraneorum, et omnis lingua confiteatur, quod Dominus Jesus Christus sit ad gloriam Dei Patris [33]; » hoc etiam cum præscivisset divinus David spiritu, psallit, et inquit ad eum: « Omnes gentes quas fecisti venient, et adorabunt in conspectu tuo, Domine [34]. » Itaque non caret mercede, nec infructuosa est hæc dispensatio. At secuti sunt et quasi ob oculos pascentis fuerunt greges sui: et ante oculos ejus qui brachio suo, id est fortitudine, agnos colligit. Nam credentes in ipsum, ut nuper genitæ et recens natæ oves, ad novitatem vitæ instaurati sunt, consecuti videlicet regenerationem e supernis, et per Spiritum. Itaque primum quidem lac illud rationale appetunt, educati infantum more, sed excrescunt in mensuram ætatis plenitudinis Christi. Pasti sunt ergo agni, et quædam fetæ seu prægnantes consolationem acceperunt. Agni enim quasi modo nati et modo orti, intelligi merito possunt gentiles. Prægnantes seu uterum gerentes, dicere possit quis eos, **510** puto, qui suum sermonem jam parturiunt, velut ex legis doctrina ac prophetarum prædicationibus. Servavit enim Christus non solum gentiles, sed etiam prognatos sanguine Israelitico, ad quos etiam dicit se missum esse potissimum. Ili etiam consolationem acceperunt, dum exactam cognitionem hujus mysterii occurrentem quasi et oblatam sibi, fide confirmarent.

A διαδείκνυσι. Χεῖρα γὰρ ὥσπερ προτείνειν αὐτοὺς προστέταχε, καὶ δακτύλῳ φανεροῦν τὸν προηγγελμένον. Ὅτι δὲ οὐ καθ' ἕνα τῶν ἁγίων προφητῶν οὔτε μὴν ἐν μέτροις ἔσται τοῖς ἱκέταις, ἀλλ' ἐν ἐξουσίᾳ δεσποτικῇ, καὶ ἐν δυνάμει τε καὶ κυριότητι τῇ θεοπρεπεστάτῃ, διεσάφησεν εἰπών, « Μετὰ ἰσχύος ἔρχεται, καὶ βραχίων μετὰ κυρείας. » Οἱ μὲν γὰρ θεσπέσιοι προφῆται γενέσθαι τινὰ παρὰ Θεοῦ, καὶ μὴν καὶ ὑπάρξαι τοῖς ὑπὸ χεῖρα λαοῖς παρεκάλουν. Ὁ δέ γε τῶν ὅλων Σωτὴρ καὶ Κύριος, οὐ προσευχὴν ἀνατείνων, οὔτε μὴν ἐξ αἰτήσεώς τι δεχόμενος, καὶ διδοὺς, ἀλλ' ὡς Υἱὸς ἀληθῶς, τὰ ἐκ Πατρὸς ἀγαθὰ μετὰ τῆς ἐλευθέρῳ πρεπούσης ἀξίας διανενέμηκε τοῖς πιστεύσασιν εἰς αὐτὸν, εἰργάζετο δὲ πάντα δυνάμει τε ἰδίᾳ χρώμενος, καὶ μέντοι καὶ ἐξουσίᾳ.

B Ὅτι δὲ τῆς οἰκονομίας τὸ μυστήριον οὐκ ἄκαρπον ἔσται τῷ καθ' ἡμᾶς γενομένῳ, καὶ σταυρὸν ὑπομείναντι, καὶ τὸν ἐν αὐτῷ θάνατον, διαδείκνυσι λέγων· « Ἰδοὺ ὁ μισθὸς μετ' αὐτοῦ, καὶ τὸ ἔργον ἐναντίον αὐτοῦ, » καὶ μισθὸν ὀνομάζει τὸν ἐκ τοῦ κατὰ σάρκα τεθνάναι καρπόν. Ἔφη γάρ, ὅτι « Ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ἐὰν μὴ ὁ κόκκος τοῦ σίτου πεσὼν εἰς τὴν γῆν ἀποθάνῃ, αὐτὸς μόνος μένει. Ἐὰν δὲ ἀποθάνῃ, καρπὸν πλείονα φύει. » Καὶ πάλιν· « Ἐὰν ὑψωθῶ ἐκ γῆς, πάντας ἑλκύσω πρὸς ἐμαυτόν. » Ὡς γὰρ ὁ Παῦλός φησιν· « Ὑπέμεινε σταυρὸν αἰσχύνης καταφρονήσας. Διὸ καὶ ὁ Θεὸς αὐτὸν ὑπερύψωσεν καὶ ἐχαρίσατο αὐτῷ ὄνομα, τὸ ὑπὲρ πᾶν ὄνομα· ἵνα ἐν τῷ ὀνόματι Ἰησοῦ πᾶν γόνυ κάμψῃ, ἐπουρανίων, καὶ ἐπιγείων,

C καὶ καταχθονίων· καὶ πᾶσα γλῶσσα ἐξομολογήσεται ὅτι Ἰησοῦς Χριστὸς εἰς δόξαν Θεοῦ Πατρός· » τοῦτο καὶ ὁ θεσπέσιος Δαβὶδ προεγνωκὼς ἐν πνεύματι ψάλλει καί φησι πρὸς αὐτόν· « Πάντα τὰ ἔθνη ὅσα ἐποίησας ἥξουσι, καὶ προσκυνήσουσιν ἐνώπιόν σου, Κύριε. » Οὐκοῦν οὐκ ἄμισθος οὐδὲ ἄκαρπος ἡ οἰκονομία. Ἠκολούθησε δὲ καὶ γέγονεν ὥσπερ ἐν ὀφθαλμοῖς αὐτοῦ ποιμαίνοντος τὰ ἑαυτοῦ ποίμνια, καὶ τῷ βραχίονι αὐτοῦ, τοῦτ' ἔστι, τῇ ἰσχύϊ συλλέγοντος ἄρνας. Οἱ γὰρ πιστεύσαντες εἰς αὐτὸν ὡς ἀρτιγενῆ, καὶ νεογνὰ πρόβατα πρὸς καινότητα ζωῆς ἀνεκτίσθησαν, λαχόντα δηλονότι τὴν ἄνωθεν, καὶ διὰ τοῦ Πνεύματος ἀναγέννησιν. Τοιγάρτοι τὸ λογικὸν ἐπιποθοῦσι γάλα τρεφόμενα μὲν νηπιοπρεπῶς ἐν ἀρχαῖς, ἀναβαίνοντα δὲ, καὶ εἰς μέτρον ἡλικίας τοῦ πληρώ-

D ματος τοῦ Χριστοῦ. Οὐκοῦν ἐποιμάνθησαν μὲν οἱ ἄρνες, παρακέκληνται δὲ καὶ κυοφοροῦσαί τινες, ἤτοι ἐν γαστρὶ ἔχουσαι. Ἄρνες μὲν γὰρ ὥσπερ ἀρτιφανεῖς, καὶ ἀρτιτόκοι νοοῖντ' ἂν εἰκότως οἱ ἐξ ἐθνῶν. Ἐχούσας γε μὴν ἐν γαστρὶ φαίη τις ἂν τοὺς ἤδη τὸν ἐπ' αὐτῷ λόγον ὠδίνοντας, ὡς ἀπό γε τῶν νομικῶν διδαγμάτων, προφητικῶν κηρυγμάτων. Σέσωκε γὰρ ὁ Χριστὸς, οὐχὶ δὴ μόνους τοὺς ἐξ ἐθνῶν, ἀλλὰ γὰρ καὶ τοὺς ἐξ αἵματος Ἰσραὴλ, πρὸς οὓς δὴ μάλιστα, καὶ ἀπεστάλθαι φησὶν, οἳ καὶ παρακέκληνται βεβαιοῦντες τῇ πίστει τὴν προσδραμοῦσαν ἐν αὐτοῖς τοῦ μυστηρίου γνῶσιν ἀκριβῆ.

VERS. 12-14. *Quis mensus est manu aquam, et*

Τίς ἐμέτρησε τῇ χειρὶ τὸ ὕδωρ, καὶ τὸν οὐρα-

[31] Joan. XII, 24, 25. [32] ibid. 33. [33] Philipp. II, 10, 11. [34] Psal LXXXV, 9.

τὸν σπιθαμῇ, καὶ πᾶσαν τὴν γῆν δρακί; Τίς ἔστησε τὰ ὄρη σταθμῷ, καὶ τὰς νάπας ζυγῷ; Τίς ἔγνω νοῦν Κυρίου, καὶ τίς σύμβουλος αὐτοῦ ἐγένετο, ὃς συμβιβάσει αὐτόν; Ἢ πρὸς τίνα συνεβουλεύσατο, καὶ συνεβίβασεν αὐτόν; Ἢ τίς ἔδειξεν αὐτῷ κρίσιν; ἢ ὁδὸν συνέσεως τίς ἔδειξεν αὐτῷ;

Διὰ τῶν ἀνεφίκτων τε καὶ ἀμηχάνων ἅπασιν ἀνθρώποις, μᾶλλον δὲ τάχα που, καὶ ταῖς ἄνω, καὶ ἐν οὐρανῷ δυνάμεσι πειρᾶται δεικνύειν τῆς ἐν Θεῷ σοφίας τὸ ὑπερτενές τε καὶ ἀκατάληπτον. Τεθαύμασται γὰρ τὸ μυστήριον τοῦ Χριστοῦ, καὶ ἐν ἀποῤῥήτοις ὁρᾶται λόγοις τῆς οἰκονομίας ὁ λόγος. Καί μοι δοκεῖ ταῖς τοῦ Παύλου φωναῖς ἐπὶ καιροῦ κεχρημένον εἰπεῖν· « Ὦ βάθος πλούτου, καὶ σοφίας, καὶ γνώσεως Θεοῦ! ὡς ἀνεξερεύνητα τὰ κρίματα αὐτοῦ, καὶ ἀνεξιχνίαστοι αἱ ὁδοὶ αὐτοῦ! Τίς γὰρ ἔγνω νοῦν Κυρίου; » Ἢ οὐχ ἀδελφὰ τοῖς προκειμένοις ταυτὶ, φαίη τις ἂν καὶ μάλα εἰκότως; Βαθὺ γὰρ βάθος, καὶ ἀκατάληπτον τὸ ἐν τοῖς θείοις σκέμμασι διαφαίνεται. Καὶ ὥσπερ ἐστὶν ἀνεπιτήδευτον παντελῶς καὶ ἀμήχανον ἀνθρωπείᾳ χειρὶ σύμπαν μετρεῖσθαι τὸ ὕδωρ, καὶ σπιθαμῇ τὸν οὐρανὸν, καὶ ἅπασαν δὲ τὴν γῆν δρακὶ, καὶ σταθμῷ, καὶ ζυγῷ τὴν τῶν ὀρῶν ὁλκὴν ὅση τίς ἐστι γενέσθαι καταφανῆ, κατὰ τὸν ἴσον τουτονὶ τρόπον, οὐκ ἄν τις καταλάβῃ τὸν νοῦν Κυρίου. Καὶ πιστώσεται λέγων αὐτὸς δι' ἑνὸς τῶν ἁγίων προφητῶν· « Οὐ γάρ εἰσιν αἱ ὁδοί μου ὥσπερ αἱ ὁδοὶ ὑμῶν, ἀλλ' ὡς ἀπέχει ὁ οὐρανὸς ἀπὸ τῆς γῆς, οὕτως ἀπέχουσιν αἱ ὁδοί μου ἀπὸ τῶν ὁδῶν ὑμῶν, καὶ τὰ διανοήματα ὑμῶν ἀπὸ τῆς διανοίας μου. » Ποίου γὰρ, φησὶν, ἐδεήθην ποτὲ τοῦ συμβουλεύοντος ἢ συμβιβάζοντος, ἢ δεικνύοντος αὐτῷ κρίσιν, τοῦτ' ἔστιν, τὴν δικαιοσύνην, ἤτοι δικαιοκρισίαν, ἢ συνέσεως ὁδόν. Εἰ γὰρ αὐτόχρημα σοφία τυγχάνει, καὶ αὐτὸς σοφοῖ πάντα νοῦν, καὶ φωτός ἐστι τοῦ κατὰ σύνεσιν τῇ λογικῇ κτίσει χορηγός· πῶς ἂν ἑτέρου δέοιτ' ἂν, ἢ κατὰ τίνα τρόπον ὅπερ ἂν βουλεύσαιτο, διαμωμήσαιτ' ἄν τις; Ὅτι δὲ ἐντεῦθεν ὄφελος μέγα τοῖς ἀκροωμένοις ὁ προφήτης ἐνεργάζεται. Ἤδη γάρ τινες τῶν ἀπίστων ἔτι κατατολμῶσι λέγειν· Τί γὰρ ἔδει καθ' ἡμᾶς γενέσθαι τὸν τοῦ Θεοῦ Λόγον, καὶ σαρκὸς ἀνέχεσθαι, καὶ ῥύπον τὸν ἐξ αὐτῆς, διασῶσαι θελήσαντα τοὺς ἐπὶ γῆς, καίτοι κατανεῦσαί φησι χαλεπὸν οὐδὲν ὡς Θεὸς κατορθῶσαί τε τὸ δοκοῦν. Εἶτα πῶς οὐκ εἰκῇ γέγονεν ἄνθρωπος; Καὶ δι' ἐκτόπων ἐννοιῶν περιστάντες ἀνοσίως εἰς τὸ ἀκαλλὲς τὴν οἰκονομίαν, τῇ τοῦ μυστηρίου μάχονται δόξῃ. Ἀνακόπτει τοίνυν αὐτῶν τὰς ἀσυνέτους κενοβουλίας ὁ προφήτης ἐν τούτοις· καὶ ἀκατάληπτον εἶναί φησι τὴν ἐν Θεῷ σοφίαν, καὶ τὸν ἐν αὐτῷ νοῦν, εἰ καὶ ἔστιν αὐτόχρημα σοφία καὶ νοῦς ὁ ὑπερτάτω τε καὶ ἀκραιφνέστατος, ἵνα λοιπὸν καὶ ἀπαράδεκτος ἦν, μᾶλλον δ' ἂν γελῷτο δικαίως τῶν ἀπίστων ὁ λόγος, ἐπιτιμᾷν, οὐκ οἶδ' ὅπως, τῇ μετὰ σαρκὸς οἰκονομίᾳ τοῦ Μονογενοῦς οὐκ εὖ γενομένῃ τετολμηκότων. Δοκεῖ δέ τισι· Τίς ἐμέτρησε τῇ χειρὶ τὸ ὕδωρ, καὶ τὸν οὐρανὸν σπιθαμῇ,

A *cœlum palmo, et omnem terram pugno? Quis appendit montes pondere, et rupes statera? Quis cognovit mentem Domini, et quis consiliarius ejus fuit, qui instruet eum? Aut quem consuluit, et instruxit eum? Aut quis ostendit ei judicium? aut viam intelligentiæ quis monstravit?*

Ex his quæ nullus mortalium assequi potest et præstare, imo fortassis nec supernæ cœlestesque potestates, conatur ostendere præstantem et incomprehensam vim divinæ sapientiæ. Admirabile est enim Christi mysterium, et inter arcana recensetur hic sermo de providentia et dispensatione. Et mihi videtur tempestive utendum Pauli verbis: « O profunditatem divitiarum, et sapientiæ, et cognitionis B Dei! quam inscrutabilia sunt judicia ejus, et impervestigabiles viæ ejus! Quis enim cognovit mentem Domini [55]? » Annon hæc licet merito dicere cognata esse his quæ proponuntur? Alta enim est profunditas, et incomprehensa videtur divinarum rerum consideratio. Et quemadmodum nullo studio, nulla arte fieri potest ut humana quis manu universam aquam, et palmo cœlum, omnemque terram pugno metiatur, et pondere ac statera montium tractum quantus sit perviderit: ad eumdem plane modum nemo poterit mentem Domini comprehendere. Huic rei faciet ipse fidem, cum ait per quemdam e sanctis prophetis: « Non enim sunt viæ meæ ut viæ vestræ, sed ut distat cœlum a terra, sic distant viæ C meæ a viis vestris, et cogitationes vestræ a cogitatione mea [55*]. » Quo enim egebam, inquit, consulente, aut instruente, aut ostendente judicium, id est, justitiam, vel justum judicium, vel intelligentiæ viam? Si enim reipsa sapientia sit, et ipse omnem mentem reddat sapientem, si et lucem intelligentiæ, creaturæ rationi participi subministret, qui opus habeat alio? **511** vel quomodo possit reprehendere quispiam, quod ille capit, consilium? Quantam igitur utilitatem hinc auditoribus propheta comparat! Jam enim quidam infideles audent etiamnum dicere: Quid enim oportebat Dei Verbum more nostro nasci, et carnem induere ejusque sordes, ut terræ incolas servaret: quandoquidem nihil sit ipsi, ut ait, difficile annuere, et possit quod D vult, ut Deus, perficere? Deinde annon frustra factus est homo? Ita dum monstrosis sententiis hanc dispensationem impie deformant ac dedecorant, mysterii gloriæ ac majestati repugnant. Amputat igitur propheta his verbis stultas ac inanes cogitationes, et comprehendi non posse dicit divinam sapientiam, ac mentem, quamvis sit revera sapientia ipsa ac mens, summa et sincerissima, ita ut deinceps non sit probabilis, imo ridicula sit jure, infidelium oratio, qui ausi sunt, nescio quomodo, dispensationem Unigeniti in carne tanquam non recte factam calumniari. Placet autem quibusdam illud: Quis mensus est manu aquam, et cœlum

[55] Rom. xi, 33. 34. [55*] Isa. lv, 8 10.

palmo, et quæ sequuntur, accommodare omnium dominatori Deo, ut qui possit et aquam metiri, et cœlum et terram, et montes et rupes, et omnium etiam inaccessorum cognitionem habeat, et omne quod factum est apprehendat, et quidquid est in creaturis, magnum, tumidum, immensum, et multum, nihil existimet [56]. Hoc si quis velit intelligere, nihil offendet.

TOMUS V.

VERS. 15-21. *Si omnes gentes velut stilla e situla, et velut momentum stateræ reputatæ sunt, et quasi saliva reputabuntur. Libanus quoque non sufficit ad combustionem, et omnia quadrupedia non sufficiunt ad holocaustum, et omnes gentes nihil sunt, et quasi nihil reputatæ sunt. Cum quo comparastis Dominum? cui similitudini assimilastis eum? Nunquid imaginem fecit faber, aut auri fusor conflans aurum, inauravit eam? Lignum enim* **512** *quod non putrescit eligit faber, et sapienter quærit quomodo statuat eam imaginem, ut non moveatur. Nonne scietis? nonne audietis? annon annuntiatum est ab initio vobis? nonne cognovistis fundamenta terræ?*

Dispensationem ac ministerium Unigeniti in carne propheticus sermo nobis commemoravit, et abunde admiratus est arcanam sapientiam, qua etiam servati sumus, et natura ac vere Dominum agnoscentes, gratia ipsius digni habiti sumus, congregati, velut agni, brachio ipsius, et illi subditi tanquam pastori optimo: posuit enim animam pro ovibus suis. Et cum fieri non posse ostenderit ut ejus mentem perspiciamus et emetiamur, confessusque fuerit eum esse summam sapientiam, et supra omnia: introducit necessario eum ad gentes, sive ad eos qui creaturam supra Creatorem adorant, sermones habentem, et ab inveterato, et a majoribus et a patribus tradito errore abducentem, et ad meliora traducentem, et ad cognitionem dignam hominibus reducentem. Demonstrat ergo Dei omnium dominatoris immensam præstantiam, et magnificentiæ ipsius excellentem dignitatem, omniaque præ illo exigua esse, et perinde ac nihil haberi: quantum quidem, inquam, attinet ad potentiæ et gloriæ ipsius celsitudinem. Hinc ait: Siquidem omnes gentes ut stilla e situla, et ut momentum stateræ reputatæ sunt, et ut saliva reputabuntur [57]. Exigua namque sunt hæc, et nullius omnino pretii. Nam quid est stilla una decidens e situla? Quid momentum stateræ, redigens ad æquabilitatem id quod videtur esse minus? Aut quid saliva, id est, sputum humanum? Sed nec suffecerit, inquit, ei Libanus ad combustionem, vel in holocaustum omnia quadrupedia [58]. Sunt enim plane contemptibilia ejusmodi: et si omnia ad holocaustum adducantur ei, etiam illa præ divina ma-

[56] Isa. XL, 12 seqq. [57] ibid., 15. [58] ibid., 16.

καὶ τὰ ἑξῆς, ἐφαρμόττειν τῷ πάντων κρατοῦντι Θεῷ, ὡς δυναμένῳ καὶ ὕδωρ ἐκμετρεῖν, οὐρανόν τε καὶ γῆν, ὄρη τε καὶ νάπας, καὶ πάντων ἀπαξαπλῶς ἔχοντι γνῶσιν, καὶ τῶν ἀνεφίκτων, καταδραττομένῳ τε παντὸς τοῦ γεγονότος, καὶ ὡς οὐδὲν ἔχοντι τὰ ἐν μεγέθει τε καὶ ὄγκῳ τοσούτῳ τῶν κτισμάτων καὶ τὰ ἐν ἀμετρήτῳ πληθύϊ νοούμενα. Τό γε δὴ χρῆναι νοεῖν οὕτως εἴ γέ τις ἕλοιτο, τυχὸν ἀδικήσειεν ἂν οὐδέν.

ΤΟΜΟΣ Ε'.

Εἰ πάντα τὰ ἔθνη ὡς σταγὼν ἀπὸ κάδου, καὶ ὡς ῥοπὴ ζυγοῦ ἐλογίσθησαν, καὶ ὡς σίελος λογισθήσεται; Ὁ δὲ Λίβανος οὐχ ἱκανὸς εἰς καῦσιν, καὶ πάντα τὰ τετράποδα οὐχ ἱκανὰ εἰς ὁλοκάρπωσιν, καὶ πάντα τὰ ἔθνη εἰς οὐδέν εἰσι, καὶ ὡς οὐδὲν ἐλογίσθησαν. Τίνι ὡμοιώσατε Κύριον, καὶ τίνι ὁμοιώματι ὡμοιώσατε αὐτόν; Μὴ εἰκόνα ἐποίησε τέκτων, ἢ χρυσοχόος χωνεύσας χρυσίον περιεχρύσωσεν αὐτόν; Ξύλον γὰρ ἄσηπτον ἐκλέγεται τέκτων, καὶ σοφῶς ζητεῖ πῶς στήσει αὐτοῦ εἰκόνα, ἵνα μὴ σαλεύηται. Οὐ γνώσεσθε; οὐκ ἀκούετε; οὐκ ἀνηγγέλη ἐξ ἀρχῆς ὑμῖν; οὐκ ἔγνωτε τὰ θεμέλια τῆς γῆς;

Τῆς μετὰ σαρκὸς οἰκονομίας τοῦ Μονογενοῦς ὁ προφητικὸς ἡμῖν διαμνημονεύσας λόγος, καὶ ἀποχρώντως καταθαυμάσας τὴν ἀπόῤῥητον σοφίαν, δι' ἧς καὶ σεσώσμεθα, καὶ τὸν φύσει τε καὶ ἀληθῶς Δεσπότην ἐπεγνωκότες, τῆς παρ' αὐτοῦ χάριτος ἠξιώμεθα, συνηγηγερμένοι μὲν ὡς ἄρνες τῷ βραχίονι αὐτοῦ, γεγονότες δὲ καὶ ὑπ' αὐτῷ καθάπερ ὑπὸ ποιμένι τῷ λίαν ἀγαθῷ· τέθεικε γὰρ τὴν ψυχὴν ὑπὲρ τῶν ἑαυτοῦ προβάτων. Καὶ μὴν καὶ ἀνέφικτον ἀποφήνας τοῦ δύνασθαι κατιδεῖν, ἤγουν ἀναμετρῆσαι τυχὸν τὸν νοῦν, σοφίαν τε τὴν ἀνωτάτω καὶ πάντων ἐπέκεινα διωμολογηκὼς αὐτὸν, εἰσκεκόμικεν ἀναγκαίως τὸν πρός γε τοὺς ἐξ ἐθνῶν, ἤγουν ἔτι προσκυνοῦντας τῇ κτίσει παρὰ τὸν κτίσαντα, ποιούμενον λόγους, καὶ ἀποκομίζοντα μὲν τῆς ἀρχαίας, καὶ προγονικῆς, καὶ πατροπαραδότου πλάνης, μεθιστάντα δὲ πρὸς τὰ βελτίω καὶ πρὸς γνῶσιν ἀνακομίζοντα τὴν ἀνθρωποπρεπῆ. Καταδείκνυσι τοίνυν τοῦ πάντων κρατοῦντος Θεοῦ τὴν ἀμέτρητον ὑπεροχὴν, καὶ τῆς ἐνούσης αὐτῷ μεγαλοπρεπείας τὸ ὑπερφερὲς ἀξίωμα, καὶ ὅτι πάντα αὐτῷ σμικρὰ, καὶ ἐν ἴσῳ τοῦ μηδενὸς καταλογισθεῖεν ἂν ὡς πρός γε, φημὶ, τῆς ἐνούσης αὐτῷ δυνάμεώς τε καὶ δόξης τὸ ὑπερτενές. Ταύτητοί φησιν· Εἰ πάντα τὰ ἔθνη ὡς σταγὼν ἀπὸ κάδδου, καὶ ὡς ῥοπὴ ζυγοῦ ἐλογίσθησαν, καὶ ὡς σίελος λογισθήσονται. Μικρὰ δὲ ταυτὶ καὶ τοῦ μηδενὸς ἄξια παντελῶς. Τί γὰρ μία καταφερομένη σταγὼν ἀπὸ κάδδου; Τί δ' ἂν εἴη καὶ ζυγοῦ ῥοπὴ, πρὸς ἰσότητα φέρουσα τὸ ἡττῆσθαι δοκοῦν; Τί δὲ καὶ σίελος, τοῦτ' ἔστι, πτύσμα τὸ ἀνθρώπινον; Ἀλλ' οὐδὲν ἀρκέσειεν αὐτῷ, φησὶν, ὁ Λίβανος εἰς καῦσιν, ἢ εἰς ὁλοκάρπωσιν πάντα τὰ τετράποδα. Εὐκαταφρόνητα δὲ τὰ τοιάδε παντελῶς· κἂν εἰ πάντα προσκομίζοιτο πρὸς ὁλοκάρπωσιν αὐτῷ,

καὶ αὐτὰ τῆς τοῦ Θεοῦ δόξης ἐῤῥίφθω κατόπιν. Καὶ εἰ πάντα τὰ ἔθνη, φησὶν, ὡς οὐδέν εἰσιν, καὶ ὡς οὐδὲν ἐλογίσθησαν, τίνι ὁμοιώματι ὡμοιώσατε αὐτόν; Τί γὰρ ἔσται τὸ εἰκὸς αὐτῷ, καὶ ἰσοστατοῦν, ἢ εἰς φύσιν, ἢ εἰς ὁλκὴν, ἢ καὶ εἰς εὐκλείας λόγον; Ἆρα γὰρ μὴ τέκτονος τέχναις, καὶ ξυλουργοῦ ἐμπειρίαις; ἄρα χρυσοχόων, ἢ καὶ ὡς ἐν εἰκόνι μεμόρφωται πρὸς ὁτιοῦν τῶν κτισμάτων; ἤγουν ἐποιήθη, φησὶν, ἀνδροειδὲς ἄγαλμα; Οὐμενοῦν. Οὐ γὰρ ἂν γένοιτό τι τὸ ἴσον αὐτῷ. Θεὸς γὰρ ὑπάρχων φύσει, καὶ κατ' αὐτὸν οὐκ ὄντος ἑτέρου, πάντα που πάντως καὶ ὑπερκείσεται. Ἀποφήνας δὴ οὖν παντὸς ἐπέκεινα τοῦ πεποιημένου καὶ κεκλημένου πρὸς γένεσιν, διαγελᾷ μετὰ τοῦτο τὴν εἰδώλων ποίησιν, καί φησιν, ὅτι Ξύλον ἄσηπτον ἐκλέγεται τέκτων, καὶ σοφῶς ζητεῖ, πῶς στήσει αὐτοῦ εἰκόνα, ἵνα μὴ σαλεύηται· ὥστε τῆς B τοῦ τέκτονος ἐμπειρίας εἴη ἂν, τὸ, τοῖς πλανωμένοις κατά γε τὸ μέτρον τῆς ἐνούσης συνέσεως αὐτῷ, κατασκευάσαι θεὸν κατὰ τὸ αὐτοῖς δοκοῦν, καὶ διὰ πλείστης ἀσφαλείας ἐπικουρούμενον, ἵνα μὴ σαλεύηται καὶ συνθραύηται πεσόν. Ἦσαν οὖν ἄρα θεῶν ἐν σπάνει, οἱ τῶν εἰδώλων προσκυνηταὶ, τεκτονικῆς ἐμπειρίας οὐκ οὔσης ἐπὶ τῆς γῆς· ἀλλ' οὐδ' ἂν ἐσώζοντο τὰ γεγονότα χειροποίητα, εἰ μὴ σοφῶς ἐζήτησεν ὁ τεχνουργὸς τὰ δι' ὧν ἂν ἑστάναι δύναιντο, καὶ ἀκλόνητον ἔχειν τὴν ἕδραν. Φαίη δ' ἂν, οἶμαι, τὶς, καὶ σφόδρα εἰκότως τὸ διὰ φωνῆς τοῦ Δαβίδ· « Τὰ εἴδωλα τῶν ἐθνῶν ἀργύριον, καὶ χρυσίον, ἔργα χειρῶν ἀνθρώπων. » Προσεπάγει δὲ τούτοις· « Ὅμοιοι αὐτῶν γένοιντο πάντες οἱ ποιοῦντες αὐτὰ, καὶ πάντες οἱ πεποιθότες ἐπ' αὐτοῖς. » Διαγελάσας τοίνυν τὴν εἰδώλων C κατασκευὴν, μεθίστησι τὸν λόγον ὡς ἐντροπήν τε καὶ ἐπανόρθωσιν τῶν πεπλανημένων, καὶ ἀπροφάσιστον αὐτοῖς τὸ ἐπὶ τούτῳ πλημμελὲς ἀποφαίνει λέγων· Οὐ γνώσεσθε; οὐκ ἀκούσεσθε; ἀντὶ τοῦ, οὐκ ἔγνωτε; οὐκ ἠκούσατε; οὐκ ἀνηγγέλη ἐξ ἀρχῆς ὑμῖν; οὐκ ἔγνωτε τὰ θεμέλια τῆς γῆς; Θεμέλια δὲ τῆς γῆς τελευταῖά τε καὶ ἄκρα φησὶν αὐτῆς. Ἔγνωτε δὴ οὖν, φησὶν, οἱ ἐκ περάτων εἰς πέρατα. Ἠκούσατε, καὶ ἀνηγγέλη ὑμῖν ἐξ ἀρχῆς. Ἀνηγγέλη δὲ τί; Ὅτι Θεὸς μὲν ὁ φύσει καὶ ἀληθῶς, εἷς γέ ἐστι καὶ μόνος· ξύλα δὲ καὶ λίθοι, καὶ ἕτερον οὐδὲν, τὰ δι' ἀνθρώπων ἡμῖν εἰς θεοὺς τεχνουργούμενα. Οὐ γὰρ σεσίγηκεν ἡ θεόπνευστος Γραφή· ἄνωθεν δὲ μᾶλλον ἡ τῆς ἀληθείας κεκήρυκται γνῶσις, διὰ πατριαρχῶν, διὰ νόμου καὶ προφητῶν. Οὐ γὰρ ὅτε καθ' ἡμᾶς γενόμενος ὁ τοῦ Θεοῦ D μονογενὴς Λόγος, ἄνθρωπος ἐπέλαμψεν τοῖς ἐπὶ τῆς γῆς· τότε καὶ πρῶτον ἐν ταῖς ἐσχάταις διαβολαῖς τοῦ πλανᾶσθαι γέγονεν. Ἀλλ' ἦν ἀρχαῖον, ὡς ἔφην, τῆς εἰδωλολατρίας τὸ κατηγόρημα. Οὐ γὰρ διαλέλοιπεν ὁ τῶν ἁγίων χορὸς κακύνων αὐτὴν, καὶ βδελυρὰν ἀποφαίνων, καὶ τὸν τῶν ὅλων Δημιουργὸν καὶ Κύριον ἐναργῆ καθιστάς.

Ὁ κατέχων τὸν γῦρον τῆς γῆς, καὶ οἱ κατοικοῦντες ἐν αὐτῇ ὡς ἀκρίδες. Ὁ στήσας ὡς καμάραν τὸν οὐρανὸν, καὶ διαπήξας ὡς σκηνὴν τοῦ κατοικεῖν.

A jestate a tergo projicerentur. Siquidem omnes, inquit, gentes, quasi nihil sunt, et quasi pro nihilo habitæ sunt. Cui similitudini similem fecistis eum? Quid enim erit ei simile, et æquipollens, seu naturæ, seu ponderis, seu nobilitatis ratione? Num enim arte fabri, et lignarii, num auri fusorum peritia formatus est **513** in effigiem alicujus creaturæ [59]? An, inquit, effictus est humana imago? Minime. Nihil enim quidquam ei æquari potest. Deus enim cum sit natura, et quia ex se aliud non exstitit, omnibus omnino erit superior. Cum itaque ostenderit, supra omne esse quod factum est et quod genitum est, deridet post hæc idolorum effictionem, et inquit: Lignum quod non putrescit, eligit faber, et sapienter quærit quomodo statuat ejus simulacrum, ne moveatur: quasi sit fabri peritiæ, hominibus istis errore seductis, deum fabricari pro mensura et modulo cognitionis suæ, ex animi eorum sententia: ut ita securo ac tuto muniatur præsidio, ne moveatur: neve, cum ceciderit, confringatur. Habuerunt igitur paucos deos idolorum cultores, cum in terra fabricale ædificium non vigeret: neque servata essent ea quæ erant manufacta, si artifex sapienter non quæsivisset unde consistere poterant, sedemque habere immotam. Licet autem, opinor, non abs re illud voce Davidis dicere: « Idola gentium argentum et aurum, opera manuum hominum. » Quibus adjungit: « Similes illis fiant omnes qui faciunt ea, et omnes qui confidunt illis [60]. » Cum irriserit igitur idolorum fabricationem, sermonem transfert, ut pudefaciat et corrigat errantes, et peccatum eorum in hoc declarat esse inexcusabile, cum dicit: Nonne scietis? nonne audietis? pro, annon cognovistis? annon audivistis? annon est annuntiatum ab initio vobis? annon cognovistis fundamenta terræ [61]? Fundamenta terræ, ultimas et extremas ejus partes vocat. Cognovistis igitur, inquit, a finibus usque ad fines. Audivistis, et annuntiatum est vobis ab initio. Quid est annuntiatum? Deum, inquit, natura et vere unum esse et solum; humana vero opera de diis, ligna et lapides esse, ac præterea nihil. Nec enim tacuit Scriptura divinitus inspirata, imo veritatis potius cognitio e supernis per patriarchas, per legem et prophetas confirmata est. Non enim quando nobiscum factus homo unigenitum Dei Verbum illuxit terræ incolis, tunc primum errorem perstrinxit, sed erat, uti dixi, vetus hæc accusatio idololatriæ. Non enim destitit sanctorum chorus eam exagitare, et exsecrabilem reddere, universorumque Opificem et Dominum patefacere.

514 VERS. 22. *Qui continet circulum terræ, et qui habitant in ea, quasi locustæ. Qui statuit quasi fornicem cœlum, et fixit quasi tabernaculum ad inhabitandum.*

[59] Isa. XL, 17 seqq. [60] Psal. CXIII, 8, 16. [61] Isa. XL, 23.

A Ex pulchritudine creaturarum perspicitur ratione quadam et analogia eorum architectator, ab his qui sana mente sunt. Licet enim sapientibus pervidere, idque facillime, quisnam sit et quantus hujus universitatis effector et artifex, velut ab hac præstantia, et administratione inexplicabili et divina, per quam hæc creatura, cum non esset, facta est, et facta conservatur, et potentia effectoris, ut bene sit et consistat, continetur. Cui enim comparari potest? inquit Dominus. Annon superat ille omnem mentem, qui solus universam terram manu comprehendit, qui eam ita ut pulchre solidata sit continet, quique cœlum in ea quasi fornicem bene firmavit, et more tabernaculi expandit, ita ut inhabitent eam, scilicet
B propter quos facta est? Quemadmodum enim ipse propheta ait: Non incassum fecit eam, sed ad inhabitandum. An ergo, inquit, apud Deum magna est hæc habitantium in terra multitudo, quantumvis immensa? Nequaquam. Nam præ divina magnificentia et excellentia, sunt quasi locustæ. Vel etiam alio modo. Continet enim orbem terræ, id est, omnem ejus circulum, et præ ipso nihil sunt qui eam incolunt, quantumvis instar locustarum gregatim in ea pascant, et omnem numerum transeant. Est autem hoc admirabile et magnum ad omnipotentis Dei celebrationem ac commendationem.

VERS. 23, 24. *Qui reddit principes ut nihil re-*
C *gant, et terram quasi in nihilum redegit. Non enim plantabunt, non serent, nec radices aget in terra radix eorum. Spiravit in eos ventus, et exaruerunt, et procella velut stipulas eos colliget.*

Solebant hi qui errore decepti erant, quique hunc natura ac vere Deum ignorarunt, non modo dæmonum greges adorare, et ligno dicere: Deus meus es tu, et lapidi: Tu genuisti me [42]: sed etiam homines insignes in terra factos, inconsideratissime deos facere. Nimirum Senacherim reversus ex Judæa in terram suam, adorare dicitur patrarchum suum. Obtulerunt enim etiam mortuis sacrificia, et heroas vocant eos, deosque nuncuparunt. **515** Par itaque erat, cum multitu-
D dinem idolorum aperte traduxisset, et ad hunc quoque devenire sermonem, et fidem facere errantibus, ut humana pro nihilo ducant. Quin etiam si quidam in terra illustres et mirabiles exstiterint olim, vel soliis summis ac regiis eminentes, vel alio quopiam honoris privilegio illis temporibus digni habiti fuerint, nullo tamen modo eos esse deos existiment: imo potius cogitent, hoc ipsum imperare posse aliquibus, non aliunde nisi a Deo datum esse. Et quod res sit apud Deum omnipotentem haudquaquam difficilis, ostendit dilucide cum dicit, principes ab ipso reddi ut nihil regant. Amplificat adhuc, et inquit: Terram

[42] Jer. II, 27.

Ἀπὸ καλλονῆς κτισμάτων ἀναλόγως ὁ γενεσιουργὸς αὐτῶν θεωρεῖται, παρά γε τοῖς οὖσιν ἐν καλῷ φρενός. Ἔνεστι γὰρ δὴ τοῖς σοφοῖς τὸ κατιδεῖν δύνασθαι, καὶ μάλα ῥᾳδίως, τίς δὴ ἄρα, καὶ πόσος ἐστὶν ὁ τοῦδε τοῦ παντὸς ποιητὴς καὶ τεχνίτης, ὡς ἀπό γε τῆς ὑπεροχῆς καὶ τῆς ἀῤῥήτου καὶ θεοπρεποῦς οἰκονομίας, καθ' ἣν ἡ κτίσις οὐκ οὖσα γέγονε, καὶ γενομένη σώζεται, τῇ τοῦ πεποιηκότος ἰσχύϊ πρὸς τὸ εὖ εἶναι καὶ συνεστάναι συνεχομένη. Τίνι γὰρ ἂν ὁμοιωθείη; φησὶν ὁ Κύριος. Πῶς δὲ οὐχ ὑπὲρ πάντα νοῦν ὁ μόνος τῇ χειρὶ δραττόμενος ἁπάσης τῆς γῆς, καὶ συνέχων αὐτὴν πρὸς τὸ ἐρηρεῖσθαι καλῶς, καὶ οἷά τινα καμάραν ἐπανορθώσας αὐτῇ τὸν οὐρανὸν, καὶ ἐν τρόπῳ σκηνῆς διατείνας, ὥστε κατοικεῖν ἐν αὐτῇ τοὺς δι' οὓς δηλονότι καὶ γέγονεν; Ὡς γὰρ αὐτός πού φησιν ὁ προφήτης· Οὐκ εἰς κενὸν ἐποίησεν αὐτὴν, ἀλλὰ κατοικεῖσθαι. Ἆρ' οὖν πολὺ πρὸς Θεὸν, φησὶ, καίτοι ἀμέτρητος οὖσα τῶν ἐν γῇ κατοικούντων ἡ πληθύς; οὐδαμῶς. Ὡς γάρ τοι πρὸς τὴν τοῦ Θεοῦ μεγαλειότητα καὶ ὑπεροχὴν εἶεν ἂν ὡς ἀκρίδες. Ἢ καὶ καθ' ἕτερον τρόπον. Κατέχει γὰρ τὸν γῦρον τῆς γῆς, τοῦτ' ἔστιν, ἅπαντα τὸν κύκλον αὐτῆς, καὶ οὐδὲν πρὸς αὐτὸν οἱ κατοικοῦντες αὐτὴν, καίτοι δίκην ἀκρίδων ἀγεληδὸν ἐν αὐτῇ καταβοσκόμενοι, καὶ ἀριθμοῦ παντὸς ἰόντες ἐπέκεινα. Θαυμαστὸν δὲ καὶ τοῦτο, καὶ μέγα πρὸς εὐφημίαν τοῦ πάντα ἰσχύοντος Θεοῦ.

Ὁ διδοὺς ἄρχοντας εἰς οὐδὲν ἄρχειν, τὴν δὲ γῆν ὡς οὐδὲν ἐποίησεν. Οὐ γὰρ μὴ σπείρωσιν, οὐδ' οὐ μὴ φυτεύσωσιν, οὐδ' οὐ μὴ ῥιζωθῇ εἰς τὴν γῆν ἡ ῥίζα αὐτῶν. Ἔπνευσεν ἐπ' αὐτοὺς ἄνεμος, καὶ ἐξηράνθησαν, καὶ καταιγὶς ὡς φρύγανα ἀναλήψεται αὐτούς.

Ἔθος τοῖς πεπλανημένοις, καὶ οὐκ εἰδόσι Θεὸν τὸν φύσει καὶ ἀληθῶς, οὐχὶ δὴ μόναις ταῖς τῶν δαιμόνων ἀγέλαις προσκυνεῖν, καὶ τῷ ξύλῳ λέγειν· Θεός μου εἶ σύ, καὶ τῷ λίθῳ, Σὺ ἐγέννησάς με, ἀλλὰ γὰρ καὶ ἀνθρώπους ἐπισήμους γεγονότας ἐπὶ τῆς γῆς ἀβουλότατα θεοποιεῖν. Καὶ γοῦν ὁ Σεναχηρεὶμ ὑπονοστήσας ἐκ τῆς Ἰουδαίας εἰς τὴν ἑαυτοῦ, προσκυνεῖν ἐλέγετο τὸν πάτραρχον αὐτοῦ. Προσεκόμιζον γὰρ καὶ τοῖς τεθνεῶσι θυσίας, ἥρωάς τε καλοῦντες αὐτοὺς ἀπεγράφοντο θεούς. Ἔδει τοίνυν διαβεβλημένης ἐναργῶς τῆς τῶν εἰδώλων πληθύος, καὶ ἐπ' αὐτὸν δὴ τοῦτον χωρῆσαι τὸν λόγον, ἀναπεῖσαι τοὺς πεπλανημένους οὐδὲν παντελῶς ἡγεῖσθαι τὰ ἀνθρώπινα· ἀλλὰ γὰρ κἂν εἴ τινες τῶν ἐπὶ τῆς γῆς λαμπροί τε καὶ ἀξιάγαστοι γεγόνασι κατὰ καιροὺς, ἢ θώκοις ἐμπρέποντες τοῖς ἀνωτάτω, καὶ βασιλικοῖς, ἤγουν ἑτέρας ὑπεροχῆς ἠξιωμένοι κατὰ καιροὺς, κατὰ μηδένα τρόπον οἴεσθαι θεοὺς ὑπάρχειν αὐτοὺς, ἐννοεῖν δὲ μᾶλλον ὅτι, καὶ τὸ δύνασθαι, καὶ τὸ ἄρχειν τισὶν εἴη ἂν οὐχ ἑτέρωθεν πλὴν ὅτι παρὰ Θεοῦ δοτόν. Καὶ ὅτι τὸ χρῆμα δυσχερείας ἁπάσης ἀπηλλαγμένον ἐστὶ παρά γε τῷ πάντα ἰσχύοντι Θεῷ, διαδείκνυσιν ἐναργῶς, οὐδὲν τοὺς ἄρχοντας εἰς τὸ ἄρχειν δίδοσθαι λέ-

γων παρ' αὐτοῦ. Ἀνάγει δὲ καὶ ἐπὶ τὸ μεῖζον ἔτι A καὶ φησι, Τὴν γῆν ὡς οὐδὲν ἐποίησεν. Ὅτι δὲ ἐν ἐξουσίᾳ κεῖται τῇ παρὰ Θεοῦ τὸ καὶ σώζεσθαί τινα μνήμην, ἢ μὴ, τῶν γεγονότων ἐν γῇ λαμπρῶν τε καὶ ἐπισήμων, ἀποφαίνει λέγων· Οὐ γὰρ μὴ σπείρωσιν, οὐδ' οὐ μὴ φυτεύσωσιν. Εἰ μὴ γὰρ βούλοιτο, δηλονότι Θεὸς, οὐδένα, φησὶν, ἕξουσιν ἐν γῇ καρπὸν, ἀλλ' οὐδὲ ῥίζαν ἢ μνήμην, ἀλλ' οἷον ἀνέμου κατενεχθέντος ἐπ' αὐτοὺς βαδιοῦνται πρὸς τὸ μηδὲν, φρυγάνοις ἐν ἴσῳ. Πάντα γὰρ τὰ ἀνθρώπινα μικρὰ καὶ εὐδιαῤῥίπιστα, καὶ εὐανάτρεπτα παντελῶς, καὶ πόαις ἐν ἴσῳ καταμαραίνεται. Προσκυνητέον οὖν ἄρα Θεῷ δὴ μόνῳ τῷ κατὰ φύσιν καὶ ἀληθῶς, καὶ λόγος ἔστω μηδεὶς τῶν ἐξ ἐπιστήμης τεκτόνων ἐξευρημένων, μήτε μὴν ἀνθρώπων οἷς ἐπεγράφη πρός τινων τὸ θεῶν ὄνομα. Νεκρολατρεία γὰρ τοῦτο, καὶ ἕτερον οὐδέν. B

Νῦν οὖν τίνι με ὡμοιώσατε; καὶ εἶπεν, Ὑψωθήσομαι, ὁ Ἅγιος. Ἀναβλέψατε εἰς ὕψος τοὺς ὀφθαλμοὺς ὑμῶν, καὶ ἴδετε τίς κατέδειξε ταῦτα πάντα· ὁ ἐκφέρων κατὰ ἀριθμὸν τὸν κόσμον αὐτοῦ, πάντας ἐπ' ὀνόματι καλέσει ἀπὸ πολλῆς δόξης, καὶ ἐν κράτει ἰσχύος οὐδέν σε ἔλαθεν.

Ὁ πάνσοφος Παῦλος κατακέκραγεν εἰκότως τῆς τῶν πλανωμένων ἀμαθίας, καὶ τῆς τῶν εἰδωλολατρούντων πληθύος δικαιοτάτην ποιεῖται τὴν καταβολήν. Ἐξὸν γὰρ αὐτοῖς καὶ ἐξ αὐτῆς τῆς κτίσεως τὸν τῶν ὅλων εἰδέναι γενεσιουργὸν καὶ τεχνίτην, ἀπεχομίσθησαν εἰς ψευδολατρείαν, καὶ προσκεκυνήκασι τοῖς οὐκ οὖσι θεοῖς. Ἔφη δὲ οὕτω περὶ τοῦ πάντων κρατοῦντος Θεοῦ· « Τὰ γὰρ ἀόρατα αὐτοῦ ἀπὸ κτίσεως κόσμου τοῖς ποιήμασι νοούμενα καθορᾶται, ἥ τε C ἀΐδιος αὐτοῦ δύναμις καὶ θειότης, εἰς τὸ εἶναι ἀναπολογήτους. Διότι γνόντες τὸν Θεὸν, οὐχ ὡς Θεὸν ἐδόξασαν, ἢ εὐχαρίστησαν, ἀλλ' ἐματαιώθησαν ἐν τοῖς διαλογισμοῖς αὐτῶν, καὶ ἐσκοτίσθη ἡ ἀσύνετος αὐτῶν καρδία· καὶ φάσκοντες εἶναι σοφοὶ, ἐμωράνθησαν, καὶ ἤλλαξαν τὴν δόξαν τοῦ ἀφθάρτου Θεοῦ ἐν ὁμοιώματι εἰκόνος φθαρτοῦ, καὶ πετεινῶν, καὶ τετραπόδων, καὶ ἑρπετῶν. » Οὐκοῦν ἐπειδήπερ, φησὶ, κατέχω τὸν γῦρον τῆς γῆς, καὶ οἷά τινα σκηνὴν ἐκτέταχα τὸν οὐρανὸν, δίδωμί τε ἄρχοντας εἰς οὐδὲν ἄρχειν, καὶ οἷον ἀκρίσι παρεικάζω τοὺς ἐπὶ τῆς γῆς, τίνι με ὡμοιώσατε; ἀντὶ τοῦ, Τίνι με παρεικάζοντες οὐκ ἂν ἔξω γένησθε τοῦ εἰκότος, οὐδ' ἂν ἁμάρτητε τ' ἀληθοῦς. Ἆρά με τὸν οὐρανὸν εἰπόντες, ἢ καὶ ἑνὶ τῶν D στοιχείων ἐξομοιοῦν ἐθέλοντες, ὑψοῦν μὲν νομίζετε; Ἀλλ' οὐδὲν τῶν κτισμάτων ἐοικὸς ἐμοὶ, καὶ τὸ κατὰ πᾶν ὁτιοῦν ἀπαραλλάκτως ἔχον. Ἰσοστατήσειε γὰρ ἂν οὐδεὶς εἰς οὐσίας λόγον τῷ καλοῦντι πρὸς ὕπαρξιν τὰ οὐκ ὄντα ποτέ. Ὅτι γὰρ οὐ κατά γε τοὺς παρ' ὑμῖν εἰμι θεοὺς, τοὺς ἐκ τέχνης ἀνθρωπίνης λαχόντας τὴν γένεσιν, ἐξ αὐτῶν θεωρήσατε τῶν κτισμάτων. Ἄρατε εἰς ὕψος τοὺς ὀφθαλμοὺς, ἴδετε τὸ στερέωμα, τὸν τῶν ἀστέρων χορὸν, ἐννοήσατε τίς κατέδειξε ταῦτα πάντα, τίς ὁ ἐκφέρων κατὰ ἀριθμὸν τὸν κόσμον αὐτοῦ, δῆλον δὲ ὅτι τοῦ οὐρανοῦ. Κόσμον δὲ τοῦ οὐρανοῦ τοὺς ἀστέρας ἀποκαλεῖ, οὓς εἰδέναι φη-

quasi in nihilum redigit. Quod autem positum sit in Dei potestate, conservare memoriam, vel secus, eorum qui in terra clari insignesque evaserunt, ostendit, dicens: Non enim serent, neque plantabunt. Nisi enim velit, scilicet Deus, nullum, inquit, habebunt in terra fructum, sed neque stirpem, nec memoriam: sed tanquam vento in eos irruente, in nihilum velut sarmenta recident [63]. Omnia enim humana, parva sunt, et facile projici ac omnino everti queunt, atque herbarum in morem emarcescunt. Adorandus est igitur Deus solus, Deus, inquam, natura et vere: nec ulla sit eorum ratio quos fabrorum scientia invenit, neque etiam hominum qui a quibusdam deorum nomine insigniuntur. Est enim hæc necrolatria ac mortuorum cultus, et præterea nihil.

VERS. 25, 26. *Nunc igitur, cui me assimilastis? et dixit Sanctus, In excelsum collocabor. Attollite in excelsum oculos vestros, et contemplamini quis ostendit hæc omnia, qui educit juxta numerum ornamentum suum, omnes nomine vocabit a multa gloria, et in robore fortitudinis, nihil te latuit.*

Sapientissimus Paulus vociferatus est non immerito contra errantium imperitiam, et contra multitudinem idola colentium, justissime exclamavit. Nam cum liceret illis, ex ipsa adeo creatione universorum Creatorem et architectum videre, abducti sunt in pseudolatriam, ac eos qui dii non sunt, adoraverunt. Dixit autem ita de omnium dominatore Deo: « Quæ namque ejus sunt inspectabilia, ex creatione mundi, dum considerantur per opera, perspiciuntur, æterna ejus potentia et divinitas,
516 ut sint inexcusabiles. Quapropter, cum Deum noverint, non ut Deo gloriam tribuerunt, nec gratias egerunt, sed vanis cogitationibus usi sunt, et obtenebratum est insipiens cor eorum; et professi se esse sapientes, infatuati sunt, et mutaverunt gloriam incorruptibilis Dei in similitudinem imaginis corruptibilis hominis, et volucrum, et quadrupedum, et serpentium [64]. » Quandoquidem ergo, inquit, orbem terræ contineo, et velut tabernaculum quoddam extendi cœlum, reddoque reges ut nihil regant, et terræ incolas cicadis similes facio, cui me assimilastis [65]? pro, quocum me comparabitis, ut decorum non transilatis, et non a vero aberretis? An cœlum nominantes, vel etiam alicui me elemento assimilare volentes, putatis vos me extollere? At nulla creatura mihi similis, et quæ per omnia mihi respondeat. Nullus enim æquare poterit, ratione substantiæ, eum qui ad ortum vocat ea quæ aliquando non erant. Non enim esse me ex numero vestrorum deorum, qui humano artificio habent ortum, perspicite ex ipsis creaturis. Tollite in sublime oculos, videte firmamentum, stellarum chorum; cogitate quis hæc omnia ostenderit, quis educat in numero ornatum ejus, scilicet cœli. Ornatum autem cœli, stellas vocat, quas se cognoscere

[63] Isa. XL, 24. [64] Rom. I, 20-22. [65] Isa. XL, 25.

dicit apud se, non solum visas multitudine, sed etiam sigillatim, et quasi nominatim. Divina res hæc et eximia: quippe propheta multum hoc miratur, et affatur eum: Ex multa gloria, et in robore fortitudinis, nihil te latuit. Nam sicuti dicit sacra Scriptura, Numerabiles ei sunt stillæ pluviæ. Nihil enim prorsus latet hanc ineffabilem sapientiam, ac mentem quæ novit omnia.

VERS. 27. *Non enim dicas Jacob, et quid locutus est Israel? Abscondita est via mea a Deo, et Deus meus judicium meum abstulit, et recessit.*

Quod hi errantes vocabuntur suo tempore, et veritatis luce ditati, animo ac corde agnoscent universitatis Creatorem et artificem, quodque sapientes et cordati futuri sunt, et ex pulchritudine creaturarum, ratione et proportione quadam, contemplabuntur eum qui totum hoc quidquid est, inenarrabili potentia produxit ut esset, optime disseruit. Ex his jam ita dictis, cum satis justam **517** iis mystagogiam institutionemque contexuerit, orationem ad eos transfert qui sanguine Jacobi sive Israelis orti sunt. Postquam enim offendissent in lapidem offensionis, et salutis auctore ac chorago non recepto, a conjunctione quæ cum illo est procul abessent, non jam contra receptam in lege umbram, sed contra adorationem ac cultum per spiritum ac in veritate invectum, id est, evangelicum, obmurmurarunt, et inquiunt: Abscondita est via mea a Deo, id est, non considerat legalem vivendi rationem, ac institutionem. Nam qui sic vivunt, nempe prout sapientissimi Moysis præceptum jussit, eos deinceps inspicere non dignatur. Sed abstulit judicium meum, et recessit, id est, legem cessare fecit. Judicium vocant legem: quod docebit beatus David, cum alloquitur universorum Deum: « Judicium et justitiam in Jacob tu fecisti [66]; » id est, tu per angelos, vel per Moysis intercessionem, legem statuisti. Dixitque etiam Moyses de Israel: Illic dedit et justificationes et judicia. Abstulit igitur meum judicium, id est, legis quodammodo cultum abjecit, et abstulit a nobis, ac recessit. Non enim curat amplius electos, et primogenitus Israel in nihilum abiit.

VERS. 28. *Et nunc nonne cognovisti, neque audivisti? Deus æternus, Deus qui fabricavit terminos terræ, non esuriet, neque laborabit, neque prudentiæ ejus inventio.*

Olim namque, o Israel, eruditus es lege, cognovisti ex prophetis modum futuræ post legem dispensationis. Prodita enim lex est, umbras habens et typos futurorum bonorum, et mysterii Christi virtutem quasi parturiens in littera: multifariam enim per legis præceptum ante Christus formabatur, ejusque mysterium ænigmatice describebatur. Hoc ipse confirmabit, cum dicit Israelitis inobedientibus: « Si

A σὶν ἐν ἑαυτῷ, οὐχὶ δὴ μόνον κατὰ πληθὺν ὁρωμένους, ἀλλὰ γὰρ καὶ καθ' ἕκαστον, καὶ οἷον ὀνομαστί. Θεοπρεπὲς δὲ τοῦτο, καὶ ἐξαίρετον· καὶ γοῦν ὁ προφήτης ἐν πολλῷ ποιεῖται τὸ χρῆμα τῷ θαύματι, καί φησι πρὸς αὐτόν· Ἀπὸ πολλῆς δόξης, καὶ ἐν κράτει ἰσχύος οὐδέν σε ἔλαθεν. Ὡς γάρ φησιν τὸ Γράμμα τὸ ἱερὸν, Ἀριθμηταί εἰσι παρ' αὐτοῦ σταγόνες ὑετοῦ. Λάθοι γὰρ ἂν παντελῶς οὐδὲν τὴν ἀπόῤῥητον σοφίαν, τὸν πάντα εἰδότα νοῦν.

Μὴ γὰρ εἴπῃς Ἰακὼβ, καὶ τί ἐλάλησεν Ἰσραήλ; Ἀπεκρύβη ἡ ὁδός μου ἀπὸ τοῦ Θεοῦ, καὶ ὁ Θεός μου τὴν κρίσιν μου ἀφεῖλε, καὶ ἀπέστη.

surdi, nisi qui dominantur eorum? Obcæcata est enim multitudo subdita, ducum ignavia et supinitate huc prolapsa. Nam ipsi erant auctores inscitiæ, et erroris præceptores. Surdi quoque erant qui dominantur eorum, id est, qui principatum obtinebant: quippe qui, etiamsi gloriam Dei vidissent, et longo usu et experientia huc provecti fuissent, conversi sunt ad apostasiam. Noluerunt enim obedire Deo, clare dicenti: « Non erunt tibi dii alii **553** præter me [37]. » Postquam vero divinorum vaticiniorum gnari et periti, devenerunt simul cum his qui jugo subditi erant, ad defectionem et apostasiam, tantum non percellitur dicens: « Cæcati sunt servi Dei. » Et quænam illis occasio cæcitatis fuit? Volentes, inquit, huc deducti estis. Cum enim sæpenumero licuisset custodire, quia vidistis, et audire, quia novistis et intellexistis quæ scripta erant: non custodivistis, nec sustinuistis ea proferri ac dici, nec curam adhibuistis, nec obedientiam, ut vel aures sacrosanctis legibus patefaceretis. Inexcusabilia sunt ergo Judæorum crimina. Quamvis enim possent scire verum, et ad hoc legem quasi manuductricem haberent: perinde tamen fuerunt, ac qui oculis præditi non sunt, aut quibus aures frustra prominent in capite, cum sacrosanctas leges audire noluerint.

VERS. 21. *Dominus Deus cogitavit, ut justus haberetur, et magnis prædicaret laudibus.*

Eripui, inquit, eos e tyrannide Ægyptiorum, liberavi, cum alienis præter æquum servirent, instituti sunt per legem ad divinam cognitionem, dedi illis Moysen modestiæ antistitem. Erat enim mihi propositum, qui Dominus sum universorum, justitiæ operarium, et præstantissimorum operum studiosum, reddere Israelem, ut cum perductus esset in sensum et intelligentiam donorum meorum, magnis laudibus prædicaret, id est, indesinenter celebraret, scilicet me omnis eorum felicitatis datorem ac dispensatorem, et eorum quibus locupletati erant suppeditatorem. Sed horum nihil sentientes, mala pro bonis rependerunt Domino, et collo e jugo ejus excusso, servierunt Satanæ, et in cœno erroris multorum deorum se volutantes, exsecrabiles facti sunt, et Deo virtutis amanti invisi. Hoc quod dixi alibi, est de illis perspicue, tanquam de vinea: « Exspectavi ut ferret uvam, et tulit spinas [38]. »

VERS. 22. *Et vidi, et populus fuit vastatus et direptus. Laqueus enim in conclavibus ubique, et in domibus simul, ubi absconderunt eos, facti sunt deprædatio, et non erat qui eriperet e direptione, nec erat qui diceret: Redde.*

Revocat illis in memoriam, quæ acciderunt patribus: eo quod exsecrandæ multorum **554** numinum superstitionis retibus capti essent. Quod fecit non frustra, sed ut eos modestiores redderet, timentes ne similia cum majoribus patiantur. Quandoquidem

[37] Exod. x, 3. [38] Isa. v, 2.

A φλὸς, ἀλλ' ἢ οἱ παῖδές μου; καὶ κουφοὶ, ἀλλ' ἢ οἱ κυριεύοντες αὐτῶν; Τετύφλωνται μὲν γὰρ ἡ ὑπὸ χεῖρα πληθὺς ταῖς τῶν ποδηγῶν ῥᾳθυμίαις εἰς τοῦτο πεσοῦσα. Αὐτοὶ γὰρ ἦσαν οἱ τῆς ἀμαθίας αὐτοῖς παραίτιοι γεγονότες, καὶ τοῦ πλανᾶσθαι καθηγηταί. Κουφοὶ δὲ ἦσαν οἱ κυριεύοντες αὐτῶν· τοῦτ' ἔστιν, οἱ καθηγεῖσθαι λαχόντες· καίτοι γὰρ ὁρῶντες τὴν τοῦ Θεοῦ δόξαν, καὶ διὰ πείρας ἐλάσαντες μακρᾶς, ἐτράποντο πρὸς ἀπόστασιν. Οὐ γὰρ ἤθελον ὑπακούειν Θεῷ, λέγοντι σαφῶς· « Οὐκ ἔσονταί σοι θεοὶ ἕτεροι πλὴν ἐμοῦ. » Ἐπειδὴ δὲ τῶν ἐμῶν θεσπισμάτων ὄντες ἐπιστήμονες ὁμοῦ τοῖς ὑπεζευγμένοις κατῴχοντο πρὸς ἀπόστασιν, μονονουχὶ καταπλήττεται, λέγων· « Ἐτυφλώθησαν οἱ δοῦλοι τοῦ Θεοῦ. » Καὶ ποία γέγονεν αὐτοῖς ἡ τῆς τυφλώσεως ἀφορμή; Ἑκόντες, B φησὶ, παρηνέχθητε πρὸς τοῦτο. Ἐξὸν γὰρ πλειστάκις ἑωρακότας φυλάξασθαι, καὶ ἀκούειν εἰδότας ἤτοι συνιέντας τὰ γεγραμμένα, οὐκ ἐφυλάξασθε παθεῖν τὴν ἀπόφασιν, οὔτε μὴν μελέτην ἐποιήσασθε τὴν εὐπάθειαν, κατευρύνοντες ὥσπερ τοῖς ἱεροῖς νόμοις τὴν ἀκοήν. Ἀπροφάσιστα δὴ οὖν τὰ τῶν Ἰουδαίων ἐγκλήματα. Καίτοι γὰρ μετὸν εἰδέναι τὸ ἀληθὲς, καὶ χειραγωγὸν εἰς τοῦτο λαχόντας τὸν νόμον, ἐν ἴσῳ γεγόνασι τοῖς οὐκ ἔχουσιν ὀφθαλμοὺς καὶ τὰ ὦτα προκείμενα μάτην τῇ κεφαλῇ, διὰ τὸ μὴ βούλεσθαι τῶν ἱερῶν ἐπακροᾶσθαι νόμων.

Κύριος ὁ Θεὸς ἐβούλετο, ἵνα δικαιωθῇ, καὶ μεγαλύνῃ αἴνεσιν.

Ἐξειλόμην, φησὶ, τῆς Αἰγυπτίων πλεονεξίας αὐτοὺς, ἠλευθέρωσα παρὰ τὸ εἰκὸς ἀλλοτρίοις θητεύον-C τας· ἐπαιδαγώγησα διὰ νόμου πρὸς θεογνωσίαν· εὐκοσμίας αὐτοῖς ἐπιστάτην δέδωκα Μωσέα. Σκοπὸς γὰρ ἦν ἐμοὶ τῷ Κυρίῳ τῶν ὅλων δικαιοσύνης ἐργάτην, καὶ ἀρίστων ἔργων ἐπιμελητὴν ἀποφῆναι τὸν Ἰσραὴλ, ἵν' εἰς αἴσθησιν ἐνηνεγμένος τῶν δωρηθέντων αὐτῷ παρ' ἐμοῦ, μεγαλύνῃ αἴνεσιν, τοῦτ' ἔστιν, ἀκαταλήκτως δοξολογήσειεν ἐμὲ, δηλονότι τὸν ἁπάσης αὐτοῖς εὐημερίας πρύτανιν, καὶ ὧν πεπλουτήκασι χορηγὸν γεγονότα. Ἀλλ' οὐδενὸς τῶν τοιούτων εἰς αἴσθησιν ἐνηνεγμένοι, πονηρὰ ἀντὶ ἀγαθῶν ἐκτετίκασι τῷ Δεσπότῃ, καὶ τῶν αὐτοῦ ζυγῶν ὑπεκλύσαντες τὸν αὐχένα, δεδουλεύκασι τῷ Σατανᾷ, καὶ τοῖς τῆς πολυθέου πλάνης βορβόροις ἐγκαλινδούμενοι βδελυροὶ γεγόνασι, καὶ ἀπηχθημένοι παρά γε τῷ φιλαρέτῳ Θεῷ. Τοῦτό ἐστιν ἐναργῶς ὅπερ ἔφη καὶ ἑτέρωθί D που περὶ αὐτῶν ὡς περὶ ἀμπέλου· « Ὑπέμεινα τοῦ ποιῆσαι σταφυλὴν, ἐποίησε δὲ ἀκάνθας. »

Καὶ εἶδον, καὶ ἐγένετο λαὸς πεπρονομευμένος. Ἡ γὰρ παγὶς ἐν τοῖς ταμείοις πανταχοῦ, καὶ ἐν οἴκοις ἅμα ὅπου ἔκρυψαν αὐτοὺς, ἐγένοντο εἰς προνομὴν, καὶ οὐκ ἦν ὁ ἐξαιρούμενος ἅρπαγμα, καὶ οὐκ ἦν ὁ λέγων· Ἀπόδος.

Εἰς ἀνάμνησιν αὐτοὺς ἀποφέρει τῶν τοῖς πατράσι συμβεβηκότων, διά τοι τὸ ἁλῶναι βρόχοις τοῖς τῆς ἐπαράτου πολυθεΐας. Πέπραχε δὲ τοῦτο οὐ μάτην, ἀλλ' ἵν' ἀποφήνῃ σωφρονεστέρους τὰ ἴσα τοῖς πάλαι παθεῖν δεδιότας. Ἐπειδὴ γάρ, φησὶ, γεγόνασι τυφλοὶ

καὶ κωφοί, παρωσάμενοι μὲν τὸ λατρεύειν Θεῷ, ξύλοις δὲ καὶ λίθοις τὸ σέβας ἀνῆπτον. Εἶδον μὲν οὖν τοῦτο ἐγώ, γέγονε δὲ ὁ λαὸς πεπρονομευμένος, καὶ διηρπασμένος. Ὅτε γὰρ ἐπισκέπτεται Θεὸς τὰ τῶν ἀφορήτως δυσσεβούντων ἐγκλήματα, τότε καὶ δίκας ἐπάγει τὰς ἀναλόγως ἐχούσας τοῖς αἰτιάμασι. Διηρπάσθη τοίνυν ὁ λαός, καὶ γέγονε τοῖς ἐχθροῖς προνομή· καὶ διὰ ποίαν αἰτίαν; ἡ γὰρ παγὶς ἐν τοῖς ταμείοις πανταχοῦ, καὶ ἐν οἴκοις ἅμα ἔκρυψαν αὐτούς. Τίνας δὲ αὐτούς; Χωνευτοὺς δηλονότι θεούς. Ὑποπλαττόμενοι γὰρ τὸ θεοσεβεῖν οἱ τῶν Ἰουδαίων καθηγηταί, καὶ τοῖς νομίμοις θεσπίσμασι τό γε ἧκον εἰς τοὐμφανὲς ὑποτιθέντες τὸν αὐχένα, τῆς ἀποστασίας τὴν νόσον εἰς νοῦν ἔκρυπτον καὶ καρδίαν, προσκυνοῦντες τοῖς οὐκ οὖσι θεοῖς· καὶ τούτους ἐν τοῖς ταμείοις τῶν ἰδίων οἴκων ἐγκατακλείοντες λαθραίας ἐποιοῦντο τὰς τῶν θυσιῶν προσαγωγάς. Γέγραπται γοῦν ἐν τῷ Ἰεζεχιήλ· « Υἱὲ ἀνθρώπου, ὄρυξον. Καὶ ὤρυξα δὴ ἐν τῷ τοίχῳ. Καὶ εἶδον, φησί, καὶ ἰδοὺ πᾶσα ὁμοίωσις ἑρπετοῦ καὶ κτήνους, καὶ πάντα τὰ εἴδωλα οἴκου Ἰσραὴλ διαγεγραμμένα ἐπ' αὐτοῦ κύκλῳ. Καὶ εἶπε πρός με· Ἑώρακας, υἱὲ ἀνθρώπου, μὴ μικρὰ τῷ οἴκῳ Ἰσραὴλ ἃ ποιοῦσιν ἕκαστος ἐν τῷ κοιτῶνι αὐτῶν τῷ κρυπτῷ; » Ἄθρει δὴ οὖν ὅπως ἕκαστος αὐτῶν ἐν τῷ κοιτῶνι αὐτῶν τῷ κρυπτῷ τὴν γενομένην αὐτῷ παγίδα, τοῦτ' ἔστι, τὴν εἰδωλολατρείαν κειμένην ἔχων, ὑπεπλάττετο τὴν τῶν νόμων αἰδῶ. Ταύτητοί φησιν· Ἐγένοντο εἰς προνομήν, καὶ οὐκ ἦν ὁ ἐξαιρούμενος ἅρπαγμα, καὶ οὐκ ἦν ὁ λέγων, Ἀπόδος. Θεοῦ γὰρ οὐκ ἐπαμύνοντος, τίς αὐτοὺς ἐξείλετο τῆς οὕτω βαρείας καὶ ἀνηκέστου συμφορᾶς; οὐκ ἐπιπλήττοντος δὲ τοῖς διαρπάζουσι, τίς ἂν αὐτοῖς ἔφη τό, Ἀπόδος; Οὐ γὰρ ἐζήτησε Θεὸς ὡς ἴδιον ἔτι κλῆρον, παρῆκε δὲ μᾶλλον ὡς ἀλλότριον γεγονότα αὐτοῦ διὰ τοῦ προσνεῦσαι τοῖς οὐκ οὖσι θεοῖς. Ἔοικε δὲ διὰ τούτων τὸν τῆς αἰχμαλωσίας ὑποφαίνειν καιρόν, ὃν διατετελέκασιν οἱ ἐξ Ἰσραὴλ ὑπὸ χεῖρα πεσόντες ἐχθρῶν. Μέχρι γὰρ ἔτους ἑβδομηκοστοῦ οὐκ ἦν ὁ ἐξαιρούμενος αὐτούς, οὔτε μὴν τοῖς διαρπάσασι λέγων, Ἀπόδος. Οἰκονομικῶς δὲ σφόδρα μετά γε τὸ φάναι τῶν ἐθνῶν τὴν κλῆσιν, τὰ ἐφ' οἷς ἐκβέβληνται τῆς πρὸς Θεὸν οἰκειότητος οἱ ἐξ Ἰσραήλ, εἴρηται σαφῶς, ἵνα δικαίᾳ ψήφῳ φαίνηται Θεὸς πανταχοῦ κεχρημένος. Ἔδει γάρ, ἔδει τοὺς τὴν εἰς Θεὸν ἀσέβειαν τιμήσαντας, ἔξω γενέσθαι τῆς παρ' αὐτοῦ φειδοῦς καὶ ἀγάπης· τούς γε μὴν ἐξ ἀμαθίας τοῖς τῆς ἁμαρτίας βόθροις ἐνειλημμένους, καὶ ὑπὸ χεῖρα πεσόντας διαβολικήν, κατοικτειρῆσαι παρὰ τοῦ πάντων Δημιουργοῦ, καλουμένους εἰς ἐπίγνωσιν αὐτοῦ, καὶ εἰς τὸ τῆς ἀληθείας φῶς. Τοῦτο γάρ που καὶ διὰ τοῦ πανσόφου Μωσέως εὑρίσκεται λέγων· Αὐτοὶ παρεζήλωσάν με ἐπ' οὐ θεοῖς, παρώξυνάν με ἐπὶ τοῖς γλυπτοῖς αὐτῶν. Κἀγὼ παραζηλώσω αὐτοὺς ἐπ' οὐκ ἔθνει· ἐπ' ἔθνει ἀσυνέτῳ παροργιῶ αὐτούς. Ἔφη δέ που καὶ ὁ θεσπέσιος Μελῳδός, ὅτι « Παρεπίκραναν αὐτὸν ἐν τοῖς γλυπτοῖς αὐτῶν, καὶ ἐν τοῖς ἐπιτηδεύμασιν αὐτῶν παρεζήλωσαν

A enim, inquit, cæci et surdi facti sunt, repulso ac rejecto Dei cultu, et lignis ac lapidibus venerationem exhibuerunt [39]. Vidi istuc ego: factusque est populus vastatus et direptus. Quando enim Deus considerat intolerabiliter impiorum crimina, tum etiam pœnas inducit pares flagitiis. Direptus est igitur populus, et factus est hostibus deprædatio. Et quam ob causam? Laqueus enim in conclavibus ubique, et in domibus simul absconderunt eos. Quosnam? conflatiles deos scilicet. Nam cum fingerent Judæorum moderatores, se Deum colere, et legalibus oraculis cervicem submittere, quantum ad externam speciem, animo ac corde apostasiæ morbum occultabant: et cum adorarent non natura deos, et in conclavibus suarum ædium eos clauderent, clandestina illis sacrificia offerebant. Scri-B ptum est itaque apud Ezechielem [40]: « Fili hominis, perfora. Et perforavi parietem. Et vidi, inquit, et ecce omnis similitudo reptilis et jumenti, et omnia idola domus Israel descripta in eo per circuitum. Dixitque mihi: Vidisti, fili hominis: num parva sunt, domo Israelis, quæ facit quisque in cubili suo occulto? » Vide igitur, quo pacto eorum singuli in cubili suo occulto, cum laqueum sibi positum, id est, idololatriam haberent, reverentiam tamen erga legem simulaverint. Hinc ait: Facti sunt deprædatio, et non erat qui a direptione eriperet, nec erat qui diceret: Redde. Nam cum Deus non subveniret, quis eos ab hac tam gravi et non sananda calamitate eriperet? Cumque ille non reprehenderet C diripientes, quis illis diceret: Redde? Non enim jam Deus ut propriam sortem eos quæsivit, sed ut alienam a se dimisit, propterea quod ad non deos declinarent. Videturque his verbis, captivitatis tempus subinnuere, quo Israelitæ in potestate ac manu inimicorum perpetuo fuerunt. Nam ad septuagesimum usque annum, qui illos eriperet, nemo fuit, neque qui diripientibus diceret: Redde. Commodissime autem et apposite, postquam vocationem, inquam, gentium exposuit, etiam quibus de causis Israelitæ a consortio Dei ejecti fuerint, **555** diserte dictum est, ut justo calculo usus semper Deus videatur. Oportuit enim, oportuit eos, qui impietatem in Deum exercuerunt, ejus misericordiæ et amoris D experles esse: at qui ex ignorantia peccati laqueis impliciti erant, et in manum diabolicam cadebant, eos par fuit inflammatos agnitione Dei et luce veritatis, ab omnium Opifice misericordiam consequi. Hoc enim etiam apud sapientissimum Moysen dicere reperitur: Ipsi ad æmulationem provocarunt me in non diis, irritaverunt me in sculptilibus suis. Et ego ad æmulationem provocabo eos in non gente, in gente stulta concitabo eos. Et divinus Psalmista dixit alicubi: « Exacerbaverunt eum in sculptilibus suis, et in studiis suis ad æmulationem eum provocarunt. Aspexitque Dominus Deus et despexit, et plane nihili fecit Israelem [41]. » Si autem spiritualis

[39] Isa. XLII, 17. [40] Ezech. VIII, 8. [41] Psal. LXXVII, 58.

aliqua consideratio apponenda sit, diabolicum laqueum animo et corde habere cavemus: et in phantasiis ratiocinationum mala idola, ad lasciviam vocantia fœdasque voluptates, ne simus præda Satanæ, et dæmoniorum direptio. Scriptum est enim: « Si spiritus dominantis ascenderit in te, locum tuum ne deseras, quia curatio cessare faciet peccata magna [61]. »

VERS. 23. *Quis in vobis qui auribus percipiet hæc? Audite in futura.*

Familiare est Scripturæ divinitus inspiratæ, dicere, ut auribus percipiant, cum sermo non obiter aut oscitanter, sed in rebus necessariis vigilanter accipiendus est: ut quod proditur, mente et corde B repositum habeant. Cujusmodi est quod voce Psallentis dictum est: « In corde meo abscondi eloquia tua, ne peccem tibi [62]. » Scriptum est enim, in psalmo quadragesimo octavo: « Audite hæc, omnes gentes, attendite, omnes qui habitatis orbem terræ. » Nam audire, omnibus ubilibet qui vocem vel alium quempiam sonum hauriunt, commune est: at vero attendere est, ut dixi, cum aliquid vaticinio proditum in mentem immigrat, eamque occupat. Videtur ergo hic sermo propheticus eos requirere, qui æquius ac cordatius auscultarunt, ut ad futurarum rerum securitatem, quæ veteribus contigerunt, acciperent. Quemadmodum enim dixit Paulus: « Hæc res in typis contigerunt illis, scripta sunt **556**
C autem, nos admonendi gratia, in quos sæculorum fines devenerunt [63]. » Non enim oportet nos frustra narrationes de hisce legere, sed ad animi utilitatem hæc capere, et cavere diligenter, ne similibus illaqueemur peccatis, ne in calamitates eorum incidamus.

VERS. 24, 25. *Quis dedit in direptionem Jacob, et Israelem deprædantibus eum? Nonne Deus, cui peccarunt, nec voluerunt in viis ejus ingredi, neque audire legem ejus? Et induxit in eos iram furoris sui et oppressit eos bellum, et qui comburebant eos. Nec tamen ulli ex illis cognoverunt, neque animo considerarunt.*

D Emphatice admodum in his verbis, Jacobum et Israelem videtur nominare. Et ut a nobis hujus emphaseos vis intelligatur, velut breviter dicemus. Variis enim temporibus Israelitæ servierunt Ægyptiis, sed Moyse sequestre, a Deo liberati sunt, at in manu forti et brachio excelso, sicuti scriptum est. Infinitis namque et intolerandis plagis in eos qui diripuerunt animadvertit. Postquam vero e terra Ægyptiorum fugissent, pede mare trajecerunt, panem angelorum comederunt, aquam de petra biberunt, in terram promissionis introducti sunt, regna debellarunt, hostes superarunt, potentem et horri-

A αὐτόν· καὶ εἶδε Κύριος ὁ Θεὸς, καὶ ὑπερεῖδε, καὶ ἐξουδένωσε σφόδρα τὸν Ἰσραήλ.» Εἰ δὲ χρή τινα καὶ θεωρίαν πνευματικὴν τοῖς εἰρημένοις ἐπενεγκεῖν, φυλαττόμεθα παγίδα διαβολικὴν εἰς νοῦν ἔχειν καὶ καρδίαν, καὶ τὰ ἐν φαντασίαις λογισμῶν εἴδωλα πονηρὰ, καλοῦντα πρὸς ἀσέλγειαν καὶ εἰς ἐκτόπους ἡδονὰς, ἵνα μὴ γενώμεθα τῷ Σατανᾷ, καὶ ἅρπαγμα δαιμονίων. Γέγραπται γὰρ, ὅτι « Ἐὰν πνεῦμα τοῦ ἐξουσιάζοντος ἀναβῇ ἐπὶ σὲ, τόπον σου μὴ ἀφῇς, ὅτι ἴαμα καταπαύσει ἁμαρτίας μεγάλας. »

Τίς ἐν ὑμῖν ἐνωτιεῖται ταῦτα; εἰσακούσατε εἰς τὰ ἐπερχόμενα.

Ἔθος τῇ θεοπνεύστῳ Γραφῇ τὸ ἀκουτίσασθαι λέγειν, ἐπὶ τοῦ μὴ παρέργως, ἢ ἀτημελῶς, τὸν ἐπί γε τοῖς ἀναγκαίοις πράγμασι δέχεσθαι λόγον, νηφαλέως δὲ μᾶλλον, ὥστε καὶ εἰς νοῦν καὶ καρδίαν ἀπόθετον ἔχειν τὸ διηγγελμένον. Ὁποῖόν ἐστι τὸ διὰ τῆς τοῦ Ψάλλοντος φωνῆς εἰρημένον· « Ἐν τῇ καρδίᾳ μου ἔκρυψα τὰ λόγιά σου, ὅπως ἂν μὴ ἁμάρτω σοι. » Γέγραπται γὰρ καὶ ἐν τεσσαρακοστῷ καὶ ὀγδόῳ ψαλμῷ· « Ἀκούσατε ταῦτα, πάντα τὰ ἔθνη, ἐνωτίσασθε, πάντες οἱ κατοικοῦντες τὴν οἰκουμένην. » Τὸ μὲν γὰρ ἀκοῦσαι, κοινὸν ἅπασι τοῖς ἅπαξ εἰς οὖς λαβοῦσι φωνὴν, ἢ καὶ ἕτερόν τινα κτύπον· τὸ δὲ μὴν ἐνωτίσασθαι, τὸ εἰς νοῦν, ὡς ἔφην, εἰσοικίσασθαί τι τῶν τεθεσπισμένων. Ἔοικε τοίνυν ὁ προφητικὸς ἐν τουτοισὶ λόγος τοὺς ἐπιεικέστερον ἤγουν ἐμφρονέστερον ἀκροασαμένους ἐπιζητεῖν, ὥστε καὶ εἰς τὴν τῶν μελλόντων ἀσφάλειαν τὰ τοῖς πάλαι συμβεβηκότα λαλεῖν. Ὡς γὰρ ὁ Παῦλός φησιν, ὅτι· « Τὰ τοιάδε τῶν πραγμάτων τυπικῶς συνέβαινεν ἐκείνοις. Ἐγράφη δὲ πρὸς νουθεσίαν ἡμῶν, εἰς οὓς τὰ τέλη τῶν αἰώνων κατήντηκε. » Δεῖ γὰρ ἡμᾶς οὐ μάτην τοῖς περὶ αὐτὸν ἐντυγχάνειν διηγήμασιν, ἀλλ' εἰς ὄνησιν ταῦτα δέχεσθαι ψυχῆς, παραιτεῖσθαι σφόδρα τὸ τοῖς ἴσοις ἁλῶναι πταίσμασιν, ἵνα μὴ ταῖς ἐκείνων περιπίπτοιμεν συμφοραῖς.

Τίς δέδωκεν εἰς διαρπαγὴν Ἰακὼβ, καὶ Ἰσραὴλ τοῖς προνομεύσασιν αὐτόν; Οὐχὶ ὁ Θεὸς ᾧ ἡμάρτοσαν αὐτῷ, καὶ οὐκ ἠβούλοντο ἐν ταῖς ὁδοῖς αὐτοῦ πορεύεσθαι, οὐδὲ εἰσακούειν τοῦ νόμου αὐτοῦ; Καὶ ἐπήγαγεν ἐπ' αὐτοὺς ὀργὴν θυμοῦ αὐτοῦ, καὶ κατίσχυσεν ἐπ' αὐτοὺς πόλεμος, καὶ οἱ συμφλέγοντες αὐτοὺς κύκλῳ· καὶ οὐκ ἔγνωσαν ἕκαστος αὐτῶν, οὐδὲ ἔθεντο ἐπὶ ψυχήν.

Ἐμφαντικώτατα λίαν τόν τε Ἰακὼβ, καὶ τὸν Ἰσραὴλ ἔοικεν ὀνομάζειν ἐν τούτοις. Καὶ τίς ἂν νοοῖτο πρὸς ἡμῶν ἡ τῆς ἐμφάσεως δύναμις, ἐροῦμεν ὡς ἐν βραχεῖ. Ἐθήτευον μὲν γὰρ Αἰγυπτίοις κατὰ καιροὺς οἱ ἐξ Ἰσραήλ· λελύτρωνται δὲ παρὰ Θεοῦ μεσιτεύοντος τοῦ Μωσέως, πλὴν ἐν χειρὶ κραταιᾷ καὶ ἐν βραχίονι ὑψηλῷ, καθὰ γέγραπται. Μυρίαις γὰρ ὅσαις, καὶ ἀφορήτοις πληγαῖς τοὺς πλεονεκτοῦντας κατηκίζετο. Ἐπειδὴ δὲ τῆς Αἰγυπτίων ἐξέδραμον γῆς, διέβησαν ποσὶ τὴν θάλασσαν, κατεδηδόκασιν ἄρτον ἀγγέλων, ἔπιον ὕδωρ ἐκ πέτρας, εἰσεκομίσθησαν εἰς τὴν γῆν τῆς ἐπαγγελίας, κατηγωνίσαντο βασιλείας, κεκρα-

[61] Eccle. x, 4. [62] Psal. cxviii, 11. [63] I Cor. x, 11.

τήκασιν ἐχθρῶν, δεινὴν καὶ δυσάντητον ἐσχήκασι χεῖρα καὶ διαβόητον ἐπὶ τούτῳ τὴν δόξαν. Ὅπλον δὲ ἦν αὐτοῖς ὁ τῶν ὅλων Θεὸς, ὁ ἱστὰς μὲν τοῦ ἡλίου καὶ σελήνης δρόμον, κατά γε τῆς Γαβαὼν, ἐπαφιεὶς δὲ χαλάζας τοῖς ἀλλοφύλοις ἐξ οὐρανοῦ καὶ εἰς λῆξιν πάσης εὐκλείας τὸν οἰκεῖον ἀναβιβάζων λαόν. Τίς τοίνυν, φησὶ, τὸν διαβόητον Ἰσραὴλ, τὸν ἀξιοζήλωτον Ἰακὼβ, τὸν ἀνάλωτον ἐχθροῖς, τὸν εὐσθενῆ τε καὶ μαχιμώτατον, καὶ ἀεὶ νικᾷν εἰωθότα δέδωκεν εἰς διαρπαγὴν, καὶ τοῖς προνομεύουσι; Πῶς ἠσθένησεν ὁ νικᾶσθαι μὴ εἰδώς; Πῶς ὑπηνέχθη, καὶ γέγονεν ὑπὸ πόδας τῶν ἀνθεστηκότων ὁ πᾶσιν ὑψοῦ, καὶ ἄθραυστον ἀνατείνων τὸ κέρας; Ἐπειδὴ δὲ ἦν ἀναγκαῖον τοὺς μετ' ἐκείνους ἡμᾶς μὴ ἀγνοῆσαι τὰς αἰτίας τοῦ παραδεδόσθαι τὸν οὕτω λαμπρὸν, καὶ ἐξῃρημένον λαὸν, ἐπήνεγκεν ἀναγκαίως· Οὐχὶ ὁ Θεὸς ᾧ ἡμάρτοσαν B αὐτῷ, καὶ οὐκ ἐβούλοντο ταῖς ὁδοῖς αὐτοῦ πορεύεσθαι, οὐδὲ ἀκούειν τοῦ νόμου αὐτοῦ; Ἡ δὲ ἐπὶ τοῖς ἀμφιλόγοις ἐρώτησις ὁμολογίαν ἔχει σαφῆ τοῦ πράγματος. Θεὸς γάρ που πάντως ὁ δοὺς αὐτὸν, καὶ τὴν τοῖς ἐγκλήμασιν πρέπουσαν ἐπαρτήσας ὀργήν. Ταύτητοι τοίνυν κατίσχυσεν αὐτοὺς πόλεμος. Ἀσύνηθες δὲ τοῦτο τοῖς ἐξ Ἰσραὴλ, ἀεὶ γὰρ κεκρατήκασι συνασπίζοντος Θεοῦ. Ἐπειδὴ δὲ εἰς τοὺς θείους αὐτοῦ πεπαρῳνήκασι νόμους, ἔρημοι γεγόνασιν αὐχημάτων τῶν πάλαι. Πεπτώκασιν εἰς τὸ ἀδρανὲς, κατεκομίσθησαν εἰς τὸ ἄναλκες· κύκλῳ γεγόνασιν αὐτῶν οἱ συμφλέγοντες, καὶ οἷόν τινι πυρὶ δαπανῶντες αὐτοὺς τῷ μεγέθει τῶν ἐπενηνεγμένων, ἤγουν καταπιμπράντες αὐτῶν τὰς πόλεις, κατὰ τὸ ἑτέρωθί που σαφῶς εἰρημένον· Αἱ πόλεις ὑμῶν πυρίκαυστοι. Πλὴν οὐκ C ἔγνωσαν, φησὶν, ἕκαστος αὐτῶν, οὐδὲ ἔθεντο ἐπὶ ψυχήν· ἀναισθησίας ἐν τούτοις ὑπομένουσι γραφήν. Ἄρτιοι μὲν γὰρ εἰς σύνεσιν εἶεν ἂν οἱ τὸ προσκρούειν Θεῷ παραιτούμενοι, καὶ τοῦ παθεῖν τι τῶν ἐξ ὀργῆς ἔξω τείνοντες πόδα, διά γε τὸ τρυφερὸν ὑπέχειν αὐτῷ τὸν αὐχένα. Οἵ γε μὴν, καὶ ἐν αὐτῷ γεγονότες τῷ παθεῖν ἐξ ἀνθρωπίνων ὀλισθημάτων, εἰ μὴ αἰσθάνοιντο τῶν ἐπενηνεγμένων, ἁπάσης ἂν εἶεν ἐλπίδος ἀγαθῆς οἱ τοιοίδε μακράν. Ὅτι δὲ καὶ τοῖς τοιούτοις ἐγκλήμασιν ἔνοχοι γεγόνασιν οἱ ἐξ Ἰσραὴλ, καταθρήσαι τις ἂν Ἱερεμίου λέγοντος πρὸς τὸν τῶν ὅλων Θεόν· « Κύριε, οἱ ὀφθαλμοί σου εἰς πίστιν, ἐμαστίγωσας αὐτοὺς, καὶ οὐκ ἠθέλησαν δέξασθαι παιδείαν.» Μεμνήμεθα ὅτι μετὰ τὸ ἁλῶναι τὴν Ἱερουσαλὴμ, ἀποκομισθῆναι δὲ καὶ αἰχμάλωτον τὸν Ἰσραὴλ, τοῖς D περιλελειμμένοις ὁ προφήτης Ἱερεμίας προσελάλει τὰ περὶ Θεοῦ λέγοντος μὴ κατελθεῖν εἰς Αἴγυπτον. Εἶτα πρὸς αὐτῶν αἱ γυναῖκες ἀναίδην ἔφασκον, μᾶλλον δὲ οὐδ' εἰς αἴσθησιν ἐνηνεγμέναι τῆς ὀργῆς, ὅτι Οὐκ ἀπέστειλέ σε Κύριος. Προσεπήγαγον δὲ τούτοις τὰ ἐξ ἀκράτου φρενοβλαβείας. Ἐπειδὴ γὰρ, ἔφασκον, διελείπομεν θύουσαι τῇ βασιλίδι τοῦ οὐρανοῦ, ἐπῆλθεν ἐφ' ἡμᾶς πάντα τὰ κακὰ ταῦτα. Ἀληθὲς οὖν ἄρα τὸ εἰρημένον, ὅτι Οὐκ ἔγνωσαν ἕκαστος αὐτῶν, οὐδὲ ἔθεντο ἐπὶ ψυχὴν, κατισχύσαντος αὐτῶν τοῦ πολέμου, καὶ τῶν κύκλῳ περιεχόντων καταφλεγόντων παντελῶς αὐτούς.

bilem manum habuerunt, et celeberrimam inde gloriam consecuti fuerunt. Arma vero eorum erat universorum Deus: qui in Gabaon cursum solis sistebat et lunæ, et de cœlo grandines in alienigenas demisit, et suum populum in omnis dignitatis sortem evexit [44]. Ergo, inquit, quis Israelem celebratissimum, Jacobum æmulandum et admirandum, hostibus insuperabilem, præpotentem, et bellacissimum, et semper vincere solitum, in direptionem dedit, et prædantibus objecit? Quomodo attenuatus est, qui vinci non poterat? Quomodo subjugatus et subjectus adversariorum pedibus, qui contra omnes excelsum et invulnerabile cornu efferebat? Quia autem necessarium erat nos, qui illos secuti sumus, causas, cur populus adeo illustris et electus traditus fuerit, non ignorare, induxit necessario: Nonne Deus, cui peccarunt, et non voluerunt viis ejus ingredi, neque legem ejus audire? Hæc in ambiguis rebus interrogatio, rei manifestam habet **557** confessionem. Deus enim erat omnino, qui dedit eum, et qui sceleribus iram dignam intentavit. Hinc itaque illos bellum oppressit. Eratque hoc Israelitis insuetum: ut qui semper Deo protegente, superiores evaserint. At ubi in divinas ejus leges debacchati sunt, veteribus ornamentis deserti et destituti sunt, ad impotentiam reciderunt, ad imbellem timiditatem deducti sunt, circumcirca erant qui eos comburerent, et veluti igne quodam, rerum quæ inferebantur magnitudine, consumerent, vel eorum civitates incenderent, quemadmodum alibi clare dictum est: Civitates vestræ igni incensæ sunt. Verum non cognoverunt, inquit, ulli ex illis, nec animum adhibuerunt: quibus stupiditatis dica hisce verbis scribitur. Etenim cognitione perfecti et absoluti esse possent, si Deum offendere supersederent, et a supplicio ac ira procul quasi pedem removissent, si cervicem ei teneram et flexilem præbuissent. Qui vero propter humanos lapsus patiuntur, si ea quæ inferuntur non sentiant, hi ab omni spe bona procul absunt. Fuisse autem Israelitas talibus implicatos noxiis, videre licet ex Jeremia, qui affatur Deum universorum: « Domine, oculi tui ad fidem, flagellasti eos, at noluerunt suscipere disciplinam [45]. » Meminimus, postquam capta esset Jerusalem, et Israel captivus esset abductus, his qui reliqui erant, locutum esse Jeremiam prophetam, quæ Deus dixerat, ne descenderent in Ægyptum. Deinde impudenter mulieres, imo nullo ejus iræ sensu tactæ, ei dixerunt: Non misit te Dominus: et alia his ex impotenti insania adjecerunt. Postquam enim, dixerunt, destitimus sacrificare reginæ cœli, hæc omnia mala in nos venerunt. Proinde verum est quod dicitur: Non cognoverunt ulli ex illis, neque animum adhibuerunt, cum bellum illos oppresserat, et undique cingentibus eos, qui combusserunt.

[44] Jos. x, 12. [45] Jer. v, 3.

carnem natus ex muliere) novum dedit fœdus, olim voce prophetarum prænuntiatum. Factus est etiam gentibus lux: divinum quoque est et istuc. Etenim legislatorem, et irritam reddere sapientissimi Moysis umbram, et adjicere porro nova antiquis divinissima potestate, et illuminare posse eos qui versantur in tenebris, et oculos cæcorum aperire (affulsit enim gentibus divina et cœlestis lux), quid? nonne manifesto est indicio et argumento, eum et esse Deum et ex Deo secundum naturam? Quod autem spiritibus in inferno prædicatum abierit, et detentis in domo custodiæ apparuerit Christus, et omnes vinculis liberaverit, et necessitate, et pœna, et supplicio, porro pergit ostendere, cum ait, eum educere e vinculis vinctos, et e domo custodiæ sedentes in tenebris.

Θεοῦ Λόγος εἰς τόνδε τὸν κόσμον μετὰ σαρκὸς, καὶ τοῖς ἐκ γένους, τοῦτ' ἔστι, ἐξ αἵματος Ἰσραήλ· ἐξ αὐτῶν γὰρ πέφηνεν τὸ κατὰ σάρκα γεννηθεὶς ἐκ γυναικός· τὴν καινὴν δέδωκε διαθήκην, τὴν πάλαι προηγγελμένην διὰ φωνῆς προφητῶν. Γέγονε δὲ καὶ τοῖς ἔθνεσι φῶς. Θεοπρεπὲς δὲ καὶ τοῦτο. Τὸ γάρ τοι νομοθέτην, καὶ ἄπρακτον ἀποφῆναι τὴν τοῦ πανσόφου Μωσέως σκιὰν, προσεπιθεῖναι δὲ τοῖς ἀρχαίοις τὰ νέα θεοπρεπεστάτῃ ἐξουσίᾳ, τὸ δὲ δὴ καὶ φωτίζειν τοὺς ἐν σκότῳ δύνασθαι, καὶ τυφλῶν ἀνοίγειν ὀφθαλμούς· ἐνήστραψε γὰρ τοῖς ἔθνεσι τὸ θεῖόν τε καὶ οὐράνιον φῶς· πῶς οὐκ ἂν ἔχοι σαφῆ τὴν ἀπόδειξιν, τοῦ, καὶ ὅτι Θεὸς, καὶ ἐκ Θεοῦ κατὰ φύσιν ἐστίν; Ὅτι δὲ καὶ τοῖς ἐν ᾅδου πνεύμασι πορευθεὶς ἐκήρυξε, καὶ τοῖς καθειργμένοις ἐν οἴκῳ φυλακῆς ἐπεφάνη Χριστὸς, καὶ πάντας ἀνῆκε δεσμῶν, καὶ ἀνάγκης, καὶ ποινῆς, καὶ δίκης, προαπέφηνεν εἰπὼν, ἐξαγαγεῖν ἐκ δεσμῶν δεδεμένους καὶ ἐξ οἴκου φυλακῆς καθημένους ἐν σκότει.

Vers. 8, 9. *Ego Dominus Deus tuus, hoc meum est nomen. Gloriam meam alteri non dabo, nec virtutes meas sculptilibus. Quæ a principio ecce venerunt, et nova, quæ ego annuntiabo, et antequam annuntientur, indicata sunt vobis.*

Ἐγὼ Κύριος ὁ Θεὸς, τοῦτό μού ἐστιν ὄνομα. Τὴν δόξαν μου ἑτέρῳ οὐ δώσω, οὐδὲ τὰς ἀρετάς μου τοῖς γλυπτοῖς. Τὰ ἀπ' ἀρχῆς ἰδοὺ ἥκασι, καὶ καινὰ ἃ ἐγὼ ἀναγγελῶ. Καὶ πρὸ τοῦ ἀναγγεῖλαι ἐδηλώθη ὑμῖν.

Proprie enim et vere et solus tum est, tum dicitur a nobis universorum opifex. Et sicuti Paulus sapientissimus inquit: « Etiamsi multi sunt dii et domini, et in cœlo et in terra: at nobis unus Deus ac Pater, ex quo omnia, et nos ex ipso: et unus Dominus Jesus Christus, per quem omnia, et per ipsum nos [7]. » Quoniam autem magnarum rerum et mirabilium effectorem se nobis induxit: nec idolis inanimis, nec alteri creaturæ ulli suam gloriam daturum se ait aut divinas virtutes, sed sibi ipsi soli servasse. Nec enim consentaneum est, divinitatis gloriam ulli alii præterea substantiæ ratione convenire, nisi ipsi naturæ soli et ineffabili, et quæ est supra omnia. Cum autem dicat nulli se gloriam suam daturum, Filio eam donavit. Gloria enim evectus est, quemadmodum sane et Pater qui adoratur in cœlo et in terra. Quomodo ergo dedit ei qui quasi alius ab ipso non sit, **540** ratione æqualis substantiæ, licet in hypostasin propriam uterque dividatur? Una siquidem summæ divinitatis natura, in tribus subsistentiis propriis, et intelligitur et adoratur ab his qui recte sentiunt. Cum dicit: Quæ a principio, ecce venerunt, et nova quæ ego annuntiabo, et antequam annuntientur, indicata sunt nobis: non vult ut a nobis sermoni Servatoris nulla in re credatur. Quemadmodum enim, inquit, ad finem adducta sunt quæ ab initio dicta sunt de adventu ipsius: sic evenient vere, etiam quæ dicit nova, et antequam manifesta fiant, sunt indicata. Quænam illa? Promisit enim nobis Dominus noster Jesus Christus vitam futuri sæculi, quæ est scilicet in incorruptione, sanctificatione, justitia, regnum cœlorum: spiritualium bonorum gloriosam participationem, probitatis fructus, pietatis præmia, charitatis erga

Κυρίως γὰρ καὶ ἀληθῶς καὶ μόνος Θεὸς ἂν εἴη, καὶ λέγοιτο πρὸς ἡμῶν ὁ τῶν ὅλων Δημιουργός. Καὶ καθά φησιν ὁ πάνσοφος Παῦλος· « Κἂν εἰ πολλοί τινες εἶεν θεοὶ καὶ κύριοι ἔν τε οὐρανῷ, καὶ ἐπὶ τῆς γῆς· ἀλλ' ἡμῖν εἷς Θεὸς καὶ Πατὴρ, ἐξ οὗ τὰ πάντα, καὶ ἡμεῖς ἐξ αὐτοῦ· καὶ εἷς Κύριος Ἰησοῦς Χριστὸς, δι' οὗ τὰ πάντα, καὶ ἡμεῖς δι' αὐτοῦ. » Ἐπειδὴ δὲ μεγάλων ἡμῖν καὶ τεθαυμασμένων πραγμάτων ἀποτελεστὴν ἑαυτὸν εἰσκεκόμικεν, οὐ τοῖς ἀψύχοις εἰδώλοις, οὔτε μὴν ἑτέρῳ τινὶ τῶν κτισμάτων τὴν ἑαυτοῦ δόξαν χαριεῖσθαί φησιν, ἤτοι τὰς θεοπρεπεῖς ἀρετὰς, ἀλλ' ἑαυτῷ τηρῆσαι μόνῳ. Καὶ γὰρ ἦν ἀκόλουθον τὴν τῆς θεότητος δόξαν, οὐδενὶ τῶν ἄλλων καὶ παρ' αὐτῶν οὐσιωδῶς ἑτέρῳ ἐμπρέπειν, ἀλλ' αὐτῇ καὶ μόνῃ τῇ ἀῤῥήτῳ καὶ ὑπὲρ πάντα φύσει. Οὐδενὶ δὲ λέγων τὴν ἑαυτοῦ χαριεῖσθαι δόξαν, δέδωκεν αὐτὴν τῷ Υἱῷ· δεδόξασται γὰρ, καθάπερ ἀμέλει καὶ ὁ Πατὴρ προσκυνούμενος ἔν τε οὐρανῷ καὶ ἐπὶ γῆς. Πῶς οὖν ἄρα δέδωκεν ὡς οὐχ ὄντι παρ' αὐτῶν ἑτέρῳ, κατά γε τὸν τῆς ὁμοουσιότητος λόγον, κἂν εἰς ὑπόστασιν ἰδικὴν ἑκάτερος ἀπετέμνετο; Μία γὰρ ἡ τῆς ἀνωτάτω θεότητος φύσις ἐν τρισὶν ὑποστάσεσιν ἰδικαῖς, νοουμένη τε καὶ προσκυνουμένη παρὰ τῶν ὀρθὰ φρονεῖν εἰωθότων. Λέγων· Τὰ δὲ ἀπ' ἀρχῆς, ἰδοὺ ἥκασι. Καὶ καινὰ, ἃ ἐγὼ ἀναγγελῶ, καὶ πρὸ τοῦ ἀναγγεῖλαι, ἐδηλώθη ἡμῖν· οὐκ ἐφίησι πρὸς ἡμῶν τὸν τοῦ Σωτῆρος κατά τι γοῦν ὅλως ἀπιστεῖσθαι λόγον. Ὥσπερ γὰρ, φησὶν, εἰς πέρας ἤχθη τὰ ἀπ' ἀρχῆς εἰρημένα περὶ τῆς ἐπιδημίας αὐτοῦ, οὕτως ἐκβήσεται πρὸς τὴν ἀλήθειαν· καὶ ἅπερ ἂν εἴπῃ καινὰ, πρὶν ἐμφανῆ γενέσθαι δηλωθῇ. Ποῖα δὲ ταῦτά ἐστιν; Ἐπηγγείλατο γὰρ ἡμῖν ὁ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς ὁ Χριστὸς τὴν εἰς αἰῶνα τὸν μέλλοντα ζωὴν, δηλονότι τὴν ἐν ἀφθαρσίᾳ, καὶ ἁγιασμῷ, καὶ δικαιο-

[7] I Cor. VIII, 5, 6.

σύνῃ, τὴν τῶν οὐρανῶν βασιλείαν· τῶν πνευματικῶν ἀγαθῶν τὴν εὐκλεᾶ μέθεξιν, τοὺς τῆς ἐπιεικείας καρποὺς, τῆς εὐσεβείας τὰ γέρα, τῆς εἰς αὐτὸν ἀγάπης τὸν στέφανον· ὧν καὶ ἡμᾶς γένοιτο τυχεῖν δι' αὐτοῦ χάριτος καὶ φιλανθρωπίας· δι' αὐτοῦ τε καὶ σὺν αὐτῷ τῷ Θεῷ καὶ Πατρὶ ἡ δόξα σὺν ἁγίῳ Πνεύματι εἰς τοὺς αἰῶνας. Ἀμήν.

A ipsum coronam. Quæ utinam consequamur, gratia ejus et benignitate! Et per ipsum et cum ipso sit Deo ac Patri gloria, cum sancto Spiritu in æternitatem. Amen.

ΒΙΒΛΙΟΝ ΤΕΤΑΡΤΟΝ.

541 LIBER QUARTUS.

ΛΟΓΟΣ Α'.

Ἐπέφανεν ἐν ἡμῖν Θεὸς ὢν Κύριος, κατὰ τὰς Γραφὰς, καὶ σεσαγήνευται δι' αὐτοῦ πρὸς τὴν διὰ πίστεως χάριν ἡ τῶν πλανωμένων ἀγέλη. Προσδοκία γὰρ ἦν ἐθνῶν, καὶ τοὺς ἐν ὁμίχλῃ καὶ σκότῳ πρὸς τὸ τῆς ἀληθείας ἐκάλεσε φῶς ὁ Θεὸς καὶ Πατὴρ δι' αὐτοῦ. Καὶ τοῦτο ἡμῖν κατέστησεν ἐναργὲς διὰ τῶν ὀπίσω, βραχὺ λέγων· « Ἐγὼ Κύριος ὁ Θεὸς ἐκάλεσά σε ἐν δικαιοσύνῃ, καὶ κρατήσω τῆς χειρός σου, καὶ ἐνισχύσω σε, καὶ δέδωκά σε εἰς διαθήκην γένους, εἰς φῶς ἐθνῶν, ἀνοῖξαι ὀφθαλμοὺς τυφλῶν, ἐξαγαγεῖν ἐκ δεσμῶν δεδεμένους, καὶ ἐξ οἴκου φυλακῆς καθημένους ἐν σκότῳ βαθεῖ. » Τέθειται γὰρ ὁ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς παρὰ τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς εἰς διαθήκην μὲν τοῦ κατὰ σάρκα γένους, φημὶ C δὴ τῶν ἐξ Ἰσραὴλ, οἷς καὶ πάλαι Θεὸς ἐπηγγέλλετο δι' ἑνὸς προφήτου λέγων· « Ἰδοὺ ἡμέραι ἔρχονται, λέγει Κύριος, καὶ συντελέσω ἐπὶ τὸν οἶκον Ἰσραὴλ, καὶ ἐπὶ τὸν οἶκον Ἰούδα διαθήκην καινὴν, οὐ κατὰ τὴν διαθήκην ἣν διεθέμην τοῖς πατράσιν αὐτῶν. » Μωσῆς μὲν γὰρ ὁ θεσπέσιος, σκιᾶς καὶ τύπου διάκονος ἦν, ἐν μέτροις ὑπάρχων τοῖς ἱκετικοῖς. Χριστός γε μὴν ὡς Υἱὸς καὶ Κύριος διαθήκης καινῆς γέγονε βραβευτής. Καινῆς δέ φημι, τῆς εἰς καινότητα ζωῆς ἁγίας ἀναμορφούσης τὸν ἄνθρωπον, καὶ διὰ πολιτείας εὐαγγελικῆς εὐδόκιμον, καὶ ἀληθινὸν ἀποφαινούσης προσκυνητήν· « Πνεῦμα γὰρ, φησὶν, ὁ Θεὸς, καὶ τοὺς προσκυνοῦντας αὐτὸν ἐν πνεύματι καὶ ἀληθείᾳ δεῖ προσκυνεῖν. » Οὐκοῦν τέθειται εἰς διαθήκην γένους, καὶ εἰς φῶς ἐθνῶν, τοῦ ἀνοῖξαι ὀφθαλμοὺς D τυφλῶν, καὶ ἐξαγαγεῖν ἐκ δεσμῶν δεδεμένους. Ὁ μὲν γὰρ ἀρχέκακος Σατανᾶς κατεσκότισε τῶν ἐθνῶν τὰς καρδίας· « Ἐματαιώθησαν γὰρ ἐν τοῖς διαλογισμοῖς αὐτῶν, καὶ φάσκοντες εἶναι σοφοὶ ἐμωράνθησαν, καὶ ἤλλαξαν τὴν δόξαν τοῦ ἀφθάρτου Θεοῦ ἐν ὁμοιώματι εἰκόνος φθαρτοῦ ἀνθρώπου, καὶ πετεινῶν, καὶ τετραπόδων, καὶ ἑρπετῶν. » Τὸ δέ γε φῶς τὸ ἀληθινὸν, τοῦτ' ἔστι, Χριστὸς, ὡς νοητὸς ἡμῖν ἀνέτειλεν ἑωσφόρος, καὶ ὡς τῆς δικαιοσύνης ἥλιος, τὴν τῆς ἀληθοῦς θεογνωσίας ἁπλώσας ἀκτῖνα, τὸν ἐκ διαβολικῆς ἀπά-

B

ORATIO I.

Apparuit nobis Deus Dominus, ut in Scripturis habetur: et per ipsum captus est ac irretitus ad gratiam per fidem grex errantium. Exspectatio enim erat gentium, et per ipsum Deus ac Pater in tenebris et caligine mentis et intelligentiæ versantes ad veritatis lucem evocavit. Idque nobis verbis superioribus perspicuum reddidit, paucis dicens: « Ego Dominus Deus vocavi te in justitia, et apprehendam manum tuam, et corroborabo te, et dedi te in fœdus generis, in lucem gentium, ut oculos cæcorum aperires, vinctos e vinculis educeres et sedentes in tenebris profundis e domo custodiæ [8]. » Positus enim est Dominus noster Jesus Christus a Deo et Patre in fœdus sui generis, secundum carnem Israelitarum, inquam: quibus etiam per quemdam e prophetis iterum Deus adpromisit, cum inquit: « Ecce dies veniunt, dicit Dominus, et 542 consummabo super domum Israelis, et super domum Juda testamentum novum, non juxta fœdus, quod pepigi cum patribus eorum [9]. » Moyses namque divinus umbræ et typi minister erat, supplicis mensuram ac personam gerens: Christus vero, ut Filius ac Dominus, testamenti novi factus est administrator. Novi, inquam, quod ad novitatem sanctæ vitæ revocat, quod hominem reformat, et quod per evangelicam conversationem probatum et verum cultorem efficit. « Deus enim, inquit, est spiritus, et qui eum adorant, in spiritu et veritate oportet adorare [10]. » Itaque positus est in testamentum generis, et in lumen gentium, ut aperiret oculos cæcorum, et educeret vinctos e vinculis. Nam princeps ac caput malorum Satanas cordibus gentium offudit tenebras. « Evanuerunt enim in cogitationibus suis, et cum se profiterentur esse sapientes, infatuati sunt, et gloriam incorruptibilis Dei in similitudinem imaginis corruptibilis hominis, et volucrum, et quadrupedum, et reptilium, commutarunt [11]. » Vera autem lux, id est Christus, velut intelligibilis lucifer nobis exortus est, et velut sol justitiæ: veræ ac divinæ cognitio-

[8] Isa. XLII, 6, 7. [9] Jer. XXXI, 31, 32. [10] Joan. IV, 24. [11] Rom. I, 21-23.

nis radio expanso, tenebras diabolici erroris, quæ terræ incolas obruerunt, dissipavit: suorum delictorum catenis inevitabilibus captos e vinculis liberavit. Quod ergo hi quondam creaturam præ Creatore coluerunt, qui tenebras mentis circumtulerunt, qui operibus manuum suarum persuasi sunt se prosternere, qui procul a Deo abfuerunt, per fidem quæ est in Christo vocandi essent, et universorum Regem atque Dominum agnituri, pulcherrime oratio prophetica declarat. Præcipit enim his qui per Christum misericordiam consecuti sunt, ut ipsum gloriose prædicarent: itaque inquit:

VERS. 10. *Cantate Domino canticum novum; principatus ejus, celebrate nomen ejus ab extremo terræ: descendentes in mare, et navigantes in eo, insulæ, et incolentes eas.*

Novus est hymnus seu canticum, novitati rerum congruens. « Si quis enim in Christo est, nova creatura est, sicuti scriptum est: Et vetera præterierunt, et facta sunt omnia nova [12]. » Redempti enim sunt ex Ægyptiorum tyrannide, qui ex sanguine Israelitico fuerunt, sapientissimo Moyse tum sequestro: erepti sunt ex laterum labore, et e vanis
543 sudoribus in studiis terrenis, e sævitia præfectorum operis, e dominatoris inhumanitate: transierunt per medium mare, comederunt in deserto manna, biberunt aquam ex petra, transiverunt Jordanem sicco pede, introducti sunt in terram promissionis. Sed hæc apud nos omnia nova sunt, et antiquis incomparabiliter meliora. Non enim carnali, sed spirituali servitute liberati sumus, et pro rerum terrenarum studiis, erepti sumus ex carnalis cupiditatis inquinationibus: nec operum exactores effugimus Ægyptios, nec tyrannum impium quidem, et inclementem, hominem tamen sicut et nos: at potius malos et impuros dæmonas impellentes ad peccandum, et hujus gregis præsidem, id est, Satanam. Transivimus, tanquam salum quoddam, præsentis vitæ fluctus, et in ea turbam ac tumultuationes vanas. Manna mentis et intelligentiæ, panem cœli qui vitam dat mundo, edimus: aquam ex petra, Christi rivis, intelligibilibus scilicet, quasi affluentes et deliciantes bibimus. Jordanem, sancto baptismate dignati, transivimus. In terram promissam et dignam sanctis intravimus, cujus etiam Servator ipse meminit, dicens: « Beati mites, quia ipsi terram hæreditario possidebunt [13]. » Itaque ob nova facinora, novum hymnum cantari oportuit a principatu ejus: id est, ab his qui subsunt et parent ei: et hymnum cantari oportuit, vel eo dignam glorificationem, non in sola Judæorum regione, sed a terminis terræ scilicet usque ad terminos, id est, per universorum orbem terrarum. Olim enim erat in Judæa notus Deus, et in solo Israel magnum nomen ejus. Postquam autem vocati sumus per Christum ad agnitionem veritatis; plenum factum est cœlum et terra gloria ipsius. Sic enim et Psaltes ait:

[12] II Cor. v, 17. [13] Matth. v, 4.

A της ἐπισκήψαντα τοῖς ἐπὶ τῆς γῆς κατεσκέδασε σκότον· ἠλευθέρωσεν ἐκ δεσμῶν τοὺς ταῖς τῶν οἰκείων πλημμελημάτων σειραῖς ἐν ἀφύκτοις εἰλημμένους. Ὅτι τοίνυν οἱ πάλαι τῇ κτίσει παρὰ τὸν Κτίστην λατρεύοντες, οἱ σκότον ἔχοντες εἰς νοῦν, οἱ τοῖς ἔργοις τῶν ἰδίων χειρῶν ἀναπεπεισμένοι προσκυνεῖν, οἱ μακρὰν ὄντες Θεοῦ, κεκλήσονται διὰ πίστεως τῆς ἐν Χριστῷ, ἐπιγνώσονταί τε τὸν τῶν ἁπάντων Βασιλέα καὶ Κύριον, διαδείκνυσιν εὖ μάλα τῆς προφητείας ὁ λόγος. Προστάττει γὰρ τοῖς ἠλεημένοις διὰ Θεοῦ δοξολογεῖν αὐτὸν, οὕτω τέ φησιν·

Ὑμνήσατε τῷ Κυρίῳ ὕμνον καινὸν, ἡ ἀρχὴ αὐτοῦ, δοξάζετε τὸ ὄνομα αὐτοῦ ἀπ' ἄκρου τῆς γῆς· οἱ καταβαίνοντες εἰς τὴν θάλασσαν, καὶ πλέοντες αὐτήν· αἱ νῆσοι, καὶ οἱ κατοικοῦντες αὐτάς.

B Καινὸς ὁ ὕμνος, καὶ τῇ τῶν πραγμάτων καινότητι πρέπων. « Εἴ τις γὰρ ἐν Χριστῷ, καινὴ κτίσις, κατὰ τὸ γεγραμμένον, καὶ τὰ ἀρχαῖα παρῆλθε, γέγονε δὲ τὰ πάντα καινά. » Λελύτρωνται μὲν γὰρ ἐκ τῆς Αἰγυπτίων πλεονεξίας οἱ ἐξ αἵματος Ἰσραὴλ, μεσιτεύοντος τὸ τηνικάδε τοῦ πανσόφου Μωσέως, καὶ πλινθείας ἐξῄρηνται, καὶ ἱδρώτων κενῶν τῶν ἐπὶ γηΐνοις σπουδάσμασιν ἔργον· κηδεστῶν ἀγριότητος, καὶ τῆς τοῦ κρατοῦντος ἀπανθρωπίας· διεβιβάσθησαν διὰ μέσης θαλάσσης, ἔφαγον ἐν τῇ ἐρήμῳ τὸ μάννα, ἔπιον ὕδωρ ἐκ πέτρας, ἀβρόχῳ ποδὶ διῆλθον τὸν Ἰορδάνην, εἰσεκομίσθησαν εἰς τὴν γῆν τῆς ἐπαγγελίας. Τάδε ἐφ' ἡμῖν πάντα καινὰ, καὶ τῶν ἀρχαίων ἀσυγκρίτως ἐν ἀμείνοσιν. Οὐ γὰρ σαρκικῆς, μᾶλλον C δὲ πνευματικῆς δουλείας ἐξῃρήμεθα, καὶ ἀντὶ τῶν περὶ γῆν σπουδασμάτων τῶν ἐκ φιλοσαρκίας ἀπηλλάγμεθα μολυσμῶν· οὐκ ἐργοδιώκτας ἐφύγομεν Αἰγυπτίους, οὐδὲ τύραννον μὲν ἀσεβῆ, καὶ ἀνήμερον, πλὴν ἄνθρωπον καθ' ἡμᾶς, τοὺς συνωθοῦντας δὲ μᾶλλον εἰς ἁμαρτίαν πονηροὺς καὶ ἀκαθάρτους δαίμονας, καὶ τὸν ταῖς τούτων ἀγέλαις ἐφεστηκότα, τοῦτ' ἔστι, Σατανᾶν. Διέβημεν καθάπερ τινὰ θάλατταν, τοῦ παρόντος βίου τὸν κλύδωνα, καὶ τὴν ἐν αὐτῷ τύρβην, καὶ εἰκαίους ὄντως περισπασμούς. Ἐφάγομεν τὸ μάννα τὸ νοητὸν, τὸν ἄρτον τὸν ἐξ οὐρανοῦ, τὸν ζωὴν διδόντα τῷ κόσμῳ· ἐπίομεν ὕδωρ ἐκ πέτρας, τοῖς Χριστοῦ νάμασιν ἐντρυφήσαντες, νοητοῖς δὲ δηλονότι. Διέβημεν τὸν Ἰορδάνην, ἀξιωθέντες τοῦ ἁγίου βαπτίσματος, εἰσήλθομεν εἰς τὴν D τοῖς ἁγίοις ἐπηγγελμένην καὶ πρέπουσαν γῆν, ἧς καὶ αὐτὸς ὁ Σωτὴρ διαμνημονεύει, λέγων· « Μακάριοι οἱ πραεῖς, ὅτι αὐτοὶ κληρονομήσουσι τὴν γῆν. » Οὐκοῦν ἐπὶ καινοῖς κατορθώμασι, καινὸν ἔδει γενέσθαι τὸν ὕμνον παρὰ τῆς ἀρχῆς αὐτοῦ· τοῦτ' ἔστι, παρὰ τῶν ὑπ' αὐτῷ γεγονότων καὶ ἀρχομένων ὑπ' αὐτοῦ· γενέσθαι δὲ τὸν ὕμνον, ἤτοι τὴν αὐτῷ πρέπουσαν δοξολογίαν, οὐ κατά γε μόνην τὴν τῶν Ἰουδαίων χώραν, ἀλλὰ γὰρ ἀπ' ἄκρου τῆς γῆς εἰς ἄκρον δηλονότι, τοῦτ' ἔστιν, ἅπασαν τὴν ὑπ' οὐρανόν. Πάλαι μὲν γὰρ ἦν ἐν τῇ Ἰουδαίᾳ γνωστὸς ὁ Θεὸς, καὶ ἐν μόνῳ τῷ Ἰσραὴλ μέγα τὸ ὄνομα αὐτοῦ. Ἐπειδὴ

δὲ κεκλήμεθα διὰ Χριστοῦ πρὸς ἐπίγνωσιν ἀληθείας, πλήρης γέγονεν ὁ οὐρανὸς καὶ ἡ γῆ τῆς δόξης αὐτοῦ. Οὕτω γάρ που καὶ ὁ Ψάλλων φησίν, ὅτι « Πληρωθήσεται τῆς δόξης αὐτοῦ πᾶσα ἡ γῆ. » Τίνες οὖν οἱ δοξολογεῖσθαι τὸ ὄνομα αὐτοῦ προστάττοντες ἀπ' ἄκρου τῆς γῆς, οἱ τοὺς ᾠδοὺς ἱστάντες αὐτῷ, καὶ χοροστατεῖν ἀναπείθοντες, καὶ εἰς θίασον συγκαλοῦντες πνευματικόν, οἱ καταβαίνοντες εἰς θάλασσαν, καὶ πλέοντες αὐτήν, αἱ νῆσοι, καὶ οἱ κατοικοῦντες αὐτάς; Διαμέμνηται δὲ, καθάπερ ἐγῷμαι, τῶν ἁγίων ἀποστόλων. Οὐ γάρ τοι κατὰ μόνην τὴν Ἰουδαίαν ἐκήρυττον τὸν Ἰησοῦν, καὶ τὴν δι' αὐτοῦ χάριν, ἀλλὰ γὰρ καὶ θάλασσαν διαπεραιούμενοι ταῖς τῶν ἐθνῶν εὐηγγελίζοντο χώραις. Ἀφίκοντο γοῦν καὶ μέχρι τοῦ Ἰλλυρικοῦ, καὶ ἐπέκεινα, ὥστε καὶ τὰς ἐν τῇ θαλάσσῃ νήσους μὴ ἀνηκόους ἀπομεῖναι τῶν ἱερῶν κηρυγμάτων, μήτε μὴν τοὺς οἰκοῦντας αὐτάς. Καὶ ἱστορικῶς μὲν ὡδὶ τοῖς εἰρημένοις προσβαλεῖς. Συνήσεις δὲ, εἰ δοκεῖ, καὶ καθ' ἕτερον τρόπον τῆς προφητείας τοὺς λόγους. Θαλάσσῃ μὲν γὰρ ἡ θεόπνευστος Γραφὴ παρεικάζει πολλάκις τόνδε τὸν κόσμον, ἤτοι τὸν βίον τὸν ἀνθρώπινον, κατά γε τὸ ἐν Ψαλμοῖς ὑμνούμενον· « Αὕτη ἡ θάλασσα ἡ μεγάλη, καὶ εὐρύχωρος· ἐκεῖ ἑρπετὰ, ὧν οὐκ ἔστιν ἀριθμὸς, ζῶα μικρὰ μετὰ μεγάλων. » Ἐοικέναι δὲ θαλάσσῃ τὸν καθ' ἡμᾶς ἰσχυρίζεται βίον, δι' αὐτὸ τάχα που τὸ ἀστάθμητον τῶν ἐν αὐτῇ πραγμάτων, καὶ τὸ ἄνω τε, καὶ τὸ κάτω, καὶ τὸ ἐν συγχύσει πολλῇ. Διαπλέουσι δὲ τὴν τοιάνδε θάλασσαν οἱ μὴ βαπτιζόμενοι παρ' αὐτῆς, ἀνανηχόμενοι δὲ ὥσπερ, καὶ περισπασμῶν ἑαυτοὺς ἀπαλλάττοντες κοσμικῶν. Οὗτοι τῆς παρὰ Θεοῦ τυχόντες ἐπικουρίας, καὶ τῶν διὰ Χριστοῦ χαρισμάτων ἀεὶ μεμνημένοι δοξολογοῦσιν αὐτόν, αἵ τε νῆσοι, τοῦτ' ἔστιν, αἱ Ἐκκλησίαι μονονουχὶ τῇ νοητῇ διεσωσμέναι θαλάσσῃ, καὶ δεχόμεναι τοὺς χειμαζομένους ὑπὸ πνεύματος πονηροῦ, αὗται δοξολογοῦσι Χριστόν, ἤγουν οἱ κατοικοῦντες αὐτάς. Ἐκκλησίας γὰρ ὅτε φαμὲν, ἤγουν ὀνομάζομεν, τοὺς ἐν αὐταῖς ὄντας ἁγίους προσκυνητὰς σημαίνομεν. Ἰστέον γε μὴν κἀκεῖνο· Καλοῦνται γὰρ νῆσοι καὶ ὅσαιπέρ εἰσι κωμῶν ἢ πόλεων ἐν μέσῳ κείμεναι πολλῆς τε καὶ εὐρείας γε μὴν ἐρήμου.

A « Implebitur gloria ejus omnis terra [14]. » Qui sunt ergo qui jubent nomen ejus celebrari ab extremis terræ finibus, qui cantores ei constituunt, qui suadent simul chorum symphoniarum instituere, qui ad festum convocant spirituale? qui descendunt in mare, et in eo navigant, insulæ et eas inhabitantes? Mentionem hic facit, ut ego sentio, sanctorum apostolorum. Non enim per solam Judæam prædicarunt Jesum, et gratiam per ipsum, **544** sed et mare trajicientes, regionibus gentium Evangelium nuntiarunt. Nam ad Illyricum usque et ultra pervenerunt, ut etiam maritimæ insulæ sacras prædicationes audirent, et qui etiam in illis habitarunt. Atque hæc quidem historice dicta sic expendere poteris. Intelliges autem, si placet, alio modo B propheticos sermones. Mari enim sæpenumero Scriptura divinitus inspirata hunc mundum et vitam humanam comparat, secundum id quod in Psalmis canitur: « Hoc mare magnum et spatiosum, illic reptilia, quorum non est numerus, animalia parva cum magnis [15]. » Similem autem confirmat esse vitam nostram mari, propter rerum in ea inconstantiam, et quod susque deque plurimum misceantur. Hoc mare transfretant, qui in eo non demersi sunt, sed enatant quasi, et se mundi occupationibus extricant: hi divinum auxilium consecuti, et donorum per Christum semper memores, eum celebrant. Insulæ quoque, nimirum Ecclesiæ, quæ intelligibile mare tantum non cingunt, et mali spiritus fluctibus jactatos recipiunt, hæ Christum celebrant, nempe qui C eas inhabitant. Ecclesias cum enim dicimus seu nominamus, sanctos in illis cultores significamus. Sciendum et illud: Vocantur enim insulæ etiam villæ seu urbes, quæcunque magnæ et latæ in medio solitudinis positæ sunt.

Εὐφράνθητι, ἔρημος, καὶ αἱ κῶμαι αὐτῆς, ἐπαύλεις, καὶ οἱ κατοικοῦντες Κηδάρ. Εὐφρανθήσονται οἱ κατοικοῦντες Πέτραν, ἀπ' ἄκρων τῶν ὀρέων βοήσουσι. Δώσουσι τῷ Θεῷ δόξαν, τὰς ἀρετὰς αὐτοῦ ἐν ταῖς νήσοις ἀναγγελοῦσιν.

VERS. 11, 12. *Lætare, solitudo, et vici ejus, villæ, et qui inhabitant Cedar. Lætabuntur qui habitant in Petra, de summis montibus clamabunt. Dabunt gloriam Deo, virtutes ejus in insulis annuntiabunt.*

Οἱ μακάριοι προφῆται τοὺς περὶ τῆς τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν ἐπιδημίας ἐξυφαίνοντες λόγους, τῆς τῶν ἐθνῶν κλήσεως ποιοῦνται μνήμην πλεισταχοῦ. Καὶ γὰρ ἦν, ὡς ἔφην, ἐθνῶν προσδοκία Χριστός. Ἐπαφιᾶσι δὲ τοὺς περὶ τῶν τοιούτων λόγους, οὐχ ἅπασιν ἁπλῶς τοῖς ἀνὰ πᾶσαν τὴν οἰκουμένην ἔθνεσι καὶ λαοῖς. Οὐ γὰρ ἦν εἰκὸς ἀναριθμήτου πλήθους ἀναπιμπλάσης τὴν ὑπ' οὐρανὸν ἰσχνοεπεῖν ἑλέσθαι τοσοῦτον, ὡς καὶ ἁπάντων ποιεῖσθαι μνήμην ὀνομαστί τε, καὶ κατὰ γένος, δεχόμενοι δὲ πολλάκις τὰς ὁμόρους μὲν τῇ Ἰουδαίᾳ χώρας, εἰδωλολατρούσας δὲ σφόδρα, εἶτα ταύτας κληθήσεσθαι λέγοντες κατὰ καιροὺς, ὡς ἐκ μέρους τὴν τοῦ παντὸς ἐποιοῦντο δήλωσιν. Ὁμόρου

D Beati prophetæ, cum sermones de adventu Servatoris nostri contexunt, plerumque mentionem faciunt vocationis gentium. Erat enim, ut dixi, exspectatio gentium Christus. Cæterum de rebus ejusmodi, non omnibus absolute sermones injiciunt, per universum scilicet orbem gentibus et populis. Non enim verisimile erat, cum innumerabilis multitudo orbem terræ impleret, adeo subtiliter et minutim voluisse dicere, ut omnium nominatim et sigillatim facerent mentionem, sed regionibus accolis Judææ sumptis, idololatriæ deditissimis, quin illas vocandas suo tempore **545** dicerent, ex parte totum demonstrabant. Itaque cum esset finitima Judaicæ terræ solitudo

[14] Psal. CIII, 24. [15] Psal. CIII, 25.

lata, ad austrum sita, quam occuparunt Saracenorum et Arabum gentes: dicit eos qui in ea habitant, gratiam et salutem per Christum aliquando consecuturos. Nomina, etiam vicis seu oppidulis, quæ sunt, inquam, in solitudine, sunt villæ, et Cedar: et Petra quæ in Arabia hodieque sita est, et sic nominata. Superstitiosissimi sunt, ut dixi, hi de quibus sermo est, nimirum horum locorum incolæ, et in totum prolapsi sunt in apostasiam et defectionem a Deo, ut qui impuros spiritus coluerunt. Quoniam vero, ut dixi, participes futuri erant vocationis et salutis, quæ est per evangelicam prædicationem et fidem in Christo; hinc et quidem jure optimo, propheta tanquam pulchros pedes habens, evangelizat bona, et tantum non in altum tollit vocem, et inquit: « Lætare, solitudo, et vici ejus, villæ, et qui inhabitant Cedar: lætabuntur qui inhabitant Petram [16]. » Magna hæc est et admiranda Servatoris nostri potentiæ et præstantiæ demonstratio, qui tam dura et præfracta corda tam facile molliverit, persuaseritque ab inveterato errore discedere, et meliora præferre, et se ad veritatem applicare. Quod etiam voce Ezechielis præsignificavit, dicens: « Avellam cor eorum lapideum de carne eorum, et dabo illis cor carneum, id est, tenerum, ut me cognoscant, quia ego sum Dominus [17]. » Quod itaque et hi vocandi essent, ostendit dicens: Lætare, solitudo, et quæ sunt deinceps. Qui autem sint, qui a summitate montium clamant, et qui dant Deo gloriam, et in insulis ejus virtutes deprædicant, operæ pretium est videre. Nihil prohibet, quo minus illi esse intelligantur qui Petram inhabitant, præaltam et excelsam regionem atque civitatem, qui vocati sunt, qui non jam hymnos et odas contexunt falso nominatis diis, sed potius Deum qui illuminavit, et ad veritatem pellexit et quasi inescavit, celebrant. Vel qui a summis montibus clamant, dici possunt et sane recte divini discipuli, quibus etiam alibi propheta dicit: « Montem excelsum **546** conscende, qui evangelizas Sion: extolle fortiter vocem tuam, qui evangelizas Jerusalem. Tollite, ne timete [18]. » Prædicabant enim summa fiducia et libertate loquendi, et neminem mortalium latere volebant, sed erant ubivis gentium omnibus conspicui, velut civitas in monte sita, nec sermo eorum abscondite et occulte habitus est, sed summa cum libertate et fiducia, ut modo dicebam. Hoc enim illis Servator etiam ipse præcepit, cum inquit: « Quod dico vobis in tenebris, dicite in luce: et quod in aurem auditis, prædicate in tectis [19]. » Dederunt igitur gloriam Deo, et virtutes ejus in insulis annuntiarunt. Nam sanctorum apostolorum et evangelistarum sermo videtur fuisse gloriæ Servatoris nuntius. Nunc enim de ineffabili ejus deitate verba faciunt, et eximiam virtutem laudibus ferunt, nec eum inter mortales genitos recensent, sed supra omne quod exsistit collocant, et natura eumdem cum Deo et Patre faciunt:

A τοίνυν οὔσης τῇ τῶν Ἰουδαίων γῇ τῆς πλατείας ἐρήμου τῆς κατὰ νότου κειμένης, ἣν δὴ κατενέμοντο τὰ Σαραχηνῶν καὶ Ἀῤῥάβων ἔθνη, τοὺς οἰκοῦντας ἐν αὐτῇ τεύξεσθαί φασι κατὰ καιροὺς τῆς διὰ Χριστοῦ χάριτος, καὶ σωτηρίας. Ὀνόματα δὲ ταῖς κώμαις, ἤτοι ταῖς πολίχναις, ταῖς κατά γέ φημι τὴν ἔρημον, ἀπαύλεις, καὶ Κηδὰρ, καὶ Πέτρα, κατὰ τὴν Ἀῤῥάβων γῆν καὶ εἰς δεῦρο κειμένη, οὕτω τε ὠνομασμένη. Δεισιδαιμονέστατοι δὲ, ὡς ἔφην, οἱ περὶ ὧν ὁ λόγος, ἤγουν οἱ τούτων οἰκήτορες, καὶ ὁλοτρόπως ἐκνενεύκασιν εἰς ἀπόστασιν τὴν ἀπὸ Θεοῦ. Λελατρεύκασι γὰρ τοῖς ἀκαθάρτοις πνεύμασιν. Ἐπειδὴ δὲ ἔμελλον, ὡς ἔφην, ἐν μεθέξει γενέσθαι κλήσεώς τε καὶ σωτηρίας τῆς διὰ τῶν εὐαγγελικῶν κηρυγμάτων, καὶ πίστεως τῆς ἐν Χριστῷ· ταύτῃ τοι καὶ μάλα εἰκότως, ὡς ὡραίους
B ἔχων τοὺς πόδας ὁ προφήτης, ἐν τούτοις εὐαγγελίζεται γὰρ ἀγαθὰ, μονονουχὶ καὶ εἰς ὕψος αἴρει τὴν βοὴν, καί φησιν· « Εὐφράνθητι, ἔρημος, καὶ αἱ κῶμαι αὐτῆς, ἐπαύλεις, καὶ οἱ κατοικοῦντες Κηδάρ· εὐφρανθήσονται οἱ κατοικοῦντες Πέτραν. » Ἔνδειξις δὲ μεγάλη, καὶ ἀξιάγαστος τῆς τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν δυνάμεως, καὶ ὑπεροχῆς τὸ χρῆμά ἐστι, τοῦ τὰς οὕτω σκληρὰς, καὶ ἀνουθετήτους καρδίας, εὐκόλως καταμαλάξαντος, καὶ ἀναπείσαντος μὲν τῆς ἀρχαίας ἀπάτης ἀποφοιτᾷν, ἀνθελέσθαι δὲ τὰ ἀμείνω, καὶ μεθαρμόζεσθαι πρὸς ἀλήθειαν. Καὶ τοῦτο ἡμῖν διὰ φωνῆς Ἰεζεκιὴλ προκαταμεμήνυκε λέγων, ὅτι « Ἐκσπάσω τὴν καρδίαν αὐτῶν τὴν λιθίνην, ἐκ τῆς σαρκὸς αὐτῶν, καὶ δώσω αὐτοῖς καρδίαν σαρκίνην, τουτ' ἔστι, τρυ-
C φερὰν, τοῦ εἰδέναι αὐτοὺς ἐμὲ, ὅτι ἐγώ εἰμι Κύριος. » Οὐκοῦν ὅτι κεκλήσονται καὶ αὐτοὶ, κατεσήμαινε λέγων· Εὐφράνθητι, ἔρημος, καὶ τὰ τούτοις ἐφεξῆς. Οἱ δέ γε ἀπ' ἄκρων τῶν ὀρέων βοῶντες, διδόντες τε τῷ Θεῷ δόξαν, καὶ ἐν ταῖς νήσοις ἀναγγέλλοντες τὰς ἀρετὰς αὐτοῦ, τίνες εἶεν ἂν, ἄξιοι ἰδεῖν. Λυπεῖ τοιγαροῦν οὐδὲν, καὶ αὐτοὺς νοεῖσθαι τοὺς κεκλημένους, οἱ Πέτραν οἰκοῦντες, ὑψηλὴν οὕτω καὶ ἠρμένην χώραν τε καὶ πόλιν, οὐκέτι μὲν ὕμνους καὶ ᾠδὰς ὑφαίνουσι τοῖς ψευδωνύμοις θεοῖς, δοξολογοῦσι δὲ μᾶλλον τὸν καταφωτίσαντα Θεὸν, καὶ σαγηνεύσαντα πρὸς ἀλήθειαν. Ἤγουν οἱ ἀπ' ἄκρων τῶν ὀρέων βοῶντες, λέγοιντ' ἂν εἶναι, καὶ μάλα ὀρθῶς, οἱ θεσπέσιοι μαθηταί. Οἷς καὶ ἑτέρωθί πού φησιν ὁ προφήτης· « Ἐπ' ὄρος ὑψηλὸν ἀνάβηθι, ὁ εὐαγγελιζόμενος Σιών· ὕψωσον
D τῇ ἰσχύϊ τὴν φωνήν σου, ὁ εὐαγγελιζόμενος Ἱερουσαλήμ. Ὑψώσατε, μὴ φοβεῖσθε. » Διεκήρυττον γὰρ ἐν παῤῥησίᾳ πολλῇ, καὶ οὐδένα τῶν ὄντων λανθάνειν ἤθελον, ἀλλ' ἦσαν περίοπτοι τοῖς ἁπανταχοῦ, καθὰ πόλις ἐν ὄρει κειμένη· καὶ ὁ λόγος αὐτοῖς οὐκ ἐν παραβύστῳ, καὶ λεληθότως ἦν, ἀλλ' ἐν πολλῇ παῤῥησίᾳ, καθάπερ ἔφην ἀρτίως. Τοῦτο γὰρ αὐτοῖς καὶ αὐτὸς ὁ Σωτὴρ ἐνετέλλετο λέγων· « Ὃ λέγω ὑμῖν ἐν τῇ σκοτίᾳ, εἴπατε ἐν τῷ φωτὶ, καὶ ὃ εἰς τὸ οὖς ἀκούετε, κηρύξατε ἐπὶ τῶν δωμάτων. » Ἐδίδοσαν τοίνυν τῷ Θεῷ δόξαν, καὶ ἀπήγγελλον αὐτοῦ τὰς ἀρετὰς ἐν ταῖς νήσοις. Ὁ γάρτοι τῶν ἁγίων ἀποστόλων τε καὶ εὐαγγελιστῶν λόγος τῆς τοῦ Σωτῆρος

[16] Isa. XLII, 11. [17] Ezech. XI, 19. [18] Isa. XL, 9. [19] Matth. X, 27.

δόξης ἐξαγγελεὺς ὁρᾶται γεγενημένος. Ποτὲ μὲν γὰρ τοὺς περὶ τῆς ἀῤῥήτου θεότητος αὐτοῦ ποιοῦνται λόγους, καὶ τὴν ὑπερκόσμιον ὑμνοῦσιν ἀρετὴν, οὐχ ἐν γεννητοῖς τιθέντες αὐτὸν, ἀλλ' ἐπέκεινα παντὸς τοῦ κεκλημένου πρὸς ὕπαρξιν, καὶ ἐν ταυτότητι φυσικῇ τῇ πρὸς Θεὸν καὶ Πατέρα· ποτὲ δὲ αὖ διηγοῦνται τὰς ὑπὲρ θαῦμα καὶ λόγον αὐτοῦ θεοσημείας. Τὸ γὰρ ἐγείρειν ἐκ μνημάτων νεκροὺς, καὶ τὸ ὡς ξηρᾷ κεχρῆσθαι θαλάσσῃ, βάσιμον αὐτὴν ἀποφαίνοντα τοῖς ἰδίοις ποσὶ, καὶ τὸ ἀνέμοις ἐπιτιμᾷν, καὶ λόγῳ συντρίβειν τὸν Σατανᾶν, θεοπρεπῆ τὴν δόξαν αὐτῷ πραγματεύεται.

A nunc rursus miracula ejus, quæ nec mirari satis nec eloqui possumus, narrant. Nam excitare e monumentis mortuos, et tanquam arida terra uti mari, illudque suis pedibus permeabile facere, ventos increpare, et verbo Satanam conterere, divinam ejus gloriam diligentissime asserunt.

Κύριος ὁ Θεὸς τῶν δυνάμεων ἐξελεύσεται, καὶ συντρίψει πόλεμον· ἐπεγερεῖ ζῆλον, καὶ βοήσεται ἐπὶ τοὺς ἐχθροὺς αὐτοῦ μετὰ ἰσχύος· Ἐσιώπησα, μὴ καὶ ἀεὶ σιωπήσομαι καὶ ἀνέξομαι; Ἐκαρτέρησα ὡς ἡ τίκτουσα.

VERS. 13, 14. *Dominus Deus virtutum egredietur, et conteret bellum, excitabit æmulationem, et clamabit contra inimicos ejus cum fortitudine. Tacui, num etiam semper tacebo, et sustinebo? Patienter egi, ut pariens.*

B

Πρόεισι καὶ νῦν ὁ λόγος ἐν τάξει πολλῇ, καὶ οὐκ ἀθαύμαστον ἔχει τὴν οἰκονομίαν. Ἔμελλον γὰρ οἱ τῶν τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν θεσπισμάτων ἱερουργοὶ, τὰς ἀρετὰς αὐτοῦ διακηρύττειν τοῖς ἁπανταχοῦ, καὶ ἐν παῤῥησίᾳ πολλῇ τοὺς περί γε τούτων αὐτῶν ποιεῖσθαι λόγους. Ἀλλ' ἦν ἀναγκαῖον ἐννοεῖν, ὅτι πάντῃ τε καὶ πάντως ἀναστήσονται ταῖς οὕτω σεπταῖς αὐτῶν σπουδαῖς τε καὶ προθυμίαις οἱ τῆς ἀληθείας ἐχθροὶ, καὶ τῇ τοῦ Σωτῆρος δόξῃ πολυτρόπως ἐπιβουλεύοντες, ἄνδρες δηλονότι φθόροι τε καὶ δεισιμαίμονες, καὶ διαβολικῆς σκαιότητος ὄργανα, καὶ τῆς ἐκείνου δυστροπίας ὑπασπισταὶ, ἢ τάχα που σὺν αὐτοῖς καὶ αὐτὰ τῶν δαιμονίων τὰ στίφη, ἅτε δὴ καὶ κατασειομένης αὐτῶν τῆς δόξης, καὶ τῆς ἐκ πλεονεξίας πεπορισμένης ἀρχῆς. Κεκρατήκασι γὰρ ἐξ ἀπάτης C τῆς ὑπ' οὐρανόν. Ὅτι τοίνυν ἀνάλωτοι γενήσονται τοῖς ἐχθροῖς, περιέσται δ' αὐτῶν οὐδεὶς Θεοῦ συνασπίζοντος, διαδείκνυσιν ὁ προφήτης ἐν τούτοις, λέγων, ὅτι Κύριος τῶν δυνάμεων ἐξελεύσεται, καὶ συντρίψει πόλεμον, καὶ τὸ, ἐξελεύσεται, φησὶν, ὡς ἐπί τινος τῶν ἐπὶ γῆς βασιλέων ταῖς τῶν πολεμίων φάλαγξιν ἀφορήτως ἐμπίπτοντος ὁμοῦ ταῖς ὑπὸ σκῆπτρα στρατιαῖς. Ὅτι δὲ περιέσται πάντως ὁ τῶν δυνάμεων Κύριος, ἐπέφηνεν, εἰπὼν, ὅτι συντρίψει πόλεμον. Οὐ γὰρ εὐάντητός τισιν ἡ παρὰ Θεοῦ δύναμις, μᾶλλον δὲ οὐδενὶ τῶν ὄντων οἰστὴ, κατεξανισταμένη, καὶ ἐμπίπτουσα, κἂν δυνάμεις ἐννοῶμεν πονηρὰς, κἂν αὐτὸν τὸν ἀποστάτην καὶ ἀλητήριον Σατανᾶν, κἂν ἐπιγείους τινὰς, οἷς ἀντ' ἐκείνων μέλοι· D ἀλλ' οὖν ἔσονται ληπτοὶ, καὶ τοῦτο ἀπονητί γε μὴν καὶ ἀκονιτί. « Τὴν χεῖρα γὰρ τὴν ὑψηλὴν τίς ἀποστρέψει; » κατὰ τὸ γεγραμμένον. Ὅτι τοίνυν τοῖς ἀνθισταμένοις τῷ χορῷ τῶν ἁγίων ἀποστόλων, οὐ πρὸς μόνους ἁγίους ἀγγέλους ὁ πόλεμος ἦν καὶ ἔστιν εἰς δεῦρο, ἀλλὰ γὰρ καὶ πρὸς αὐτὸν τὸν τῶν δυνάμεων Κύριον, πεπληροφόρηκεν ὁ προφήτης, αὐτὸν ἐξελεύσεσθαι λέγων, ἵνα συντρίψῃ πόλεμον. Ἐγερεῖ ζῆλον, φησὶ, τοῦτ' ἔστι, παροξυσμὸν, ἢ τὸν παρ' ἑαυτοῦ κατ' ἐχθρῶν, κατά γε τὸ γεγραμμένον ἐν τοῖς τοῦ Ζαχαρίου λόγοις· « Ἐζήλωκα τὴν Ἱερουσαλὴμ, καὶ τὴν Σιὼν ζῆλον μέγαν· » ἤγουν ἐκ τῶν ὑπεραθλούντων τῆς δόξης αὐτοῦ, δῆλον δὲ ὅτι τῶν σεβομένων αὐτὸν, ὧν ἕνα γενέσθαι καὶ ἀπόλεκτον τὸν ἱερώτατον

Progreditur nunc quoque sermo ordine concinno, et mirabilem habet œconomiam ac dispensationem. Ministri enim oraculorum Servatoris nostri prædicaturi erant ejus virtutes omnibus ubique, et multa cum fiducia de illis rebus verba facturi. Cæterum cogitare debebant, undecunque restituros huic eorum sancto studio et alacritati veritatis hostes, quique majestati Servatoris modis omnibus struunt insidias, homines scilicet corrupti et superstitiosi, et malitiæ diabolicæ organa, et ejus perversitatis propugnatores, et simul cum illis ipsa dæmonum agmina, videlicet quando gloria eorum et imperium vi partum concutitur. **547** Dominabantur enim per fraudem orbi terrarum. Ostendit itaque his verbis, fore ut non caperentur ab hostibus, neque quemquam eos superaturum, Deo protegente, dicens: Dominus virtutum egredietur, et, egredietur, dicit veluti de quopiam rege in terra, qui copiis suo sceptro parentibus hostium phalanges intolerabili impetu adoritur. Quod autem prorsus evasurus sit Dominus exercituum superior, indicat, cum inquit: Conteret bellum. Nec enim ulli mortalium obvia est divina vis, imo nulli omnium qui sunt tolerabilis, si insurgat et impetum faciat, sive potestates malas, seu ipsum defectorem et exitiosum Satanam, sive mortalem aliquem, cui hæc pro illis curæ sunt, intelligamus. Verum et hi quoque comminuentur, idque sine labore et pulvere. « Manum enim excelsam quis avertet? » secundum id quod scriptum est [20]. Quod igitur bellum et fuerit et adhuc sit his qui choro sanctorum apostolorum resistebant, non contra sanctos angelos solum, sed adversus ipsum Dominum exercituum, fidem plene fecit propheta, cum ait, ipsum egressurum, ut bellum conterat. Excitabit æmulationem, inquit, excandescentiam et ardorem: vel suum in hostes, secundum id quod scriptum est in sermonibus Zachariæ: « Æmulatus sum Jerusalem et Sion æmulatione magna [20*]: » vel eorum qui pro ejus gloria certant, videlicet qui ipsum colunt, quorum unum, electum et sanctissimum Paulum fuisse dicimus, qui etiam inquit: « Quis nos separabit a dilectione Christi? Afflictio? num angustia? num persecutio? num fames? num nuditas? num pericu-

[20] Isa. XIV, 27, [20*] Zachar. I, 14.

lum? num gladius?» — «Mihi enim vivere, Christus: et mori, lucrum [20**].» Sic æmulatores et zelatores dicimus fuisse, et sanctos martyres, qui Satana fuerunt fortiores, eumque virtute Christianæ pietatis oppugnarunt. Servarunt enim fidem et charitatem erga ipsum germanam: Excitabit ergo zelum, inquit, et clamabit contra inimicos suos cum fortitudine. Clamabit, posuit pro, jubilabit. Vox etiam hæc victoribus convenientissima, contra victos successum quodammodo gratulans. Deinde inquit: Tacui, num etiam semper tacebo et sustinebo? Patienter duravi, ceu pariens. Hinc optime perspici poterit, quo tempore multitudo gentium in errore versabantur, **548** cum illos Satan dissiparet ac dispergeret, et tenebris peccati quasi denigraret, et a cognitione Domini abduceret, quis tum natura et vere sit universorum Deus, succurrere illis quidem voluisse qui supra omnes est Deum: sed rem abjecisse, et patienter tulisse, cum sine dubio exspectaret commodum tempus auxilii ferendi: nimirum quando incarnatum est et homo factum unigenitum ejus Verbum. Tunc enim, tunc bellum intulit his, qui nos vicerunt, et ab eorum malitia eripuit, opemque attulit, et servavit, proprioque nos jugo subdidit. Itaque præterlapsis retro temporibus, dilaceratis terræ incolis, et Satana leonis in morem omnes devorante: Tacui, inquit: num etiam semper tacebo et sustinebo? Patienter egi, sicut quæ parit [21]. Vide igitur quanta misericordia terræ incolas prosecutus sit Deus universorum, tametsi, ut inquit Psalmista, nemo exerceret bonitatem, sed omnes ad unum usque declinarent et prorsus essent inutiles [22]. Et cum hac de re dolores sentiret (quatenus quidem in illum tristitia cadere poterat), et istuc nostra causa pateretur: tempus, ut dixi, auxilio opportunum observavit.

A Παῦλόν φαμεν, ὅς δὴ καί φησιν· «Τίς ἡμᾶς χωρίσει ἀπὸ τῆς ἀγάπης τοῦ Χριστοῦ; Θλίψεις, ἢ στενοχωρία, ἢ λιμὸς, ἢ γυμνότης, ἢ κίνδυνος, ἢ μάχαιρα;» πάλιν, «Ἐμοὶ γὰρ τὸ ζῆν Χριστὸς, καὶ τὸ ἀποθανεῖν κέρδος.» Οὕτω φαμὲν γενέσθαι ζηλωτὰς, καὶ τοὺς ἁγίους μάρτυρας, οἳ κρείττους γεγόνασι τοῦ Σατανᾶ, καὶ πεπολεμήκασιν αὐτοῦ τῇ δυνάμει, τῆς εἰς Χριστὸν εὐσεβείας ἕνεκα. Τετηρήκασι γὰρ τὴν πίστιν, καὶ τῆς εἰς αὐτὸν ἀγάπης τὸ γνήσιον· Ἐπεγερεῖ τοιγαροῦν ζῆλον, φησὶ, καὶ βοήσεται ἐπὶ τοὺς ἐχθροὺς αὐτοῦ μετὰ ἰσχύος· τὸ βοήσεται, τιθεὶς, ἀντὶ τοῦ, καταλαλάξει. Φωνὴ δὲ αὕτη τοῖς νικῶσι πρεπωδεστάτη, κατορχουμένη τρόπον τινὰ τῶν νενικημένων. Εἶτά φησιν· Ἐσιώπησα, μὴ καὶ ἀεὶ σιωπήσομαι, καὶ ἀνέξομαι; Ἐκαρτέρησα ὡς ἡ τίκτουσα. Ἐντεῦθεν εὖ μάλα κατίδοι τις ἂν ὅτι κατ' ἐκεῖνο τοῦ καιροῦ, καθ' ὃν B ἦν ἐν πλάνῃ τῶν ἐθνῶν ἡ πληθὺς, διαρπάζοντος αὐτοὺς τοῦ Σατανᾶ, καὶ τῷ τῆς ἁμαρτίας σκότῳ καταμελαίνοντος, ἀποφέροντός τε καὶ τοῦ μὴ εἰδέναι μόνον, τίς ὁ φύσει καὶ ἀληθῶς ἐστι τῶν ὅλων Θεὸς, ἐπαμῦναι μὲν αὐτοῖς ἤθελεν ὁ πάντων ἐπέκεινα Θεός· ἀνεδύετο δὲ τὸ χρῆμα, καὶ διεκαρτέρει σαφῶς, τὸν πρέποντα ταῖς ἐπικουρίαις περιμένων καιρόν· ἦν δὲ οὗτος καθ' ὃν ἐσαρκώθη τε, καὶ ἐνηνθρώπησεν ὁ μονογενὴς αὐτοῦ Λόγος. Τότε γὰρ τότε κατεστρατεύσατο τῶν ἡμᾶς νενικηκότων, καὶ ἐξείλετο μὲν τῆς ἐκείνων σκαιότητος, ἀντελάβετο δὲ καὶ σέσωκε, καὶ τοῖς ἰδίοις ἡμᾶς ὑπήνεγκε ζυγοῖς. Οὐκοῦν κατὰ μὲν τὸν παρῳχηκότα καιρὸν διαρπαζομένων τῶν ἐπὶ τῆς γῆς, καὶ λέοντος δίκην κατεσθίοντος ἅπαντας τοῦ Σατανᾶ· Σεσίγηκα, φησί· μὴ καὶ ἀεὶ σιωπήσομαι, καὶ ἀνέξο- C μαι; Ἐκαρτέρησα ὡς τίκτουσα. Ἄθρει δὴ οὖν ὅσην ἐποιεῖτο φειδὼ τῶν ἐπὶ τῆς γῆς ὁ τῶν ὅλων Θεός· καίτοι, καθά φησιν ὁ Ψαλμῳδὸς, οὐδενὸς ποιοῦντος χρηστότητα· ἐκκεκλικότων δὲ ἁπάντων, καὶ ἕως ἑνὸς, καὶ εἰσάπαν ἠχρειωμένων, μονονουχί. Καὶ ὠδῖνας ἔχων τὰς ἐπὶ τούτῳ, καὶ εἴπερ ἠνείχετο καὶ λύπης αὐτὸν εἶναι δεκτικὸν, παθὼν ἂν, καὶ τοῦτο δι' ἡμᾶς καιρῷ τετήρηκεν, ὡς ἔφην, τῷ πρέποντι τὰς ἐπικουρίας.

VERS. 15. *Expellam et arefaciam simul, et ponam fluvios in insulas, et paludes siccabo.*

Quid hic significet ἐκστήσω, inquirendum est necessario. Vel enim dicit: Qui nunc terræ dominantur, ejiciam, exterminari curabo, ac deturbari imperio illis contra omnes dato, secundum id quod dictum est a Christo: «Nunc princeps mundi hujus ejicietur foras [23]:» vel illud ἐκστήσω, intelliges, pro, admirari faciam eos qui præstantia facinora et modum dispensationis meæ vident, et inexplicabilis potentiæ eminentiam: sicuti nimirum propheta Abacum ob hoc eodem stupore perculsus est, cum ait: «Domine, audivi auditionem tuam, et timui: consideravi opera tua, et obstupui [24].» Vel etiam, si placet alio modo illud, ἐκστήσω, intelliges. Qui enim decepti nunc sunt et in tenebris et caligine diabolica, eos ad veritatis agnitionem transferam, et ad divinam et intelligibilem ac cœlestem lucem: qui nunc polluti sunt, et pro-

Ἐκστήσω, καὶ ξηρανῶ ἅμα, καὶ θήσω ποταμοὺς εἰς νήσους, καὶ ἕλη ξηρανῶ.

Τί τὸ Ἐκστήσω, κατασημήνειεν ἂν ἐν τούτοις, πολυπραγμονεῖν ἀναγκαῖον. Ἢ γὰρ ἐκεῖνό φησιν, ὅτι Τοὺς νυνὶ κρατοῦντας τοὺς ἐπὶ τῆς γῆς ἐκβαλῶ, ἔξω τε γενέσθαι παρασκευάσω τῆς πεπορισμένης αὐτοῖς κατὰ πάντων ἀρχῆς, κατά γε τὸ εἰρημένον D παρὰ Χριστοῦ· «Νῦν ὁ ἄρχων τοῦ κόσμου τούτου ἐκβληθήσεται ἔξω·» ἢ τὸ Ἐκστήσω, συνήσεις, ἀντὶ τοῦ, Θαυμάσαι ποιήσω τοὺς ὁρῶντας τὰ κατωρθωμένα, καὶ τῆς ἐμῆς οἰκονομίας τοὺς τρόπους, καὶ τῆς ἀφράστου δυνάμεως τὴν ὑπερβολήν· καθάπερ ἀμέλει καὶ ὁ προφήτης Ἀββακοὺμ ἐπ' αὐτοῖς δὴ τούτοις κατεπλήττετο λέγων· «Κύριε, εἰσακήκοα τὴν ἀκοήν σου, καὶ ἐφοβήθην· κατενόησα τὰ ἔργα σου, καὶ ἐξέστην.» Ἤγουν εἴ πέρ τῳ δοκεῖ, καὶ καθ' ἕτερον τρόπον τὸ, Ἐκστήσω, συνήσεις. Τοὺς γὰρ νυνὶ πλανωμένους, τοὺς ἐν σκότῳ, καὶ ὁμίχλῃ διαβολικῇ, μεταστήσω πρὸς ἐπίγνωσιν ἀληθείας, καὶ πρὸς τὸ θεῖόν

[20**] Rom. VIII, 35. [21] Isa. XLII, 14. [22] Psal. XIII, 3. [23] Joan. XII, 31. [24] Habac. III, 2.

A τε καὶ νοητὸν καὶ οὐράνιον φῶς, τοὺς νῦν μεμολυσμένους, καὶ βδελυρὸν, καὶ ἀπερικάθαρτον ἔχοντας νοῦν, πρὸς διάθεσιν μεταβαλῶ τὴν ἀσυγκρίτως ἀμείνω, ὥστε τῶν μὲν ἀρχαίων ῥύπων ἀποφοιτᾷν, ἀνθελέσθαι δὲ μᾶλλον τὸ ἀγαθουργεῖν. Τὸ δέ γε Ξηρανῶ ἅμα, σημαίνει τι πάλιν τοιοῦτον, ὃ δὴ σαφηνιεῖ τῶν ἐφεξῆς κειμένων ἡ δύναμις. Θήσω γὰρ, φησὶ, ποταμοὺς εἰς νήσους, καὶ ἕλη ξηρανῶ. Τίνες ἂν εἶεν οἱ εἰς νήσους τιθέμενοι ποταμοὶ, καὶ τὰ ξηραινόμενα τῶν ἑλῶν; Φαμὲν οὖν ὅτι οἱ παρ' Ἕλλησιν ποιηταὶ καὶ λογάδες, οἳ γεγόνασι μὲν τῆς πολυθέου πλάνης κήρυκες. Τεθεοποιήκασι γὰρ τὴν κτίσιν, καὶ ἀναριθμήτους θεοὺς εἰσεκόμισαν τῷ βίῳ. Ἦσαν δὲ ὥσπερ τινὲς ποταμοὶ, ποτίζοντες μὲν ἀνατροπῇ θολερᾷ, καθὰ γέγραπται, τοὺς ἠπατημένους, καὶ λόγων ἐξησκημένων νάμασι τὸν τῶν θαυμαζόντων αὐτοὺς B ἐπικλύζοντες νοῦν, συνέχοντές τε διὰ τούτου πρὸς πλάνησιν, καὶ οἷά τινα τροφὴν παρατιθέντες αὐτοῖς τῆς ἑαυτῶν καλλιεπείας τὸ γλυκὺ καὶ ἐπίχαρι. Οὐκοῦν παρεικάζοιντο ἂν εἰκότως ποταμοῖς τε καὶ ἕλεσι, τοῦτ' ἔστι, δρυμοῖς, ἤγουν ἄλσεσι πλείστην τε ὅσην καὶ εὐανθῆ λαχοῦσι τὴν πόαν. Τοὺς τοιούτους οὖν ποταμοὺς εἰς νήσους μεταβάλλειν ἐπαγγέλλεται ὁ Θεὸς, τοῦτ' ἔστι, ξηροὺς καὶ ἀνύδρους ἀποφῆναι, ἕλη δὲ ὥσπερ ἐργάσασθαι ξηρὰ, ὃ δὴ καὶ γέγονεν. Ἀπρακτεῖ γὰρ λοιπὸν τῆς ἐκείνων εὐστομίας τὸ καλλιεπές. Καὶ πρόσκειται μὲν αὐτοῖς παντελῶς οὐδεὶς, διαλακτήσαντες δὲ ὥσπερ τὰ σαθρὰ καὶ βέβηλα, καὶ γραοπρεπῆ τῶν πλανώντων μυθάρια, τὴν ἐν Χριστῷ σοφίαν ἁρπάζουσιν οἵ ποτε πλανώμενοι. Γράφει C γοῦν ὁ Παῦλος· « Ποῦ σοφός; ποῦ γραμματεύς; ποῦ συζητητὴς τοῦ αἰῶνος τούτου; Οὐχὶ ἐμώρανεν ὁ Θεὸς τὴν σοφίαν τοῦ κόσμου; » Οὐκοῦν ποταμοὺς εἶναί φαμεν τοὺς εἰς νήσους τεθειμένους, τοὺς εἰς ἀπάτην Ἑλληνικὴν συνέχοντας λόγους τῶν παρ' Ἕλλησι σοφῶν. Ἤγουν καὶ ἑτέρας νήσους εἶναι δεδώκαμεν ἐν τοῖς προλαβοῦσι τὰς Ἐκκλησίας Χριστοῦ, δεχομένας τοὺς ναυτιλλομένους, νοητῶς δηλονότι καὶ πνευματικῶς, καὶ ὁρμητηρίοις ὥσπερ τισὶν ἐμβάλλοντας ἀσφαλέσι τοῖς ἐν αὐταῖς διδασκάλοις, διαφεύγοντάς τε τὸ πνεῦμα τὸ πονηρὸν τὸ καταχειμάζον ἀεὶ τοὺς καταβαίνοντας εἰς τὴν θάλασσαν ἐν πλοίοις, καὶ ποιοῦντας ἐργασίαν ἐν ὕδασι πολλοῖς. Θαλάσσῃ δὲ παρεικαστέον, ὡς ἔφην, τοῦ καθ' ὑμᾶς βίου τὸν κλύδωνα, καὶ τῶν ἐπιγείων πραγμάτων τὴν τύρβην. D Ξηραίνονται δὲ καὶ τὰ ἕλη, τοῦτ' ἔστιν, αἱ νομαὶ τῶν πραγμάτων τῶν ὑπὸ χεῖρα ποτὲ τὴν σατανικήν·

A fana ac incircumcisa mente præditi, ad mentem traducam incomparabiliter meliorem: **549** ut a pristinis sordibus recedant, et potius bene agere studio ac curæ habeant. Arefaciam simul, tale quiddam significat, quod etiam patefaciet consequentium sententia. Ponam enim, inquit, fluvios in insulas, et paludes exsiccabo [25]. Quinam sunt isti fluvii redacti in insulas, et siccatæ paludes? Dicimus esse scilicet Græcorum poetas et oratores, qui erant erroris multorum deorum præcones. Deificarunt enim creaturam, et innumerabiles deos in vitam invexerunt. Erantque velut quidam fluvii, potantes, uti scriptum est, subversione turbulenta seductos, et qui orationum elaboratarum rivis in mentem eorum qui ipsos admirantur, influunt, et hinc in errore detinent, B et suæ ornatæ dictionis suavitatem et gratiam quasi pastum quemdam adhibent. Itaque merito comparari queant fluviis et paludibus, id est, saltubus, seu silvis, in quibus herbæ plurimum floret et crescit. Hos fluvios in insulas conversurum se promittit Deus, id est, aridos et siccos reddituram, et paludes quoque velut exsiccaturum. Quod etiam factum est. Nam irritum facit deinceps illorum eloquentiæ ornatum et elegantiam, et nihil prorsus illis suppetit. Et qui quondam decepti erant, calcatis veluti corruptis et profanis et anilibus decipientium fabulis, sapientiam Christi rapiunt. Scribit itaque Paulus: « Ubi sapiens? ubi scriba? ubi inquisitor hujus sæculi? Nonne infatuavit Deus sapientiam mundi [26]? » Proinde dicimus fluvios redactos C in insulas vel esse sermones Græcorum sapientum in errore Græco detinentes: vel etiam alias insulas exposuimus in præcedentibus, esse Christi Ecclesias quæ excipiunt eos qui navigant, intelligibiliter scilicet et spiritualiter, et qui velut aggeribus quibusdam suos doctores tuto communiunt, et qui malum spiritum effugiunt, semper eos qui navigiis in mare descendunt, et in aquis multis opus faciunt, fluctibus quasi et tempestatibus jactantem. Mari vero, ut dixi, assimilandus est fluctus nostræ vitæ, et rerum terrenarum turbatio. Exsiccantur vero et paludes, id est, pascua pecorum, quondam sub manu satanica, ut deinde subsint principi ac omnium pastori, Christo, inquam: qui non ut illi **550** falsi D pastores, sua pecora in spinas et tribulos inducit, sed pascit potius in liliis. Fragrantissima enim sunt intelligibiliter, divina et sacra et propria ejus oracula.

ἵνα λοιπὸν ὑπ' αὐτῷ γένοιντο τῷ πάντων ἀρχιποιμένι, φημὶ δὴ Χριστῷ. Ὃς οὐ κατ' ἐκείνους τοὺς ψευδοποιμένας εἰς ἀκάνθας καὶ τριβόλους ἀποκομίζει τὰ ἴδια θρέμματα, ποιμαίνει δὲ μᾶλλον ἐν κρίνοις· ὡς εὐοσμώτατα γὰρ νοητῶς τὰ θεῖά τε καὶ ἱερὰ, καὶ ἴδια αὐτοῦ θεσπίσματα.

Καὶ ἄξω τυφλοὺς ἐν ὁδῷ ᾗ οὐκ ἔγνωσαν, καὶ τρίβους ἃς οὐκ ᾔδεισαν πατῆσαι ποιήσω αὐτούς. Ποιήσω αὐτοῖς τὸ σκότος εἰς φῶς, καὶ τὰ σκολιὰ εἰς εὐθεῖαν. Ταῦτα τὰ ῥήματα ποιήσω, καὶ οὐκ ἐγκαταλείψω αὐτοὺς, λέγει Κύριος ὁ Θεός.

Ἐλθόντος γὰρ τοῦ Κυρίου τῶν δυνάμεων, ἵνα συντρίψῃ πόλεμον, καὶ καθῃρημένων τῶν ἐχθρῶν,

VERS. 16. *Et ducam cæcos in via quam non noverunt, et semitas, quas ignorarunt calcare eos faciam. Mutabo illis tenebras in lucem, et obliqua in directa. Hæc verba faciam, et non derelinquam illos, dicit Dominus.*

Egresso enim Domino exercituum, ut conterat bellum, et deletis hostibus, et redactis in insulas

[25] Isa. XLII, 15. [26] I Cor. I, 20.

fluviis, et exsiccatis paludibus, prout jam a nobis illa oratio pertractata est, redempti sunt omnino, qui in captivis numerabantur, et qui diaboli nequitiæ subjecti erant: et cæci cum essent (cæcavit enim corda eorum ille apostata), iterum ducuntur, a Christo videlicet, in vias quas antea nesciverunt. Sunt autem illæ omnino evangelica vaticinia, et vita cognitioni et virtuti consentanea, et sanctæ vitæ pulchritudo. Allocutus est igitur gentes divinus Paulus : « Eratis enim quondam tenebræ, nunc autem lux in Domino [27]. » Factæ itaque sunt illis tenebræ in lucem, pro, abierunt res in contrarium. Nam rudes facti sunt sapientes, qui quondam erraverunt, rectas omnis justitiæ vias cognoverunt : qui cum boni nihil scivissent, omnis virtutis scientes et gnari evaserunt, et officiorum pietatis studiosi. Facta sunt obliqua in directa, id est, difficilia et ardua, pervia et plana, æquabilia et levigata. Tale quid in prædicatione Joannis Baptistæ subindicatur. Omnis enim vallis implebitur, et omnis mons et collis humilis erit, et erunt obliqua in directa, et aspera in vias planas [28]. Colles enim et concavitates viam efficiunt inæqualem. Cum autem tumulus non est, nec cavitas, recta semper est via, et permeabilis, et omnibus difficultatibus extricata. Quod etiam alibi dicit ipse beatus propheta Isaias : « Via enim piorum recta, inquit, et præparata [29]. » Est enim via conversationis vere evangelicæ non aspera et invia, **551** sed potius æquabilis et veluti campestris, his qui vitam eximiam amant et excellentem. Promisit igitur hæc verba seu promissa Deus, se ad exitum perducturum, nec eos relicturum, id est, semper una futurum, juxta id : « Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus usque ad consummationem sæculi [30]. »

A τεθειμένων δὲ καὶ εἰς νήσους τῶν ποταμῶν, καὶ ἀφαυανθέντων τῶν ἑλῶν, κατά γε τοὺς ἀρτίως ἡμῖν γενομένους τῆς θεωρίας λόγους, λελύτρωνται πάντως οἱ ἐν δορυκτήτων τάξει γεγονότες, καὶ ταῖς τοῦ διαβόλου δυστροπίαις ὑπενηνεγμένοι, τυφλοὶ δὲ ὄντες· ἐτύφλωσε γὰρ τὰς καρδίας αὐτῶν ὁ ἀποστάτης· ἄγονται λοιπὸν ὑπὸ Χριστοῦ, δηλονότι εἰς ὁδοὺς, ἃς οὐ πρότερον ᾔδεισαν. Αὗται δέ εἰσι τὰ εὐαγγελικὰ πάντως θεσπίσματα καὶ ὁ κατὰ σύνεσίν τε καὶ ἀρετὴν βίος, καὶ τῆς ἁγιοπρεποῦς εὐζωΐας τὸ κάλλος. Προσπεφώνηκε γοῦν καὶ ὁ θεσπέσιος Παῦλος τοῖς ἐξ ἐθνῶν· « Ἦτε γάρ ποτε σκότος, νῦν δὲ φῶς ἐν Κυρίῳ. » Γέγονε τοίνυν αὐτοῖς τὸ σκότος εἰς φῶς· ἀντὶ τοῦ, μετακεχώρηκεν εἰς πᾶν τοὐναντίον τὰ πράγματα. Οἱ γὰρ ἀμαθεῖς γεγόνασι σοφοὶ, οἵ ποτε πλανώμενοι B τὰς εὐθείας πάσης δικαιοσύνης ἐγνώκασιν ὁδοὺς, οἱ τῶν ἀγαθῶν εἰδότες οὐδὲν ἀρετῆς ἁπάσης ἀνεδείχθησαν ἐπιστήμονες, καὶ τῶν εἰς εὐσέβειαν σπουδασμάτων ἐπιμεληταί. Γέγονεν αὐτοῖς τὰ σκολιὰ εἰς εὐθεῖαν, τοῦτ' ἔστι, τὰ δυσχερῆ καὶ δυσήνυτα βάσιμα, καὶ ἱππήλατα, ὕπτιά τε καὶ ἐψιλωμένα. Τοιοῦτόν τι καὶ ἐν τοῖς Ἰωάννου τοῦ Βαπτιστοῦ κηρύγμασιν ὑπεμφαίνεται. Πᾶσα γὰρ φάραγξ πληρωθήσεται, καὶ πᾶν ὄρος, καὶ βουνὸς ταπεινωθήσεται, καὶ ἔσται τὰ σκολιὰ εἰς εὐθεῖαν, καὶ ἡ τραχεῖα εἰς ὁδοὺς λείας. Βουνοὶ μὲν γὰρ καὶ κοιλότητες τὸ ἀνωμάλως ἔχειν τὴν ὁδὸν ἀποφαίνουσιν. Ὄχθου δὲ οὐκ ὄντος, οὔτε μὴν κοιλότητος εὐθεῖά που πάντως, καὶ εὐήλατός ἐστιν ἡ ὁδὸς, καὶ δυσχερείας ἁπάσης ἀπηλλαγμένη. C Τοῦτο καὶ ἑτέρωθί πού φησιν αὐτὸς ὁ μακάριος προφήτης Ἡσαΐας· « Ὁδὸς γὰρ, φησὶ, εὐσεβῶν εὐθεῖα ἐγένετο, καὶ παρεσκευασμένη ἡ ὁδὸς τῶν εὐσεβῶν. » Καὶ γάρ ἐστιν ἀληθῶς τῆς εὐαγγελικῆς πολιτείας ἡ ὁδὸς οὐ τραχεῖα καὶ δύσβατος, ὁμαλὴ δὲ μᾶλλον, καὶ οἷον ὑπτία τοῖς τὸν ἐξαίρετον ἀγαπῶσι βίον. Ἐπαγγέλλεται δὴ οὖν ταῦτα τὰ ῥήματα, ἤτοι τὰς ἐπαγγελίας εἰς πέρας ἄγειν Θεὸς, καὶ μὴ ἐγκαταλιπεῖν αὐτοὺς, τοῦτ' ἔστι, συνεῖναι διὰ παντὸς, κατά γε τὸ, « Ἰδοὺ ἐγὼ μεθ' ὑμῶν εἰμι πάσας τὰς ἡμέρας, ἕως τῆς συντελείας αἰῶνος. »

Vers. 17. *Ipsi autem convertentur retrorsum. Ignominia afficimini, qui confiditis sculptilibus, qui dicitis conflatoriis : Vos estis dii nostri.*

Αὐτοὶ δὲ ἀποστραφήσονται εἰς τὰ ὀπίσω. Αἰσχύνθητε αἰσχύνην οἱ πεποιθότες ἐπὶ τοῖς γλυπτοῖς, οἱ λέγοντες τοῖς χωνευτοῖς, ὑμεῖς ἐστε θεοὶ ἡμῶν.

Tempestive admodum transfert orationem ad gentem Judaicam, qui, cum legem haberent Moysis, manu ducentem ad Dei cognitionem, et ut velint perficere ea, in quibus laudem eos consecuturos verisimile erat, lapsi sunt in apostasiam, et in multorum numinum cultus puteum illapsi, in barathrum exitii descenderunt; unde et non sine causa Deum, qui omnem ipsis et misericordiam et benevolentiam tribuit, offenderunt. Cum ergo ante oratio prædicasset, vocandas gentes suo tempore, et calcaturas quas non noverunt vias, et tenebras in lucem, et obliqua in recta versum iri : ruditatem eorum qui ex sanguine Israelitico orti sunt, retegit, dicens : Ipsi vero conversi sunt retrorsum. Illud, ipsi, sumendum est emphatice : nimirum qui di-

Ἐπὶ καιροῦ δὴ λίαν μεθίστησι τοὺς λόγους ἐπὶ τὸ D τῶν Ἰουδαίων ἔθνος, οἳ νόμον ἔχοντες τὸν διὰ Μωσέως χειραγωγοῦντα πρὸς θεογνωσίαν καὶ πρός γε τὸ δεῖν ἀποπεραίνειν βούλεσθαί τε τὰ ἐφ' οἷς ἦν εἰκὸς εὐδοκιμῆσαι αὐτοὺς, κεχωρήκασι πρὸς ἀποστασιν, καὶ τοῖς τῆς πολυθεΐας ἐμβεβηκότες τέλμασιν εἰς τὸ τῆς ἀπωλείας κατῴχοντο βάραθρον· προσκεκρούκασί τε διὰ τοῦτο, καὶ σφόδρα εἰκότως τῷ πᾶσαν αὐτοῖς καὶ φειδὼ καὶ ἀγάπην νείμαντι Θεῷ. Προκηρύξας δὴ οὖν ὁ λόγος, ὅτι κεκλήσονται τὰ ἔθνη κατὰ καιροὺς, καὶ πατήσουσι μὲν ὁδοὺς ἃς οὐκ ᾔδεισαν. ἔσται δὲ τὸ σκότος εἰς φῶς, καὶ τὰ σκολιὰ εἰς εὐθεῖαν, τὰς τῶν ἐξ αἵματος Ἰσραὴλ ἀμαθίας ἐκκαλύπτει, λέγων· Αὐτοὶ δὲ ἀπεστράφησαν εἰς τὰ ὀπίσω. Ἐμφαντικῶς ἐκληπτέον τὸ, αὐτοί· τοῦτ' ἔστιν, οἱ

[27] Ephes. v, 8. [28] Luc. III, 5. [29] Isa. XXVI, 7. [30] Matth. XXVIII, 20.

νόμῳ θείῳ παιδαγωγούμενοι, καὶ ὑπὸ χεῖρα γεγονότες τὴν ἐμὴν, καὶ μεσίτην λαχόντες Μωσέα, οἱ διαῤῥήδην ἀκούσαντες· « Κύριος ὁ Θεός σου, Κύριος εἷς ἐστι· καὶ οὐκ ἔσονταί σοι θεοὶ ἕτεροι πλὴν ἐμοῦ. » Οὗτοι τῆς τῶν ἐθνῶν πληθύος ἐν ἀγαθαῖς οὔσης ἐλπίσιν ἀπεστράφησαν εἰς τὰ ὀπίσω πρὸς τοὺς ἐν Αἰγύπτῳ μολυσμοὺς ἀνοσίως ὑπονοστήσαντες, καὶ τῆς ἀρχαίας ἀπάτης ἀναλαβόντες τὸν μῶμον. Καὶ γέγονεν αὐτοῖς τὸ τῆς ἀληθοῦς παροιμίας· « Κύων ἐπιστρέψας ἐπὶ τὸ ἴδιον ἐξέρεμα, καὶ ὗς λουσαμένη εἰς κύλισμα βορβόρου. » Ἔφη τι τοιοῦτον καὶ ὁ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς εἰς τὴν ἀρχαίαν ἀσέβειαν παλινδρομοῦντα δεικνύων τὸν Ἰσραήλ. « Ὅταν γὰρ, φησὶν, τὸ ἀκάθαρτον πνεῦμα ἐξέλθῃ ἀπὸ τοῦ ἀνθρώπου, πορεύεται δι' ἀνύδρων τόπων ζητοῦν ἀνάπαυσιν, καὶ μὴ εὑρίσκον ὑποστρέφει εἰς τὸν τόπον ὅθεν ἐξῆλθεν. Καὶ ἐλθὸν εὑρίσκει σχολάζοντα, καὶ σεσαρωμένον. Τότε παραλαμβάνει ἑπτὰ ἕτερα πνεύματα πονηρότερα ἑαυτοῦ, καὶ εἰσελθόντα κατοικεῖ ἐκεῖ. Καὶ γίνεται τὰ ἔσχατα τοῦ ἀνθρώπου ἐκείνου χείρονα τῶν πρώτων. » Λελατρεύκασι μὲν γὰρ τοῖς Αἰγυπτίων θεοῖς, ἀλλ' ἐκβέβληται τὸ δαιμόνιον, κεκλημένων αὐτῶν πρὸς θεογνωσίαν, διά γέ φημι τοῦ νόμου· ἠῤῥωστήκασι δὲ τὴν ἐπὶ τῷ πεπλανῆσθαι διαβολὴν, καὶ ἔτι χειρόνως, ὅτε τὸν φύσει Θεὸν εἰδότες γεγόνασιν ἀποστάται, θεοὺς τιμήσαντες τοὺς οὐκ ὄντας θεούς. Αἰσχύνθητε δὴ οὖν αἰσχύνην, φησὶ, οἱ πεποιθότες ἐπὶ τοῖς γλυπτοῖς, καὶ τῆς ὑπὲρ πάντα θεότητος τὸ σεπτὸν ὄνομα, τοῦτ' ἔστι τὴν δόξαν, τοῖς χειροτμήτοις, καὶ χειροποιήτοις ἀνάπτοντες.

A vina lege instituti sunt, et manui meæ subditi sunt, et sequestrem Moysen habuerunt, qui clare audiverunt, « Dominus Deus tuus, Dominus unus est: et non erunt dii tibi alii præter me [31]. » Hi, cum multitudo gentium in bona spe esset, retro conversi sunt, ad Ægyptiaca inquinamenta impie reversi, et pristini erroris labem receperunt. Accidit que illis quod vero proverbio jactatum est: « Canis reversus ad vomitum suum, et sus lota in cœni volutabro [32]. » Simile quiddam dixit etiam Dominus noster Jesus Christus, cum Israelem ad veterem impietatem recurrentem notaret. « Cum enim, inquit, spiritus impurus exierit ex homine, transit siticulosa loca, quærens requietem: et cum non invenit, redit in locum unde exiit. Et postquam venit, invenit eum B vacantem, et scopis mundatum. Tunc accipit septem alios spiritus pejores se, et ingressi habitant illic. Et fiunt ultima hominis **552** illius deteriora prioribus [33]. » Nam deos Ægyptiorum coluerunt, sed ejectum est dæmonium, ipsis vocatis ad Dei cognitionem, per legem, inquam. Verum eo quod erraverint accusati sunt: adhuc tamen in deteriore loco erant, quod, cum Deum natura cognovissent, facti sunt apostatæ, quippe qui deos qui dii non erant, coluerint. Ergo ignominia afficimini, inquit, qui confiditis sculptilibus, et qui augustum deitatis, quæ supra omnia est, nomen, id est gloriam, manu conditis attribuitis.

Οἱ κωφοὶ, ἀκούσατε, καὶ τυφλοὶ, ἀναβλέψατε ἰδεῖν. Καὶ τίς κωφὸς, ἀλλ' ἢ οἱ παῖδές μου; καὶ τυφλοὶ, ἀλλ' ἢ οἱ κυριεύοντες αὐτῶν; Καὶ ἐτυφλώθησαν οἱ δοῦλοι τοῦ Θεοῦ. Εἴδετε πλεονάκις, καὶ οὐκ ἐφυλάξατε· ἠνεῳγμένα τὰ ὦτα, καὶ οὐκ ἠκούσατε.

C VERS. 18-20. *Surdi, audite, et cæci, respicite, ut videatis. Et quis surdus, nisi pueri mei? et cæcus, nisi qui dominantur ipsis? Et cæcati sunt servi Dei. Vidistis sæpe, et non custodivistis: apertæ aures, et non audivistis.*

Κωφοὺς καὶ τυφλοὺς τοὺς τοῖς εἰδώλοις λελατρευκότας εὖ μάλα φησίν. Ὡς γὰρ ὁ πάνσοφος γράφει Παῦλος· « Ὁ Θεὸς τοῦ αἰῶνος τούτου ἐτύφλωσε τὰ νοήματα τῶν ἀπίστων, εἰς τὸ μὴ διαυγάσαι τὸν φωτισμὸν τοῦ Εὐαγγελίου τοῦ Χριστοῦ. » Πρέποι δ' ἂν ἡ τοῦ λόγου δύναμις ὅτι μάλιστα τοῖς ἐξ Ἰσραὴλ, οἷς δὴ καὶ μετὸν αὐτοῖς τὸ θεῖον εἰς νοῦν καταπλουτῆσαι φῶς, ἐνιέντος αὐτοῖς τοῦ νόμου τῆς θεογνωσίας τὴν ἔλλαμψιν, ἠγάπησαν ἀνοήτως τὸ ἐν σκότῳ περιπατεῖν, καὶ τοῖς τῆς ἀπάτης ἐγκαθιέσθαι βρόχοις. Τυφλοὶ δὲ δὴ καὶ ἑτέρως. Ἀπείργοντος γὰρ οὐδενὸς ἀπὸ καλλονῆς κτισμάτων ἀναλόγως ὁρᾷν τὸν τούτων Δημιουργόν· ὡς γὰρ ὁ πάνσοφος γράφει Παῦλος· « Τὰ ἀόρατα αὐτοῦ ἀπὸ κτίσεως κόσμου τοῖς ποιήμασιν νοούμενα καθορᾶται· ἥ τε ἀΐδιος αὐτοῦ δύναμις, καὶ θεότης· » εἰς τοῦτο κατώλισθον ἀμαθίας, ὥστε τοῖς χωνευτοῖς λέγειν· « Ὑμεῖς ἐστε οἱ θεοὶ ἡμῶν. » Ὅτι γὰρ οὐ περὶ τῆς τῶν ἐθνῶν πληθύος ὁ λόγος ἐστὶ τῷ προφήτῃ νυνὶ, ἀλλὰ περὶ τῶν ἐξ αἵματος Ἰσραὴλ, διέδειξεν εἰπών· Καὶ τίς τυ-

Surdos et cæcos vocat pulcherrime, qui idolis servierunt. Quemadmodum enim sapientissimus Paulus scribit: « Deus sæculi hujus excæcavit mentes infidelium, ut non illuceret Evangelii gloriæ Christi illustratio [34]. » Convenire autem potest hic orationis sensus maxime Israelitis, quibus cum licuisset divina luce ditescere animo, immittente illis lege divinæ cognitionis irradiationem, amave-D runt stulte in tenebris ambulare, et erroris implicari laqueis. Quin et alio modo cæci sunt. Cum enim nihil vetaret, quominus ex pulchritudine creaturarum, ratione quadam et analogia, earum Opificem perviderent: nam ut sapientissimus Paulus scribit: « Inaspectabilia ejus ex creatione mundi operibus intellecta perspiciuntur, æterna ejus potentia et divinitas [35]: » eo sunt delapsi inscitiæ, ut conflatilibus dicerent: « Vos estis dii nostri [36]. » Etenim prophetam nunc loqui, non de multitudine gentium, sed de his qui sunt ex sanguine Israel, ostendit, cum dixit: Et quis cæcus, nisi pueri mei? et

[31] Exod. xx, 3. [32] II Petr. ii, 22. [33] Matth. xii, 43, 44, 45. [34] Rom. i, 7. [35] ibid. 20. [36] Isa. xlii, 17.

surdi, nisi qui dominantur eorum? Obcæcata est enim multitudo subdita, ducum ignavia et supinitate huc prolapsa. Nam ipsi erant auctores inscitiæ, et erroris præceptores. Surdi quoque erant qui dominantur eorum, id est, qui principatum obtinebant: quippe qui, etiamsi gloriam Dei vidissent, et longo usu et experientia huc provecti fuissent, conversi sunt ad apostasiam. Noluerunt enim obedire Deo, clare dicenti: « Non erunt tibi dii alii **553** præter me [37]. » Postquam vero divinorum vaticiniorum gnari et periti, devenerunt simul cum his qui jugo subditi erant, ad defectionem et apostasiam, tantum non percellitur dicens: « Cæcati sunt servi Dei. » Et quænam illis occasio cæcitatis fuit? Volentes, inquit, huc deducti estis. Cum enim sæpenumero licuisset custodire, quia vidistis, et audire, quia novistis et intellexistis quæ scripta erant: non custodivistis, nec sustinuistis ea proferri ac dici, nec curam adhibuistis, nec obedientiam, ut vel aures sacrosanctis legibus patefaceretis. Inexcusabilia sunt ergo Judæorum crimina. Quamvis enim possent scire verum, et ad hoc legem quasi manuductricem haberent: perinde tamen fuerunt, ac qui oculis præditi non sunt, aut quibus aures frustra prominent in capite, cum sacrosanctas leges audire noluerint.

VERS. 21. *Dominus Deus cogitavit, ut justus haberetur, et magnis prædicaret laudibus.*

Eripui, inquit, eos e tyrannide Ægyptiorum, liberavi, cum alienis præter æquum servirent, instituti sunt per legem ad divinam cognitionem, dedi illis Moysen modestiæ antistitem. Erat enim mihi propositum, qui Dominus sum universorum, justitiæ operarium, et præstantissimorum operum studiosum, reddere Israelem, ut cum perductus esset in sensum et intelligentiam donorum meorum, magnis laudibus prædicaret, id est, indesinenter celebraret, scilicet me omnis eorum felicitatis datorem ac dispensatorem, et eorum quibus locupletati erant suppeditatorem. Sed horum nihil sentientes, mala pro bonis rependerunt Domino, et collo e jugo ejus excusso, servierunt Satanæ, et in cœno erroris multorum deorum se volutantes, exsecrabiles facti sunt, et Deo virtutis amanti invisi. Hoc quod dixi alibi, est de illis perspicue, tanquam de vinea: « Exspectavi ut ferret uvam, et tulit spinas [38]. »

VERS. 22. *Et vidi, et populus fuit vastatus et direptus. Laqueus enim in conclavibus ubique, et in domibus simul, ubi absconderunt eos, facti sunt deprædatio, et non erat qui eriperet e direptione, nec erat qui diceret: Redde.*

Revocat illis in memoriam, quæ acciderunt patribus: eo quod exsecrandæ multorum **554** numinum superstitionis retibus capti essent. Quod fecit non frustra, sed ut eos modestiores redderet, timentes ne similia cum majoribus patiantur. Quandoquidem

φλὸς, ἀλλ' ἢ οἱ παῖδές μου; καὶ κουφοὶ, ἀλλ' ἢ οἱ κυριεύοντες αὐτῶν; Τετύφλωνται μὲν γὰρ ἡ ὑπὸ χεῖρα πληθὺς ταῖς τῶν ποδηγῶν ῥᾳθυμίαις εἰς τοῦτο πεσοῦσα. Αὐτοὶ γὰρ ἦσαν οἱ τῆς ἀμαθίας αὐτοῖς παραίτιοι γεγονότες, καὶ τοῦ πλανᾶσθαι καθηγηταί. Κουφοὶ δὲ ἦσαν οἱ κυριεύοντες αὐτῶν· τοῦτ' ἔστιν, οἱ καθηγεῖσθαι λαχόντες· καίτοι γὰρ ὁρῶντες τὴν τοῦ Θεοῦ δόξαν, καὶ διὰ πείρας ἐλάσαντες μακρᾶς, ἐτράποντο πρὸς ἀπόστασιν. Οὐ γὰρ ἤθελον ὑπακούειν Θεῷ, λέγοντι σαφῶς· « Οὐκ ἔσονταί σοι θεοὶ ἕτεροι πλὴν ἐμοῦ. » Ἐπειδὴ δὲ τῶν ἐμῶν θεσπισμάτων ὄντες ἐπιστήμονες ὁμοῦ τοῖς ὑπεζευγμένοις κατώχοντο πρὸς ἀπόστασιν, μονονουχὶ καταπλήττεται, λέγων· « Ἐτυφλώθησαν οἱ δοῦλοι τοῦ Θεοῦ. » Καὶ ποία γέγονεν αὐτοῖς ἡ τῆς τυφλώσεως ἀφορμή; Ἑκόντες, φησὶ, παρηνέχθητε πρὸς τοῦτο. Ἐξὸν γὰρ πλειστάκις ἑωρακότας φυλάξασθαι, καὶ ἀκούειν εἰδότας ἤτοι συνιέντας τὰ γεγραμμένα, οὐκ ἐφυλάξασθε παθεῖν τὴν ἀπόφασιν, οὔτε μὴν μελέτην ἐποιήσασθε τὴν εὐπάθειαν, κατευρύνοντες ὥσπερ τοῖς ἱεροῖς νόμοις τὴν ἀκοήν. Ἀπροφάσιστα δὴ οὖν τὰ τῶν Ἰουδαίων ἐγκλήματα. Καίτοι γὰρ μετὸν εἰδέναι τὸ ἀληθὲς, καὶ χειραγωγὸν εἰς τοῦτο λαχόντας τὸν νόμον, ἐν ἴσῳ γεγόνασι τοῖς οὐκ ἔχουσιν ὀφθαλμοὺς καὶ τὰ ὦτα προκείμενα μάτην τῇ κεφαλῇ, διὰ τὸ μὴ βούλεσθαι τῶν ἱερῶν ἐπακροᾶσθαι νόμων.

Κύριος ὁ Θεὸς ἐβούλετο, ἵνα δικαιωθῇ, καὶ μεγαλύνῃ αἴνεσιν.

Ἐξειλόμην, φησὶ, τῆς Αἰγυπτίων πλεονεξίας αὐτοὺς, ἠλευθέρωσα παρὰ τὸ εἰκὸς ἀλλοτρίοις θητεύοντας· ἐπαιδαγώγησα διὰ νόμου πρὸς θεογνωσίαν· εὐκοσμίας αὐτοῖς ἐπιστάτην δέδωκα Μωσέα. Σκοπὸς γὰρ ἦν ἐμοὶ τῷ Κυρίῳ τῶν ὅλων δικαιοσύνης ἐργάτην, καὶ ἀρίστων ἔργων ἐπιμελητὴν ἀποφῆναι τὸν Ἰσραὴλ, ἵν' εἰς αἴσθησιν ἐνηνεγμένος τῶν δωρηθέντων αὐτῷ παρ' ἐμοῦ, μεγαλύνῃ αἴνεσιν, τοῦτ' ἔστιν, ἀκαταλήκτως δοξολογήσειεν ἐμὲ, δηλονότι τὸν ἁπάσης αὐτοῖς εὐημερίας πρύτανιν, καὶ ὧν πεπλουτήκασι χορηγὸν γεγονότα. Ἀλλ' οὐδενὸς τῶν τοιούτων εἰς αἴσθησιν ἐνηνεγμένοι, πονηρὰ ἀντὶ ἀγαθῶν ἐκτετίκασι τῷ Δεσπότῃ, καὶ τῶν αὐτοῦ ζυγῶν ὑπεκλύσαντες τὸν αὐχένα, δεδουλεύκασι τῷ Σατανᾷ, καὶ τοῖς τῆς πολυθέου πλάνης βορβόροις ἐγκαλινδούμενοι βδελυροὶ γεγόνασι, καὶ ἀπηχθημένοι παρά γε τῷ φιλαρέτῳ Θεῷ. Τοῦτό ἐστιν ἐναργῶς ὅπερ ἔφη καὶ ἑτέρωθί που περὶ αὐτῶν ὡς περὶ ἀμπέλου· « Ὑπέμεινα τοῦ ποιῆσαι σταφυλὴν, ἐποίησε δὲ ἀκάνθας. »

Καὶ εἶδον, καὶ ἐγένετο λαὸς πεπρονομευμένος. Ἡ γὰρ παγὶς ἐν τοῖς ταμείοις πανταχοῦ, καὶ ἐν οἴκοις ἅμα ὅπου ἔκρυψαν αὐτοὺς, ἐγένοντο εἰς προνομὴν, καὶ οὐκ ἦν ὁ ἐξαιρούμενος ἅρπαγμα, καὶ οὐκ ἦν ὁ λέγων· Ἀπόδος.

Εἰς ἀνάμνησιν αὐτοὺς ἀποφέρει τῶν τοῖς πατράσι συμβεβηκότων, διά τοι τὸ ἁλῶναι βρόχοις τοῖς τῆς ἐπαράτου πολυθεΐας. Πέπραχε δὲ τοῦτο οὐ μάτην, ἀλλ' ἵν' ἀποφήνῃ σωφρονεστέρους τὰ ἴσα τοῖς πάλαι παθεῖν δεδιότας. Ἐπειδὴ γὰρ, φησὶ, γεγόνασι τυφλοὶ

[37] Exod. x, 3. [38] Isa. v, 2.

A καὶ κωφοὶ, παρωσάμενοι μὲν τὸ λατρεύειν Θεῷ, ξύλοις δὲ καὶ λίθοις τὸ σέβας ἀνῆπτον. Εἶδον μὲν οὖν τοῦτο ἐγὼ, γέγονε δὲ ὁ λαὸς πεπρονομευμένος, καὶ διηρπασμένος. Ὅτε γὰρ ἐπισκέπτεται Θεὸς τὰ τῶν ἀφορήτως δυσσεβούντων ἐγκλήματα, τότε καὶ δίκας ἐπάγει τὰς ἀναλόγως ἐχούσας τοῖς αἰτιάμασι. Διηρπάσθη τοίνυν ὁ λαὸς, καὶ γέγονε τοῖς ἐχθροῖς προνομή· καὶ διὰ ποίαν αἰτίαν; ἡ γὰρ παγὶς ἐν τοῖς ταμείοις πανταχοῦ, καὶ ἐν οἴκοις ἅμα ἔκρυψαν αὐτούς. Τίνας δὲ αὐτούς; Χωνευτοὺς δηλονότι θεούς. Ὑποπλαττόμενοι γὰρ τὸ θεοσεβεῖν οἱ τῶν Ἰουδαίων καθηγηταὶ, καὶ τοῖς νομίμοις θεσπίσμασι τό γε ἧκον εἰς τοὐμφανὲς ὑποτιθέντες τὸν αὐχένα, τῆς ἀποστασίας τὴν νόσον εἰς νοῦν ἔκρυπτον καὶ καρδίαν, προσκυνοῦντες τοῖς οὐκ οὖσι θεοῖς· καὶ τούτους ἐν τοῖς ταμείοις τῶν ἰδίων οἴκων ἐγκατακλείοντες λα- B θραίας ἐποιοῦντο τὰς τῶν θυσιῶν προσαγωγάς. Γέγραπται γοῦν ἐν τῷ Ἰεζεκιήλ· « Υἱὲ ἀνθρώπου, ὄρυξον. Καὶ ὤρυξα δὴ ἐν τῷ τοίχῳ. Καὶ εἶδον, φησὶ, καὶ ἰδοὺ πᾶσα ὁμοίωσις ἑρπετοῦ καὶ κτήνους, καὶ πάντα τὰ εἴδωλα οἴκου Ἰσραὴλ διαγεγραμμένα ἐπ' αὐτοῦ κύκλῳ. Καὶ εἶπε πρός με· Ἑώρακας, υἱὲ ἀνθρώπου, μὴ μικρὰ τῷ οἴκῳ Ἰσραὴλ ἃ ποιοῦσιν ἕκαστος ἐν τῷ κοιτῶνι αὐτῶν τῷ κρυπτῷ; » Ἄθρει δὴ οὖν ὅπως ἕκαστος αὐτῶν ἐν τῷ κοιτῶνι αὐτῶν τῷ κρυπτῷ τὴν γενομένην αὐτῷ παγίδα, τοῦτ' ἔστι, τὴν εἰδωλολατρείαν κειμένην ἔχων, ὑπεπλάττετο τὴν τῶν νόμων αἰδῶ. Ταύτητοί φησιν· Ἐγένοντο εἰς προνομὴν, καὶ οὐκ ἦν ὁ ἐξαιρούμενος ἅρπαγμα, καὶ οὐκ ἦν ὁ λέγων, Ἀπόδος. Θεοῦ γὰρ οὐκ ἐπαμύνοντος, C τίς αὐτοὺς ἐξείλετο τῆς οὕτω βαρείας καὶ ἀνηκέστου συμφορᾶς; οὐκ ἐπιπλήττοντος δὲ τοῖς διαρπάζουσι, τίς ἂν αὐτοῖς ἔφη τὸ, Ἀπόδος; Οὐ γὰρ ἐζήτησε Θεὸς ὡς ἴδιον ἔτι κλῆρον, παρῆκε δὲ μᾶλλον ὡς ἀλλότριον γεγονότα αὐτοῦ διὰ τοῦ προσνεῦσαι τοῖς οὐκ οὖσι θεοῖς. Ἔοικε δὲ διὰ τούτων τὸν τῆς αἰχμαλωσίας ὑποφαίνειν καιρὸν, ὃν διατετελέκασιν οἱ ἐξ Ἰσραὴλ ὑπὸ χεῖρα πεσόντες ἐχθρῶν. Μέχρι γὰρ ἔτους ἑβδομηκοστοῦ οὐκ ἦν ὁ ἐξαιρούμενος αὐτοὺς, οὔτε μὴν τοῖς διαρπάσασι λέγων, Ἀπόδος. Οἰκονομικῶς δὲ σφόδρα μετά γε τὸ φάναι τῶν ἐθνῶν τὴν κλῆσιν, τὰ ἐφ' οἷς ἐκβέβληνται τῆς πρὸς Θεὸν οἰκειότητος οἱ ἐξ Ἰσραὴλ, εἴρηται σαφῶς, ἵνα δικαίᾳ ψήφῳ φαίνηται Θεὸς πανταχοῦ κεχρημένος. Ἔδει γὰρ, ἔδει τοὺς τὴν εἰς Θεὸν ἀσέβειαν τιμήσαντας, ἔξω γενέσθαι τῆς D παρ' αὐτοῦ φειδοῦς καὶ ἀγάπης· τούς γε μὴν ἐξ ἀμαθίας τοῖς τῆς ἁμαρτίας βόθροις ἐνειλημμένους, καὶ ὑπὸ χεῖρα πεσόντας διαβολικὴν, κατοικτειρῆσαι παρὰ τοῦ πάντων Δημιουργοῦ, καλουμένους εἰς ἐπίγνωσιν αὐτοῦ, καὶ εἰς τὸ τῆς ἀληθείας φῶς. Τοῦτο γάρ που καὶ διὰ τοῦ πανσόφου Μωσέως εὑρίσκεται λέγων· Αὐτοὶ παρεζήλωσάν με ἐπ' οὐ θεοῖς, παρώξυνάν με ἐπὶ τοῖς γλυπτοῖς αὐτῶν. Κἀγὼ παραζηλώσω αὐτοὺς ἐπ' οὐκ ἔθνει· ἐπ' ἔθνει ἀσυνέτῳ παροργιῶ αὐτούς. Ἔφη δέ που καὶ ὁ θεσπέσιος Μελῳδὸς, ὅτι « Παρεπίκραναν αὐτὸν ἐν τοῖς γλυπτοῖς αὐτῶν, καὶ ἐν τοῖς ἐπιτηδεύμασιν αὐτῶν παρεζήλωσαν

enim, inquit, cæci et surdi facti sunt, repulso ac rejecto Dei cultu, et lignis ac lapidibus venerationem exhibuerunt [39]. Vidi istuc ego: factusque est populus vastatus et direptus. Quando enim Deus considerat intolerabiliter impiorum crimina, tum etiam pœnas inducit pares flagitiis. Direptus est igitur populus, et factus est hostibus deprædatio. Et quam ob causam? Laqueus enim in conclavibus ubique, et in domibus simul absconderunt eos. Quosnam? conflatiles deos scilicet. Nam cum fingerent Judæorum moderatores, se Deum colere, et legalibus oraculis cervicem submittere, quantum ad externam speciem, animo ac corde apostasiæ morbum occultabant: et cum adorarent non natura deos, et in conclavibus suarum ædium eos clauderent, clandestina illis sacrificia offerebant. Scriptum est itaque apud Ezechielem [40]: « Fili hominis, perfora. Et perforavi parietem. Et vidi, inquit, et ecce omnis similitudo reptilis et jumenti, et omnia idola domus Israel descripta in eo per circuitum. Dixitque mihi: Vidisti, fili hominis: num parva sunt, domo Israelis, quæ facit quisque in cubili suo occulto? » Vide igitur, quo pacto eorum singuli in cubili suo occulto, cum laqueum sibi positum, id est, idololatriam haberent, reverentiam tamen erga legem simulaverint. Hinc ait: Facti sunt deprædatio, et non erat qui a direptione eriperet, nec erat qui diceret: Redde. Nam cum Deus non subveniret, quis eos ab hac tam gravi et non sananda calamitate eriperet? Cumque ille non reprehenderet diripientes, quis illis diceret: Redde? Non enim jam Deus ut propriam sortem eos quæsivit, sed ut alienam a se dimisit, propterea quod ad non deos declinarent. Videturque his verbis, captivitatis tempus subinnuere, quo Israelitæ in potestate ac manu inimicorum perpetuo fuerunt. Nam ad septuagesimum usque annum, qui illos eriperet, nemo fuit, neque qui diripientibus diceret: Redde. Commodissime autem et apposite, postquam vocationem, inquam, gentium exposuit, etiam quibus de causis Israelitæ a consortio Dei ejecti fuerint, **555** diserte dictum est, ut justo calculo usus semper Deus videatur. Oportuit enim, oportuit eos, qui impietatem in Deum exercuerunt, ejus misericordiæ et amoris expertes esse: at qui ex ignorantia peccati laqueis impliciti erant, et in manum diabolicam cadebant, eos par fuit inflammatos agnitione Dei et luce veritatis, ab omnium Opifice misericordiam consequi. Hoc enim etiam apud sapientissimum Moysen dicere reperitur: Ipsi ad æmulationem provocarunt me in non diis, irritaverunt me in sculptilibus suis. Et ego ad æmulationem provocabo eos in non gente, in gente stulta concitabo eos. Et divinus Psalmista dixit alicubi: « Exacerbaverunt eum in sculptilibus suis, et in studiis suis ad æmulationem eum provocarunt. Aspexitque Dominus Deus et despexit, et plane nihili fecit Israelem [41]. » Si autem spiritualis

[39] Isa. XLII, 17. [40] Ezech. VIII, 8. [41] Psal. LXXVII, 58.

aliqua consideratio apponenda sit, diabolicum laqueum animo et corde habere cavemus: et in phantasiis ratiocinationum mala idola, ad lasciviam vocantia fœdasque voluptates, ne simus præda Satanæ, et dæmoniorum direptio. Scriptum est enim: « Si spiritus dominantis ascenderit in te, locum tuum ne deseras, quia curatio cessare faciet peccata magna [62]. »

Vers. 23. *Quis in vobis qui auribus percipiet hæc? Audite in futura.*

Familiare est Scripturæ divinitus inspiratæ, dicere, ut auribus percipiant, cum sermo non obiter aut oscitanter, sed in rebus necessariis vigilanter accipiendus est: ut quod proditur, mente et corde repositum habeant. Cujusmodi est quod voce Psallentis dictum est: « In corde meo abscondi eloquia tua, ne peccem tibi [63]. » Scriptum est enim, in psalmo quadragesimo octavo: « Audite hæc, omnes gentes, attendite, omnes qui habitatis orbem terræ. » Nam audire, omnibus ubilibet qui vocem vel alium quempiam sonum hauriunt, commune est: at vero attendere est, ut dixi, cum aliquid vaticinio proditum in mentem immigrat, eamque occupat. Videtur ergo hic sermo propheticus eos requirere, qui æquius ac cordatius auscultarunt, ut ad futurarum rerum securitatem, quæ veteribus contigerunt, acciperent. Quemadmodum enim dixit Paulus: « Hæc res in typis contigerunt illis, scripta sunt **556** autem, nos admonendi gratia, in quos sæculorum fines devenerunt [64]. » Non enim oportet nos frustra narrationes de hisce legere, sed ad animi utilitatem hæc capere, et cavere diligenter, ne similibus illaqueemur peccatis, ne in calamitates eorum incidamus.

Vers. 24, 25. *Quis dedit in direptionem Jacob, et Israelem deprædantibus eum? Nonne Deus, cui peccarunt, nec voluerunt in viis ejus ingredi, neque audire legem ejus? Et induxit in eos iram furoris sui et oppressit eos bellum, et qui comburebant eos. Nec tamen ulli ex illis cognoverunt, neque animo consideraverunt.*

Emphatice admodum in his verbis, Jacobum et Israelem videtur nominare. Et ut a nobis hujus emphaseos vis intelligatur, velut breviter dicemus. Variis enim temporibus Israelitæ servierunt Ægyptiis, sed Moyse sequestre, a Deo liberati sunt, at in manu forti et brachio excelso, sicuti scriptum est. Infinitis namque et intolerandis plagis in eos qui diripuerunt animadvertit. Postquam vero e terra Ægyptiorum fugissent, pede mare trajecerunt, panem angelorum comederunt, aquam de petra biberunt, in terram promissionis introducti sunt, regna debellarunt, hostes superarunt, potentem et horri-

A αὐτόν· καὶ εἶδε Κύριος ὁ Θεὸς, καὶ ὑπερεῖδε, καὶ ἐξουδένωσε σφόδρα τὸν Ἰσραήλ.» Εἰ δὲ χρή τινα καὶ θεωρίαν πνευματικὴν τοῖς εἰρημένοις ἐπενεγκεῖν, φυλαττόμεθα παγίδα διαβολικὴν εἰς νοῦν ἔχειν καὶ καρδίαν, καὶ τὰ ἐν φαντασίαις λογισμῶν εἴδωλα πονηρὰ, καλοῦντα πρὸς ἀσέλγειαν καὶ εἰς ἐκτόπους ἡδονὰς, ἵνα μὴ γενώμεθα τῷ Σατανᾷ, καὶ ἅρπαγμα δαιμονίων. Γέγραπται γὰρ, ὅτι « Ἐὰν πνεῦμα τοῦ ἐξουσιάζοντος ἀναβῇ ἐπὶ σὲ, τόπον σου μὴ ἀφῇς, ὅτι ἴαμα καταπαύσει ἁμαρτίας μεγάλας. »

Τίς ἐν ὑμῖν ἐνωτιεῖται ταῦτα; εἰσακούσατε εἰς τὰ ἐπερχόμενα.

Ἔθος τῇ θεοπνεύστῳ Γραφῇ τὸ ἀκουτίσασθαι λέγειν, ἐπὶ τοῦ μὴ παρέργως, ἢ ἀτημελῶς, τὸν ἐπί γε τοῖς ἀναγκαίοις πράγμασι δέχεσθαι λόγον, νηφα-B λέως δὲ μᾶλλον, ὥστε καὶ εἰς νοῦν καὶ καρδίαν ἀπόθετον ἔχειν τὸ διηγγελμένον. Ὁποῖόν ἐστι τὸ διὰ τῆς τοῦ Ψάλλοντος φωνῆς εἰρημένον· « Ἐν τῇ καρδίᾳ μου ἔκρυψα τὰ λόγιά σου, ὅπως ἂν μὴ ἁμάρτω σοι. » Γέγραπται γὰρ καὶ ἐν τεσσαροκοστῷ καὶ ὀγδόῳ ψαλμῷ· « Ἀκούσατε ταῦτα, πάντα τὰ ἔθνη, ἐνωτίσασθε, πάντες οἱ κατοικοῦντες τὴν οἰκουμένην. » Τὸ μὲν γὰρ ἀκοῦσαι, κοινὸν ἅπασι τοῖς ἅπαξ εἰς οὖς λαβοῦσι φωνὴν, ἢ καὶ ἕτερόν τινα κτύπον· τὸ δὲ μὴν ἐνωτίσασθαι, τὸ εἰς νοῦν, ὡς ἔφην, εἰσοικίσασθαί τι τῶν τεθεσπισμένων. Ἔοικε τοίνυν ὁ προφητικὸς ἐν τουτοισὶ λόγος τοὺς ἐπιεικέστερον ἤγουν ἐμφρονέστερον ἀκροασαμένους ἐπιζητεῖν, ὥστε καὶ εἰς τὴν τῶν μελλόντων ἀσφάλειαν τὰ τοῖς πάλαι συμβεβηκότα λαλεῖν. Ὡς γὰρ ὁ Παῦλός φησιν, ὅτι· « Τὰ τοιάδε C τῶν πραγμάτων τυπικῶς συνέβαινεν ἐκείνοις. Ἐγράφη δὲ πρὸς νουθεσίαν ἡμῶν, εἰς οὓς τὰ τέλη τῶν αἰώνων κατήντηκε. » Δεῖ γὰρ ἡμᾶς οὐ μάτην τοῖς περὶ αὐτὸν ἐντυγχάνειν διηγήμασιν, ἀλλ' εἰς ὄνησιν ταῦτα δέχεσθαι ψυχῆς, παραιτεῖσθαι σφόδρα τὸ τοῖς ἴσοις ἁλῶναι πταίσμασιν, ἵνα μὴ ταῖς ἐκείνων περιπίπτοιμεν συμφοραῖς.

Τίς δέδωκεν εἰς διαρπαγὴν Ἰακὼβ, καὶ Ἰσραὴλ τοῖς προνομεύσασιν αὐτόν; Οὐχὶ ὁ Θεὸς ᾧ ἡμάρτοσαν αὐτῷ, καὶ οὐκ ἠβούλοντο ἐν ταῖς ὁδοῖς αὐτοῦ πορεύεσθαι, οὐδὲ εἰσακούειν τοῦ νόμου αὐτοῦ; Καὶ ἐπήγαγεν ἐπ' αὐτοὺς ὀργὴν θυμοῦ αὐτοῦ, καὶ κατίσχυσεν ἐπ' αὐτοὺς πόλεμος, καὶ οἱ συμφλέγοντες αὐτοὺς κύκλῳ· καὶ οὐκ ἔγνωσαν ἕκαστος αὐτῶν, οὐδὲ ἔθεντο ἐπὶ ψυχήν.

D Ἐμφαντικώτατα λίαν τόν τε Ἰακὼβ, καὶ τὸν Ἰσραὴλ ἔοικεν ὀνομάζειν ἐν τούτοις. Καὶ τίς ἂν νοοῖτο πρὸς ἡμῶν ἡ τῆς ἐμφάσεως δύναμις, ἐροῦμεν ὡς ἐν βραχεῖ. Ἐθήτευον μὲν γὰρ Αἰγυπτίοις κατὰ καιροὺς οἱ ἐξ Ἰσραήλ· λελύτρωνται δὲ παρὰ Θεοῦ μεσιτεύοντος τοῦ Μωσέως, πλὴν ἐν χειρὶ κραταιᾷ καὶ ἐν βραχίονι ὑψηλῷ, καθὰ γέγραπται. Μυρίαις γὰρ ὅσαις, καὶ ἀφορήτοις πληγαῖς τοὺς πλεονεκτοῦντας κατηκίζετο. Ἐπειδὴ δὲ τῆς Αἰγυπτίων ἐξέδραμον γῆς, διέβησαν ποσὶ τὴν θάλασσαν, κατεδηδόκασιν ἄρτον ἀγγέλων, ἔπιον ὕδωρ ἐκ πέτρας, εἰσεκομίσθησαν εἰς τὴν γῆν τῆς ἐπαγγελίας, κατηγωνίσαντο βασιλείας, κεκρα-

[62] Eccle. x, 4. [63] Psal. cxviii, 11. [64] I Cor. x, 11.

τήκασιν ἐχθρῶν, δεινὴν καὶ δυσάντητον ἐσχήκασι χεῖρα καὶ διαβόητον ἐπὶ τούτῳ τὴν δόξαν. Ὅπλον δὲ ἦν αὐτοῖς ὁ τῶν ὅλων Θεὸς, ὁ ἱστὰς μὲν τοῦ ἡλίου καὶ σελήνης δρόμον, κατά γε τῆς Γαβαὼν, ἐπαφιεὶς δὲ χαλάζας τοῖς ἀλλοφύλοις ἐξ οὐρανοῦ καὶ εἰς λῆξιν πάσης εὐκλείας τὸν οἰκεῖον ἀναβιβάζων λαόν. Τίς τοίνυν, φησὶ, τὸν διαβόητον Ἰσραὴλ, τὸν ἀξιοζήλωτον Ἰακὼβ, τὸν ἀνάλωτον ἐχθροῖς, τὸν εὐσθενῆ τε καὶ μαχιμώτατον, καὶ ἀεὶ νικᾷν εἰωθότα δέδωκεν εἰς διαρπαγὴν, καὶ τοῖς προνομεύουσι; Πῶς ἠσθένησεν ὁ νικᾶσθαι μὴ εἰδώς; Πῶς ὑπηνέχθη, καὶ γέγονεν ὑπὸ πόδας τῶν ἀνθεστηκότων ὁ πᾶσιν ὑψοῦ, καὶ ἄθραυστον ἀνατείνων τὸ κέρας; Ἐπειδὴ δὲ ἦν ἀναγκαῖον τοὺς μετ' ἐκείνους ἡμᾶς μὴ ἀγνοῆσαι τὰς αἰτίας τοῦ παραδεδόσθαι τὸν οὕτω λαμπρὸν, καὶ ἐξῃρημένον λαὸν, ἐπήνεγκεν ἀναγκαίως· Οὐχὶ ὁ Θεὸς ᾧ ἡμάρτοσαν B αὐτῷ, καὶ οὐκ ἐβούλοντο ταῖς ὁδοῖς αὐτοῦ πορεύεσθαι, οὐδὲ ἀκούειν τοῦ νόμου αὐτοῦ; Ἡ δὲ ἐπὶ τοῖς ἀμφιλόγοις ἐρώτησις ὁμολογίαν ἔχει σαφῆ τοῦ πράγματος. Θεὸς γάρ που πάντως ὁ δοὺς αὐτὸν, καὶ τὴν τοῖς ἐγκλήμασιν πρέπουσαν ἐπαρτήσας ὀργήν. Ταύτητοι τοίνυν κατίσχυσεν αὐτοὺς πόλεμος. Ἀσύνηθες δὲ τοῦτο τοῖς ἐξ Ἰσραὴλ, ἀεὶ γὰρ κεκρατήκασι συνασπίζοντος Θεοῦ. Ἐπειδὴ δὲ εἰς τοὺς θείους αὐτοῦ πεπαρῳνήκασι νόμους, ἔρημοι γεγόνασιν αὐχημάτων τῶν πάλαι. Πεπτώκασιν εἰς τὸ ἀδρανὲς, κατεκομίσθησαν εἰς τὸ ἄναλκες· κύκλῳ γεγόνασιν αὐτῶν οἱ συμφλέγοντες, καὶ οἱόν τινι πυρὶ δαπανῶντες αὐτοὺς τῷ μεγέθει τῶν ἐπενηνεγμένων, ἤγουν καταπιμπράντες αὐτῶν τὰς πόλεις, κατὰ τὸ ἑτέρωθί που σαφῶς εἰρημένον· Αἱ πόλεις ὑμῶν πυρίκαυστοι. Πλὴν οὐκ C ἔγνωσαν, φησὶν, ἕκαστος αὐτῶν, οὐδὲ ἔθεντο ἐπὶ ψυχήν· ἀναισθησίας ἐν τούτοις ὑπομένουσι γραφήν. Ἄρτιοι μὲν γὰρ εἰς σύνεσιν εἶεν ἂν οἱ τὸ προσκρούειν Θεῷ παραιτούμενοι, καὶ τοῦ παθεῖν τι τῶν ἐξ ὀργῆς ἔξω τείνοντες πόδα, διά γε τὸ τρυφερὸν ὑπέχειν αὐτῷ τὸν αὐχένα. Οἵ γε μὴν, καὶ ἐν αὐτῷ γεγονότες τῷ παθεῖν ἐξ ἀνθρωπίνων ὀλισθημάτων, εἰ μὴ αἰσθάνοιντο τῶν ἐπενηνεγμένων, ἁπάσης ἂν εἶεν ἐλπίδος ἀγαθῆς οἱ τοιοίδε μακράν. Ὅτι δὲ καὶ τοῖς τοιούτοις ἐγκλήμασιν ἔνοχοι γεγόνασιν οἱ ἐξ Ἰσραὴλ, καταθρήσαι τις ἂν Ἱερεμίου λέγοντος πρὸς τὸν τῶν ὅλων Θεόν· « Κύριε, οἱ ὀφθαλμοί σου εἰς πίστιν, ἐμαστίγωσας αὐτοὺς, καὶ οὐκ ἠθέλησαν δέξασθαι παιδείαν. » Μεμνήμεθα ὅτι μετὰ τὸ ἁλῶναι τὴν Ἱερουσαλὴμ, D ἀποκομισθῆναι δὲ καὶ αἰχμάλωτον τὸν Ἰσραὴλ, τοῖς περιλελειμμένοις ὁ προφήτης Ἱερεμίας προσελάλει τὰ περὶ Θεοῦ λέγοντος μὴ κατελθεῖν εἰς Αἴγυπτον. Εἶτα πρὸς αὐτῶν αἱ γυναῖκες ἀναίδην ἔφασκον, μᾶλλον δὲ οὐδ' εἰς αἴσθησιν ἐνηνεγμέναι τῆς ὀργῆς, ὅτι Οὐκ ἀπέστειλέ σε Κύριος. Προσεπήγαγον δὲ τούτοις τὰ ἐξ ἀκράτου φρενοβλαβείας. Ἐπειδὴ γὰρ, ἔφασκον, διελείπομεν θύουσαι τῇ βασιλίδι τοῦ οὐρανοῦ, ἐπῆλθεν ἐφ' ἡμᾶς πάντα τὰ κακὰ ταῦτα. Ἀληθὲς οὖν ἄρα τὸ εἰρημένον, ὅτι Οὐκ ἔγνωσαν ἕκαστος αὐτῶν, οὐδὲ ἔθεντο ἐπὶ ψυχὴν, κατισχύσαντος αὐτῶν τοῦ πολέμου, καὶ τῶν κύκλῳ περιεχόντων καταφλεγόντων παντελῶς αὐτούς.

bilem manum habuerunt, et celeberrimam inde gloriam consecuti fuerunt. Arma vero eorum erat universorum Deus: qui in Gabaon cursum solis sistebat et lunæ, et de cœlo grandines in alienigenas demisit, et suum populum in omnis dignitatis sortem evexit [44]. Ergo, inquit, quis Israelem celebratissimum, Jacobum æmulandum et admirandum, hostibus insuperabilem, præpotentem, et bellacissimum, et semper vincere solitum, in direptionem dedit, et deprædantibus objecit? Quomodo attenuatus est, qui vinci non poterat? Quomodo subjugatus et subjectus adversariorum pedibus, qui contra omnes excelsum et invulnerabile cornu efferebat? Quia autem necessarium erat nos, qui illos secuti sumus, causas, cur populus adeo illustris et electus traditus fuerit, non ignorare, induxit necessario: Nonne Deus, cui peccarunt, et non voluerunt viis ejus ingredi, neque legem ejus audire? Hæc in ambiguis rebus interrogatio, rei manifestam habet **557** confessionem. Deus enim erat omnino, qui dedit eum, et qui sceleribus iram dignam intentavit. Hinc itaque illos bellum oppressit. Eratque hoc Israelitis insuetum: ut qui semper Deo protegente, superiores evaserint. At ubi in divinas ejus leges debacchati sunt, veteribus ornamentis deserti et destituti sunt, ad impotentiam reciderunt, ad imbellem timiditatem deducti sunt, circumcirca erant qui eos comburerent, et veluti igne quodam, rerum quæ inferebantur magnitudine, consumerent, vel eorum civitates incenderent, quemadmodum alibi clare dictum est: Civitates vestræ igni incensæ sunt. Verum non cognoverunt, inquit, ulli ex illis, nec animum adhibuerunt: quibus stupiditatis dica hisce verbis scribitur. Etenim cognitione perfecti et absoluti esse possent, si Deum offendere supersederent, et a supplicio ac ira procul quasi pedem removissent, si cervicem ei teneram et flexilem præbuissent. Qui vero propter humanos lapsus patiuntur, si ea quæ inferuntur non sentiant, hi ab omni spe bona procul absunt. Fuisse autem Israelitas talibus implicatos noxiis, videre licet ex Jeremia, qui affatur Deum universorum: « Domine, oculi tui ad fidem, flagellasti eos, at noluerunt suscipere disciplinam [45]. » Meminimus, postquam capta esset Jerusalem, et Israel captivus esset abductus, his qui reliqui erant, locutum esse Jeremiam prophetam, quæ Deus dixerat, ne descenderent in Ægyptum. Deinde impudenter mulieres, imo nullo ejus iræ sensu tactæ, ei dixerunt: Non misit te Dominus: et alia his ex impotenti insania adjecerunt. Postquam enim, dixerunt, destitimus sacrificare reginæ cœli, hæc omnia mala in nos venerunt. Proinde verum est quod dicitur: Non cognoverunt ulli ex illis, neque animum adhibuerunt, cum bellum illos oppresserat, et undique cingentibus eos, qui combusserunt.

[44] Jos. x, 12. [45] Jer. v, 3.

CAP. XLIII. VERS. 1, 2. *Et nunc sic dicit Dominus Deus, qui fecit te, Jacob, qui formavit te, Israel: Ne timeas, quoniam redemi te, vocavi te nomine tuo. Meus es tu : et si transieris per aquam, tecum sum, et flumina non cooperient te; et si transieris per ignem, non* **558** *combureris, flamma non comburet te, quia ego Dominus Deus sanctus, Israel, servans te.*

ἐποίησας, οὕτως ἔσται σοι· τὸ ἀνταπόδομά σου ἀνταποδοθήσεται εἰς κεφαλήν σου. Ὑμῶν τοίνυν ἕνεκα, φησὶν, ὦ Ἰσραὴλ, ἀποστελῶ εἰς Βαβυλῶνα, ἀποστελῶ δὲ τίνα; Ἢ πάντως που τὸν ἀοίδιμον Κῦρον, καὶ τὴν ὑπ' αὐτῷ στρατιάν; Τὸ δὲ ἀποστελῶ τὸ ἐπιπέμψω δηλοῖ. Ἐπεγερῶ δὲ αὐτοῖς καὶ πάντας τοὺς πάλαι φεύγοντας, εἴκοντάς τε αὐτοῖς καὶ δεδιότας ὡς μαχητὰς, καὶ ἀλκιμωτέρους. Καὶ Χαλδαῖοι ἐν πλοίοις δεθήσονται. Ὡς γὰρ ἔφην φθάσας, καὶ αὐτοὶ μετῳκίσθησαν εἰς ἀπῳκισμένας καὶ ἀβάτους χώρας, τὴν καλουμένην Κασπίαν διαπλεύσαντες θάλασσαν. Ἰστέον δὲ ὅτι καὶ ἑτέρα φέρεται γραφή. Χαλδαῖοι γὰρ, φησὶν, οὐκ ἐν πλοίοις μᾶλλον, ἀλλ' ἐν κλοιοῖς δεθήσονται. Σέσωκε δὲ καὶ νοητῶς ἅπαντας τοὺς ἐπὶ τῆς γῆς ὁ τῶν ὅλων Σωτὴρ καὶ Κύριος τὰ τῶν δαιμονίων καταργήσας στίφη, καὶ τὴν ἄμαχον αὐτοῦ καὶ ὑπερφυᾶ δύναμιν κατεξαναστήσας αὐτῶν, τοῦτ' ἔστι Χριστόν. Οὕτω γὰρ ἡμᾶς αἰχμαλώτους ὄντας ἐλυτρώσατο, καὶ τοῖς ἐκείνου θελήμασιν οἱονεὶ θητεύοντας ἀπέφηνεν ἐλευθέρους, καὶ ὡς ἐκ βαρβάρου γῆς ἀποστάσας ἐπανήγαγεν εἰς τὴν νοητὴν Ἰουδαίαν, ἥτις ἐστὶν ἡ Ἐκκλησία ἣν αὐτὸς αὐτῷ περιεποιήσατο, κηλῖδος ἁπάσης ἀπαλλάξας καὶ μολυσμῶν, ἁγίαν τε καὶ ἄμωμον ἀποφήνας.

A et cesserant illis, et velut bellatores ac fortiores metuerant. Et Chaldæi navibus vincientur. Nam, ut supra dixi, et ipsi transportati sunt in remota et inaccessa loca, transmisso mari quod Caspium dicitur. Sciendum autem, aliam circumferri scripturam. Chaldæi enim, inquit, non in πλοίοις, id est, navibus, sed in κλοιοῖς, hoc est, torquibus seu ligaminibus vincientur. Servavit autem etiam intelligibiliter omnes terræ incolas universorum Servator et Dominus, catervis dæmonum profligatis et deletis, et invicta sua et supernaturali potentia, hoc est, Christo, contra eos excitato. Sic enim nos captivos redemit, et servientes veluti eorum voluntatibus, liberos efficit, et veluti e barbara terra ereptos, in terram intelligentia ac mente perceptam Judæam, quæ est B Ecclesia, adduxit, quam ipse sibi acquisivit, ab omni labe et contaminationibus liberavit, et sanctam ac immaculatam reddidit.

Ἐγὼ Κύριος, ὁ Θεὸς ὑμῶν, ὁ ἅγιος, ὁ καταδείξας Ἰσραὴλ βασιλέα ὑμῶν.

Τὰ μεγάλα καὶ ἐξαίρετα τῶν πραγμάτων καὶ ἀπιστεῖται πολλάκις, ὅταν ἔσεσθαι προαγγέλλωνται. Ταύτητοι καὶ σφόδρα εἰκότως ὁ τῶν ὅλων Θεὸς, ὅτε τι τοιοῦτον ἐπαγγέλλεται, πρὸς πίστιν τοῦ ἀκροωμένου τὴν ἑαυτοῦ δόξαν ἐμφανῆ καθιστὰς, Κύριόν τε τῶν ὅλων καὶ Θεὸν ἑαυτὸν ὀνομάζει. Τί δ' ἂν γένοιτο τὸ ἀντιστατοῦν τό γε οὕτως ἔχοντι φύσεώς τε καὶ δόξης; Ὅταν τοίνυν ὑμῖν προαγορεύσω, φησὶν, οὐ C καθ' ἕνα καὶ αὐτός εἰμι τῶν ψευδωνύμων θεῶν, οἳ μηδὲν ὄντες παντελῶς, οὐδ' ἂν ἐργάσαιντό τι μικρὸν ἢ μέγα· εἰμὶ δὲ μᾶλλον Κύριος ὁ Θεὸς, ὁ ἐν ὑμῖν ἅγιος, τοῦτ' ἔστι, σεπτὸς, καὶ τῶν ἄλλων ἁπάντων ἐξῃρημένος, καὶ ἀμάχοις νεύμασιν ἃ ἂν βούλωμαι κατορθῶν. Εἰμὶ δὲ ὁ καταδείξας Ἰσραὴλ βασιλέα ὑμῶν. Τοῦτο διχῇ νοητέον· ἢ γὰρ ἐκεῖνο φησίν· Ὡς ἐγώ εἰμι ὁ καταδείξας ἐμαυτὸν διὰ πολλῶν σημείων, καὶ τῆς ὑπὲρ λόγον ἀλκῆς τε καὶ ἐξουσίας βασιλέα ὑμῶν· ἤγουν ἕτερόν τι διὰ τούτου καταδηλοῦν ὑποτοπητέον· Ἰσραὴλ καὶ μέν τοι καὶ Ἰακὼβ παρὰ ταῖς θείαις ὠνόμασται Γραφαῖς ὁ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς, καθάπερ ἀμέλει καὶ Δαβίδ· διά τοι τὸ ἐκ σπέρματος εἶναι κατὰ σάρκα τῶν ὠνομασμένων. D Εἰμὶ τοιγαροῦν, φησὶν, ἐγὼ ὁ καταδείξας τὸν ἐξ αἵματος Ἰακὼβ τε καὶ Ἰσραὴλ βασιλέα ὑμῶν. Πλείστην δὲ ὅσην ἔχει τὴν οἰκονομίαν ὁ λόγος. Ἐπειδὴ γὰρ λυτρώσεως μερικῆς ἐποιήσατο μνήμην· ἀνεκομίσθη γὰρ, ὡς ἔφην, ὁ Ἰσραὴλ ἐκ τῆς Βαβυλῶνος εἰς τὴν Ἰουδαίαν, ἀναγκαίως ἐπὶ τὸ μεῖζον ἀσυγκρίτως ἀναβιβάζει τὴν ὑπόσχεσιν, καὶ διαμέμνηται λυτρώσεως τῆς ἐσομένης διὰ Χριστοῦ, καὶ οὐ μερικῆς ἔτι, καὶ ὡς ἐπ' ἔθνους ἑνὸς, καθὰ καὶ πάλαι, γενικώτερον δὲ μᾶλλον καὶ κατὰ παντὸς ἰούσης τῆς ὑπ' οὐρανόν. Ὅτι δὲ οὐκ ἀθαύμαστον τοῦ Χριστοῦ τὸ μυστήριον διὰ τὴν τῆς οἰκονομίας ὑπερβολὴν, καὶ τὸ τῆς εἰς ἡμᾶς ἡμερότητος μέγεθος, ἐνδοιάσειεν ἂν οὐδεὶς τῶν γε ἅπαξ εἰδότων αὐτό. Θεὸς γὰρ ὢν φύσει, καὶ

VERS. 15. *Ego Deus vester sanctus, qui ostendi Israel regem vestrum.*

Magna et eximia quæ sunt, sæpe, cum fore prænuntiantur, parum creduntur. Idcirco, et sane merito, universorum Deus, cum tale quidpiam promittat, ad fidem faciendam auditoribus, suam gloriam manifestam facit et perspicuam, et se Dominum universorum ac Deum nominat. Quid illi qui eam naturam habet, et tantam gloriam, poterit resistere? Quando igitur vobis prænuntio aliquid, inquit, non sum e numero falso nuncupatorum deorum, qui plane nihil sunt, nec quidquam seu parvum seu magnum efficere poterunt: at sum Dominus Deus, inter vos sanctus, id est, augustus, et præ aliis omnibus eximius et invictus, **570** et inexpugnabilis, quidquid vel nutu volo efficere. Et sum, qui ostendi Israel regem vestrum, hoc dupliciter intelligendum. Vel enim illud inquit: Ego sum, qui ostendi meipsum regem vestrum multis signis, et fortitudine et potentia, quæ verbis exprimi non potest: vel aliud quiddam significari hic credendum est, Israelem scilicet et Jacob dici in divinis Litteris, Dominum nostrum Jesum Christum, quemadmodum videlicet et David: ex eo quod sit ex semine horum secundum carnem, quos diximus, oriundus. Sum igitur, inquit, qui ostendi regem vestrum ortum ex Jacob et Israelis sanguine. Optimam dispositionem habet oratio. Nam postquam mentionem fecisset liberationis particularis, reductus est enim, ut dixi, Israel ex Babylone in Judæam: ad incomparabiliter majora extendit promissionem, et commemorat liberationem quæ per Christum futura est, non particularem jam, aut quæ velut unius sit gentis, ut olim, sed quæ latius pateat, et quæ universum orbem terrarum pervadat. Christi autem mysterium admirabile esse, propter dispensationis eminentiam, et erga nos placabilitatis magnitudinem, nemo eorum qui illud semel

noverunt, est qui ambigat. Deus enim natura, et ex Deo Patre, cum illuxisset Unigenitus, exinanivit se, formamque servi sumpsit, ut a diaboli tyrannide liberaret eos qui ei subjacebant, suisque sceptris subjiceret. Itaque hoc quidem loco meminit hæc oratio, quasi particularis redemptionis quæ futura esset suo tempore, quæ solis Judaico sanguine ortis data est, et generalis, per Christum scilicet, per quam servavit Deus et Pater totum orbem habitabilem.

VERS. 16, 17. *Sic dicit Dominus : Qui dat in mari viam, et in aqua vehementi semitam, qui educit currus et equum, et multitudinem robustam. Sed dormierunt, et non resurgent, exstincti sunt ut linum exstinctum.*

B Bona et utilia, etsi dicantur sæpe a Deo et hominibus, tamen molesta sapientibus nullo modo sunt, sed ad salutem potius necessaria. Hinc Paulus sapientissimus scribit quibusdam per epistolam : « Eadem dicere vobis, mihi quidem non grave est, vobis autem tutum [63]. » Quoniam enim humana mens, insigni quadam socordia corrumpitur, ita ut **571** quandoque in oblivionem veniat eorum quæ a Deo unicuique data sunt : idcirco divina oratio subinde eorum memoriam nobis refricat, nec sinit frigere socordia, sed pietatis amore, et studio omnium bonorum accendit. Ergo, cum redemptus fuisset Israel, plurimis ac incredibilibus beneficiis ei præstitis, deinde vero eorum obliti, aversi fuissent ad
C defectionem, et ad eos declinavissent qui dii non erant : necessario Deus redigit illis in memoriam suam potentiam dicens dedisse se viam in mari, et in aqua vehementi semitam. Trajecerunt enim medium mare, cum e regione Ægyptiorum proficiscerentur, et pedibus Jordanem transierunt. Et hanc esse dicimus in aqua vehementi semitam. Quæ admiratus divinus David psallit : « Quid est tibi, mare, quod fugisti? Et tu, Jordanis, quia conversus es retrorsum [63*]? » Et iterum de Deo : « Convertens mare in aridam, per fluvium transibunt pede [64]. » Itaque dedit in mari viam, et in aqua vehementi semitam, et currus et equum et multitudinem fortem eduxit. Pharao enim persecutus est Israelitico sanguine ortos, curribus et equis
D usus, et terrifica manu subsidiariorum militum : atqui nullo modo injuriam fecit redemptis. Dormierunt enim, et non resurgent, inquit, sed exstincti sunt, ut linum exstinctum. Nam præfocati sunt aquis, et simul cum equis perierunt, et ut linum quod facile comburitur, ira divina consumpti sunt, et exstincti sine labore, id est, in nihilum abierunt, et veluti in cineres redacti sunt. Linum enim igne facile consumitur, et statim antequam manum verteris, exstinguitur, et flammam parit tenuissimam. Si quis autem dicat : Cum princeps terræ Ægyptiacæ, sua sponte in Israelem incursionem faciat, quomodo ipse universorum Deus, equos et

A ἐκ Θεοῦ Πατρὸς ἀναλάμψας ὁ Μονογενὴς, καθίκετο μὲν εἰς κένωσιν, ἔλαβε δὲ δούλου μορφὴν, ἵνα τῆς τοῦ διαβόλου τυραννίδος ἀπαλλάξας τοὺς ὑπ' αὐτῷ κειμένους, τοῖς ἰδίοις ὑπαγάγῃ σκήπτροις. Μέμνηται δὴ οὖν ὁ λόγος ἐν τούτοις, ὡς ἐσομένης κατὰ καιροὺς λυτρώσεως μερικῆς, ἣ μόνοις δέδοται τοῖς ἐξ αἵματος Ἰσραὴλ, καὶ καθόλου, καὶ γενικωτάτης, διὰ Χριστοῦ δηλονότι, δι' ἧς σέσωκεν ὁ Θεὸς καὶ Πατὴρ τοὺς ἀνὰ πᾶσαν τὴν οἰκουμένην.

Οὕτω λέγει Κύριος· Ὁ διδοὺς ἐν θαλάσσῃ ὁδὸν, καὶ ἐν ὕδατι ἰσχυρῷ τρίβον, ὁ ἐξαγαγὼν ἅρματα, καὶ ἵππον καὶ ὄχλον ἰσχυρόν. Ἀλλ' ἐκοιμήθησαν, καὶ οὐκ ἀναστήσονται, ἐσβέσθησαν ὡς λίνον ἐσβεσμένον.

Τὰ χρηστὰ καὶ ὀνησιφόρα, κἂν πλειστάκις λαλεῖται παρά τε Θεοῦ καὶ ἀνθρώπων, ὀχληρὰ μὲν οὐδαμῶς εἶεν ἂν τοῖς ἀρτίφροσιν, ἀναγκαῖα δὲ μᾶλλον εἰς σωτηρίαν. Ταύτῃτοι καὶ ὁ πάνσοφος Παῦλος ἐπιστέλλει τισί· « Τὰ αὐτὰ λέγειν ὑμῖν, ἐμοὶ μὲν οὐκ ὀκνηρὸν, ὑμῖν δὲ ἀσφαλές. » Ἐπειδὴ γὰρ ἐκ πολλῆς ἄγαν ῥᾳθυμίας ὁ ἀνθρώπινος νοῦς καταφθείρεται πρὸς λήθην ἔσθ' ὅτε τῶν δεδωρημένων ἑκάστῳ παρὰ Θεοῦ, διὰ τοῦτο πρὸς ἀνάμνησιν αὐτῶν ἀναβιβάζει πλεισταχοῦ θεῖος ἡμᾶς λόγος, οὐκ ἐῶν εἰσάπαν ἀποψύχεσθαι πρὸς τὸ ῥᾴθυμον, ἀναζωπυρῶν δὲ μᾶλλον εἰς φιλοθεΐαν, καὶ εἰς παντὸς ἔφεσιν ἀγαθοῦ. Οὐκοῦν ἐπειδήπερ λελύτρωται ὁ Ἰσραὴλ, πλείστων ὅσων ὑπὲρ αὐτοῦ παραδόξως τετελεσμένων, εἶτα τούτων ἀμνημονήσαντες ἐτράποντο πρὸς ἀπόστασιν, καὶ τοῖς οὐκ οὖσι θεοῖς προσνενεύκασιν, ἀναγκαίως αὐτοὺς πρὸς ἀνάμνησιν τῆς ἑαυτοῦ δυνάμεως ἀνακομίζει Θεὸς, δεδωκέναι λέγων ὁδὸν ἐν θαλάσσῃ, καὶ ἐν ὕδατι ἰσχυρῷ τρίβον. Διεβιβάσθησαν γὰρ διὰ θαλάσσης μέσης τῆς Αἰγυπτίων ἀπαίροντες χώρας, διέβησαν δὲ καὶ ποδὶ τὸν Ἰορδάνην. Καὶ ταύτην εἶναί φαμεν τὴν ἐν ὕδατι ἰσχυρῷ τρίβον. Ἃ δὴ καὶ θαυμάσας ὁ θεσπέσιος ψάλλει Δαβίδ· « Τί ἐστί σοι, θάλασσα, ὅτι ἔφυγες; καὶ σὺ, Ἰορδάνη, ὅτι ἐστράφης εἰς τὰ ὀπίσω; » Καὶ πάλιν περὶ Θεοῦ λέγων· « Ὁ μεταστρέφων τὴν θάλασσαν εἰς ξηρὰν, ἐν ποταμῷ διελεύσονται ποδί. » Οὐκοῦν δέδωκεν ἐν θαλάττῃ ὁδὸν, καὶ ἐν ὕδατι ἰσχυρῷ τρίβον. Ἐξήγαγε δὲ, καὶ ἅρματα, καὶ ἵππον, καὶ ὄχλον ἰσχυρόν. Κατεδίωξε μὲν γὰρ ὁ Φαραὼ τοὺς ἐξ αἵματος Ἰσραὴλ ἐν ἅρμασί τε καὶ ἵπποις, καὶ δυσαντήτῳ χρώμενος τῇ τῶν συνασπιζόντων χειρὶ, πλὴν κατ' οὐδένα τρόπον νενίκηκε, ἤγουν ἠδίκησε τοὺς λελυτρωμένους. Ἐκοιμήθησαν γὰρ, καὶ οὐκ ἀναστήσονται, φησὶν, ἀλλ' ἐσβέσθησαν ὡς λίνον ἐσβεσμένον. Ἐναπεπνίγησαν γὰρ τοῖς ὕδασιν, ἵπποις τε ὁμοῦ καὶ διολώλασι, καὶ ὡς εὐκατάπρηστον λίνον ὑπὸ θείας ὀργῆς δεδαπάνηνται, καὶ κατεσβέσθησαν ἀμογητὶ, τοῦτ' ἔστι, κεχωρήκασιν εἰς τὸ μηδὲν, καὶ οἷον ἀποτετέφρωνται. Τὸ γάρ τοι λίνον πυρὶ μὲν ἕτοιμον εἰς ἀφανισμὸν, σβέννυται δὲ καὶ χειρὸς ἀφῇ, καὶ ἀδρανεστάτην ὠδίνει φλόγα. Εἰ δὲ δή τις λέγοι, Τοῦ τῆς Αἰγυπτίων ἐξάρχοντος γῆς ἰδίᾳ βουλήσει

[63] Philip. III, 1. [63*] Psal. XI, 3. [64] Psal. LXV, 6.

κατατρέχοντες τοῦ Ἰσραὴλ, πῶς αὐτὸς ὁ τῶν ὅλων Θεὸς ἐξαγαγεῖν λέγεται τοὺς ἵππους, καὶ ἅρματα, καὶ τὸν ὑπ' ἐκείνων στρατόν; Φαμὲν ὅτι εἴρηται πρὸς Φαραὼ παρὰ τοῦ τῶν ὅλων κρατοῦντος Θεοῦ· « Εἰς αὐτὸ τοῦτο ἐξήγειρά σε, ὅπως ἐνδείξωμαι ἐν σοὶ τὴν δύναμίν μου, καὶ ὅπως διαγγελῇ τὸ ὄνομά μου ἐν πάσῃ τῇ γῇ. » Καὶ ταυτὶ μὴν εἰρήσθω πάλιν ἱστορικῶς. Φαμὲν δὲ ὅτι τοὺς εὖ βιοῦν ᾑρημένους, καὶ τὴν ὑπὸ τῷ διαβόλῳ δουλείαν παραιτουμένους, ἀποφοιτῶντάς τε τῶν περὶ γῆν σπουδασμάτων, καὶ οἷον ἀπαίρειν ἐθέλοντας πάσης ἀκαθαρσίας, διώκει μὲν ὁ πονηρὸς, σώζει δὲ παραδόξως Θεὸς, βάσιμον αὐτοῖς ἀποφαίνων τοῦ παρόντος βίου τὸν κλύδωνα, καὶ ἀφράστῳ δυνάμει διαβιβάζων αὐτοὺς, καὶ τοῖς τοῦ παρόντος βίου περισπασμοῖς οὐκ ἐφιεὶς ἐπικλύζειν αὐτοὺς, ἀλλ' ἐπέκεινα σαρκικῶν κυμάτων γενέσθαι παρασκευάζων, ἐξημερῶν δὲ ὥσπερ τινὰ θάλασσαν αὐτοῖς τοὺς πολυτρόπως συμβαίνοντας πειρασμούς· ἵνα ἰσχύσειαν ἐν γῇ γεγονότες ἐρήμῳ, τοῦτ' ἔστιν, ἐν καταστάσει νοῦ καθαρᾷ καὶ σχολαίᾳ φαγεῖν τὸν ἄρτον τὸν ἐξ οὐρανοῦ, καὶ πιεῖν ὕδωρ ἐκ πέτρας, τοῦτ' ἔστιν, ἐν μεθέξει γενέσθαι Χριστοῦ, διαβιβασθῆναί τε τὸν Ἰορδάνην, οὕτω τε εἰς τὴν γῆν τῆς ἐπαγγελίας ἐλάσαι, συνήσει πάντως ὁ πνευματικὸς ὅ φημι.

Μὴ μνημονεύετε τὰ πρῶτα, καὶ τὰ ἀρχαῖα μὴ συλλογίζεσθε. Ἰδοὺ ποιῶ καινὰ, ἃ νῦν ἀνατελεῖ, καὶ γνώσεσθε. Καὶ ποιήσω ἐν τῇ ἐρήμῳ ὁδὸν, καὶ ἐν τῇ ἀνύδρῳ ποταμούς. Εὐλογήσει με τὰ θηρία τοῦ ἀγροῦ, σειρῆνες, καὶ θυγατέρες στρουθῶν, ὅτι δέδωκα ἐν τῇ ἐρήμῳ ὕδωρ, καὶ ποταμοὺς ἐν τῇ ἀνύδρῳ, ποτίσαι τὸ γένος μου τὸ ἐκλεκτὸν, λαόν μου ὃν περιεποιησάμην, τὰς ἀρετάς μου καὶ κατορθώματα διηγεῖσθαι.

Ὥσπερ ἐν τοῖς ἀνόπιν βραχὺ μερικὴν οὖσαν τὴν ἐσομένην λύτρωσιν τοῖς ἐξ Ἰσραὴλ, παρετίθει μὲν εἰς γνῶσιν αὐτοῖς, ἀναβιβάζων δὲ τῶν πραγμάτων τὴν ἀφήγησιν ἐπὶ τὸ ἄμεινον, ἀσυγκρίτως τῆς διὰ Χριστοῦ σωτηρίας ἐποιεῖτο τὴν μνήμην, ἀναδεῖξαι λέγων ἡμῶν βασιλέα τὸν Ἰσραήλ· οὕτω κἀνθάδε διαμνημονεύσας χρησίμως τῆς τε Ἐρυθρᾶς θαλάσσης, καὶ τῶν Ἰορδάνου ναμάτων, καὶ τοῦ διαβιβασμοῦ τῶν ἐξ Ἰσραὴλ, πάλιν ἐπάνεισιν ἐπὶ τὸ Χριστοῦ μυστήριον. Διὰ τοῦτό φησι· Μὴ μνημονεύετε τὰ πρῶτα, καὶ τὰ ἀρχαῖα μὴ συλλογίζεσθε. Ἡ γὰρ τῶν ἀσυγκρίτως ὑπερκειμένων ἐπεισφορὰ, λήθῃ δίδωσιν ἔσθ' ὅτε τὸ ἔλαττον, καὶ τὰ λαμπρὰ τῶν πραγμάτων ἀπαμβλύνουσί πως τὰ μὴ οὕτως ἔχοντα κατὰ φύσιν, κἂν προτερεύῃ κατὰ τὸν χρόνον. Τοιοῦτόν τι καὶ ὁ πάνσοφος Παῦλος, ὅτι « Νῦν μὲν γινώσκομεν ἐκ μέρους· ὅταν δὲ ἔλθῃ τὸ τέλειον, τὸ ἐκ μέρους καταργηθήσεται. » Μεγάλα μὲν γὰρ καὶ λόγου παντὸς ἐπέκεινα τὰ τετελεσμένα παρὰ Θεοῦ διὰ τοῦ πανσόφου Μωσέως, ὑπερφερῆ δὲ καὶ ἀνεστηκότα τὰ διὰ τῆς τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν ἰσχύος τε καὶ ὑπεροχῆς. Σέσωσται γὰρ δι' αὐτοῦ, καὶ παρ' αὐτοῦ τῶν ἀνὰ πᾶσαν τὴν οἰκουμένην ἐθνῶν ἡ πληθύς. Διὰ τοῦτο μονονουχὶ, καὶ ἐπιλανθάνεσθαι κελεύει τῶν πρώτων. Προσερεῖται [al. προσ-

A currus et exercitum ejus dicitur educere? Respondemus dictum esse Pharaoni ab universorum dominatore Deo: « In hoc ipsum excitavi te, ut ostenderem in te potentiam meam, et ut annuntietur nomen meum in universa terra [65]. » Atque hoc quidem dictum sit historice. Dicimus autem, qui recte vitam instituere cupiunt, et servitutem diaboli effugere, et a terrenis studiis recedere, ac qui volunt quasi subducere se ab omni impuritate, **572** eos malignum persequi, sed Deum mirabiliter servare, et inexplicabili potentia, per hujus vitæ fluctuationem commodum transitum et quasi permeabilem illis reddere, nec sinere eos hujus vitæ curis immergi, sed efficere, ut carnalibus quasi fluctibus superiores evadant, ac veluti mare quod- B dam, sic tentationes varie incidentes tranquillare ac sedare: ut cum in hac terra sunt tanquam in deserto, id est, in statu animi puro et quieto, panem cœlestem edere, et aquam de petra bibere valeant, id est, Christi participes esse, et transire Jordanem, sicque in terram promissionis perduci. Ita spiritualis omnino quod dico, intelliget.

Vers. 18-21. *Ne memineritis priorum, et antiqua ne recogitetis. Ecce facio nova, quæ exorientur, et cognoscetis ea; et faciam in deserto viam, et in loco ubi aqua non est, flumina. Laudabunt me bestiæ agri, sirenes, et filiæ struthionum, quod dederim in* C *deserto aquam, et flumina in aquis carente, ut potum dem generi meo electo, populoque quem acquisivi, ut virtutes meas narret.*

Quemadmodum in superioribus particularem redemptionem Israelitis futuram cognoscendam proposuit, et rerum narrationem ad incomparabiliter majora provehens, salutis per Christum fecit mentionem, dicens se ostendisse regem nostrum Israelem, sive ortum sanguine Israelis: sic etiam hic cum opportune commemorasset mare Rubrum, et undas Jordanis, et transitum Israelitarum: de integro ad Christi mysterium revertitur. Propterea inquit: Ne memineritis priorum, et antiqua ne re- D putetis. Illatio enim rerum incomparabiliter eminentium, interdum dat oblivioni id quod est minus: et res illustres, ea quæ ex natura sua ita non sunt, hebetant quodammodo et obscurant, etiamsi priora sint tempore. Tale quiddam etiam Paulus sapientissimus tradit: « Nunc cognoscimus ex parte: quando vero venerit quod est perfectum, quod ex parte est abolebitur [66]. » Magna enim sunt, et majora quam quæ ulla oratione explicari queant, quæ sunt a Deo per Moysen sapientissimum exhibita: sed excellunt et antestant quæ fortitudine et præstantia Servatoris nostri sunt præstita. **573** Per illum enim et ab illo, gentium multitudo per universum orbem habitabilem servata est. Pro-

[65] Exod. ix, 16. [66] I Cor. xiii, 12.

pterea jubet tantum non oblivisci priorum, et in illis potius, quæ incomparabiliter eminent, et illustrem habent gloriam, mentem defigere. Faciam ergo, inquit, in deserto viam. Intelligitur hic desertum, arida quondam et infructuosa, et velut parens spinarum, multitudo gentium, eo quod sit in ea nullus omnino pius, et probatus, et qui certo novit bene egere. Nam sicuti Psaltes ait : « Omnes declinaverunt, simul inutiles facti sunt : nec erat in illis qui faceret bonitatem, non erat usque ad unum [67]. » In hoc igitur deserto apparuit via, quæ gradientes illac, ad Dei cognitionem veram, ad sanctam et puram vitam, ad omnem omnium rerum bonarum scientiam deducit. Hanc viam esse dicimus, vel divinam et evangelicam et salutarem prædicationem, vel forte ipsummet Christum. Audivimus enim ipsum luculenter dicentem : « Ego sum via [68]. » Nec solum in deserto via fuit, sed ostensi sunt et fluvii, qui undis intelligibilibus et animo utilibus eos qui in eo fuerunt, poterant inebriare. Quos dicimus esse, evangelicorum et apostolicorum vaticiniorum ministros : quorum meminit etiam divinus David, inquiens : « Extulerunt flumina voces suas [69]. » Ut enim iterum idem dicit : « In omnem terram exivit sonus eorum, et in fines orbis terræ verba eorum [70]. » Præter fluvios jam commemoratos intelligi etiam possunt hi qui populi ductores fuerunt, et qui recte et inculpate mysteria tradere norunt, et qui pietatis sermonibus irrogare accedentes ad Christum per fidem potuerunt. Aquis carentem nominat gentium multitudinem. Non enim apud eos erant doctores veritatis, et qui salutares undas haberent. Nam, juxta B. Pauli vocem : « Cum profiterentur se esse sapientes, stulti facti sunt, et mutaverunt gloriam incorruptibilis Dei, in similitudinem imaginis corruptibilis hominis, et volatilium, et quadrupedum, et serpentium [71]. » Monstrata ergo, inquit, via, in deserto, et loco aquis carente flumina capiente, laudabunt me bestiæ agri, sirenes, et filiæ struthionum, quod dederim in deserto aquam, et flumina in terra aquis carente, ut dem potum generi meo electo, populo meo quem acquisivi, ut virtutes meas narret. Bestiæ agri denotare videntur 574 homines præ insigni inscitia efferatos quodammodo, et viventes more agresti. Vixerunt autem sic gentes. Sirenas, et filias struthionum dicit eos, qui apud illos ornate loqui norunt, et qui eximia facultate dicendi sunt præditi. Solet autem divinitus inspirata Scriptura, sirenas vocare, passeres stridulos, et qui melodicum quiddam et numerosum solebant resonare. Ejusmodi erant Græcorum superstitionis doctores, et poetæ, et oratores. Inest enim illis suavitas, et ornatus, quantum ad orationem attinet, nihil vero docent necessarium. Sed hi, inquit, omnes celebrabunt me, ut qui dederim aquam intelligibilem, et in loco qui caret aquis, flumina

A ερείδεσθαι] δὲ μᾶλλον τὸν νοῦν τοῖς ἀσυγκρίτως ὑπερκειμένοις, καὶ λαμπρὰν ἔχουσι δόξαν. Ποιήσω τοίνυν, φησὶν, ἐν τῇ ἐρήμῳ ὁδόν. Νοεῖταί γε μὴν ἔρημος ἐν τούτοις, ἡ πάλαι ξηρὰ καὶ ἄκαρπος τῶν ἐθνῶν πληθὺς, καὶ οἷον ἀκανθοτόκος, διὰ τὸ εἶναι παντελῶς ἐν αὐτῇ μηδένα τὸν εὐσεβῆ, καὶ εὐδόκιμον, καὶ ἀγαθοεργεῖν εἰδότα σοφῶς. Ὡς γὰρ ὁ ψάλλων φησί· « Πάντες ἐξέκλιναν, ἅμα ἠχρειώθησαν, καὶ οὐκ ἦν ἐν αὐτοῖς ὁ ποιῶν χρηστότητα, οὐκ ἦν ἕως ἑνός. » Ἐν ταύτῃ δὴ οὖν τῇ ἐρήμῳ πέφηνεν ὁδὸς ἀποφέρουσα τοὺς δι' αὐτῆς ἐρχομένους πρὸς θεογνωσίαν τὴν ἀληθῆ, καὶ εἰς ἁγίαν καὶ ἀβέβηλον ζωὴν, καὶ εἰς πᾶσαν ἐπιστήμην ἀγαθοῦ παντὸς πράγματος. Φαμὲν δὲ εἶναι ταύτην τὴν ὁδὸν, ἢ τὸ θεῖόν τε καὶ εὐαγγελικὸν καὶ σωτήριον κήρυγμα, ἢ τάχα που καὶ αὐτὸν τὸν B Χριστόν. Ἀκηκόαμεν γὰρ αὐτοῦ λέγοντος ἐναργῶς· « Ἐγώ εἰμι ἡ ὁδός. » Ἀλλ' οὐχ ὁδὸς μόνη γέγονεν ἐν τῇ ἐρήμῳ, ἀνεδείχθησαν δὲ καὶ ποταμοὶ, νοητοῖς καὶ ψυχωφελέσι νάμασι καταμεθύσκειν εἰδότες τοὺς ἐν αὐτῇ. Φαμὲν δὲ εἶναι καὶ τούτους τοὺς τῶν εὐαγγελικῶν τε καὶ ἀποστολικῶν θεσπισμάτων ἱερουργοὺς, ὧν καὶ ὁ θεσπέσιος Δαβὶδ διαμνημονεύει λέγων· « Ἐπῆραν οἱ ποταμοὶ φωνὰς αὐτῶν. » Ὡς γὰρ αὐτός που πάλιν φησίν· « Εἰς πᾶσαν τὴν γῆν ἐξῆλθεν ὁ φθόγγος αὐτῶν, καὶ εἰς τὰ πέρατα τῆς οἰκουμένης τὰ ῥήματα αὐτῶν. » Πρὸς δέ γε τοῖς ὠνομασμένοις ποταμοῖς νοηθεῖεν ἂν καὶ οἱ λαῶν ἡγούμενοι, καὶ μυσταγωγεῖν εἰδότες ὀρθῶς τε καὶ ἀμωμήτως, καὶ τοῖς εἰς εὐσέβειαν λόγοις κατάρδειν δυνάμενοι τοὺς προσιόντας Χριστῷ διὰ τῆς πίστεως. C Ἄνυδρον δὲ τὴν τῶν ἐθνῶν ὀνομάζει πληθύν. Οὐ γὰρ ἦν παρ' αὐτοῖς διδάσκαλος ἀληθείας, καὶ σωτηριῶδες ἔχων τὸ νᾶμα. « Φάσκοντες γὰρ εἶναι σοφοὶ, ἐμωράνθησαν, » κατὰ τὴν τοῦ μακαρίου καὶ θεσπεσίου Παύλου φωνήν· « Καὶ ἤλλαξαν τὴν δόξαν τοῦ ἀφθάρτου Θεοῦ, ἐν ὁμοιώματι εἰκόνος φθαρτοῦ ἀνθρώπου, καὶ πετεινῶν, καὶ τετραπόδων, καὶ ἑρπετῶν. » Ἀναδειχθείσης τοίνυν ὁδοῦ, φησὶν, ἐν ἐρήμῳ, καὶ λαβούσης τῆς ἀνύδρου ποταμοὺς, εὐλογήσει με τὰ θηρία τοῦ ἀγροῦ, σειρῆνες, καὶ θυγατέρες στρουθῶν, ὅτι ἔδωκα ἐν τῇ ἐρήμῳ ὕδωρ, καὶ ποταμοὺς ἐν γῇ ἀνύδρῳ, ποτίσαι γένος μου τὸ ἐκλεκτὸν, λαὸν ὃν περιεποιησάμην τὰς ἀρετάς μου διηγεῖσθαι· καὶ θηρία μὲν ἀγροῦ δηλοῦν ἔοικε τοὺς ἐκ πολλῆς ἄγαν ἀμαθίας ἐκθηριωθέντας τρόπον τινὰ καὶ D ζῶντας ἀγρίως. Ἔζη δὲ οὕτως τὰ ἔθνη. Σειρῆνας δὲ καὶ θυγατέρας στρουθῶν τοὺς εὐστομεῖν παρ' αὐτοῖς εἰδότας φησὶ, καὶ ἐξησκημένους τὸ καλλιεπές. Ἔθος δὲ τῇ θεοπνεύστῳ Γραφῇ σειρῆνας ἀποκαλεῖν τὰ τῶν στρουθίων λαλίστατα, καὶ ἐμμελές τι καὶ εὔρυθμον ἀναφωνεῖν εἰωθότα. Γεγόνασι δέ πως τοιοῦτοι τῶν Ἑλλήνων δεισιδαιμονίας οἱ διδάσκαλοι, ποιηταί τε καὶ λογογράφοι. Ἔνεστι γὰρ αὐτοῖς τὸ ἡδύ τε καὶ εὔκομπον, τό γε ἧκον εἰς λόγους. Διδάσκουσί γε μὴν τῶν ἀναγκαίων οὐδέν. Ἀλλ' οὗτοι πάντες δοξολογήσουσί με, φησὶν, ὡς ὕδωρ δόντα τὸ νοητὸν, καὶ ἀνύδρῳ δείξαντα ποταμούς. Ἵνα τὸ ἐκλεκτόν μου ποτίσωσι γένος· καὶ ποῖον τοῦτό ἐστιν, ἢ ἐκεῖνοί που πάντως,

[67] Psal. XIII, 3. [68] Joan. XIV, 6. [69] Psal. XCII, 3. [70] Psal. XVIII, 5. [71] Rom. I, 23.

οἷς καὶ ὁ πάνσοφος Πέτρος προσπεφώνηκε λέγων· A « Ὑμεῖς δὲ γένος ἐκλεκτὸν, βασίλειον ἱεράτευμα, ἔθνος ἅγιον, λαὸς εἰς περιποίησιν, ἵνα τὰς ἀρετὰς ἐξαγγείλητε τοῦ ἐκ σκότους ὑμᾶς καλέσαντος ἐπὶ τὸ θαυμαστὸν αὐτοῦ φῶς, οἵ ποτε οὐ λαὸς, νῦν δὲ λαὸς ἐν Κυρίῳ; »

Οὐ νῦν ἐκάλεσά σε, Ἰακὼϐ, οὐδὲ κοπιᾶσαι σε ἐποίησα, Ἰσραήλ. Οὐκ ἤνεγκάς μοι πρόϐατα τῆς ὁλοκαρπώσεώς σου, οὐδὲ ἐν ταῖς θυσίαις σου ἐδόξασάς με, οὐδὲ ἐδούλευσας ἐν ταῖς θυσίαις σου. Οὐδὲ ἔγκοπον ἐποίησά σε ἐν λιϐανωτῷ, οὐδὲ ἐκτήσω μοι ἀργυρίου θυμίαμα, οὐδὲ τὸ στέαρ τῶν θυσιῶν σου ἐπεθύμησα. Ἀλλ' ἐν ταῖς ἁμαρτίαις σου, πλημμελήμασί τε καὶ ἀδικίαις καὶ τοῖς τοιουτοτρόποις προέστην σου.

B Διὰ τῶν ἤδη προεξητασμένων, ἤγουν προανεγνωσμένων, τῆς ἐν Χριστῷ διαθήκης καὶ τῶν παρ αὐτοῦ χαρισμάτων ἐποιεῖτο τὴν προαγόρευσιν. Ἔφη γὰρ ἐν ἐρήμῳ ποιήσειν ὁδὸν, καὶ ἐν ἀνύδρῳ ποταμούς· ταύτης ἕνεκα τῆς αἰτίας εὐλογηθήσεσθαι παρὰ πάντων τῶν θηρίων τοῦ ἀγροῦ· τρόπος δ' ἂν νοοῖτο θυσίας νοητῆς ἡ δοξολογία, καὶ τῆς νέας καὶ ἐν Χριστῷ διαθήκης καρπός. Ἐν δέ γε τοῖς προκειμένοις πληροφορεῖν πειρᾶται τὸν Ἰσραὴλ, ὅτι λελύτρωται μὲν ἐξ Αἰγύπτου, καὶ τῆς αὐτόσε θητείας ἐξῄρηται, καὶ τῶν οὕτως ἀνιαρῶν ἀπηλλάχθη πόνων, οὐχ ἵνα μόσχους αὐτῷ προσαγάγῃ, καὶ τὴν δι' αἵματος καὶ καπνῶν ποιῆται πρόσοδον. Ἀποϐλήματα γὰρ τὰ τοιάδε παρὰ Θεῷ, καὶ σκιὰ μᾶλλόν εἰσιν ἢ ἀλήθεια. Φησὶ τοίνυν· Οὐ νῦν ἐκάλεσά σε, Ἰακώϐ. Τὸ δὲ νῦν, C ἐκληπτέον, ἀντὶ τοῦ, οὐχ ὅτε θύεις, ἤγουν οὐκ ἐν τῷ βουθυτεῖν ὄντα καὶ μηλοσφαγεῖν κέκληκά σε, ἵνα μὴ ἄρα πως οἰηθῇς ἀντέκτισιν ὥσπερ τινὰ τῆς προσαγωγῆς ἐσχηκέναι τὴν λύτρωσιν, ἀλλ' ὄντα σε μᾶλλον ἐν ἁμαρτίαις, καὶ μολυσμοῖς ἔνοχον, λελάτρευκας γὰρ τοῖς Αἰγυπτίων θεοῖς, φειδοῦς ἠξίωσα καὶ ἀγάπης. Ἡμερότητος οὖν ἄρα τὸ δῶρον, καὶ φιλανθρωπίας καρπὸς ἡ χάρις, καὶ ὡς ἐξ ἀγάπης ἡ λύτρωσις. Οὐδὲν γὰρ, φησὶ, πρὸς ἐμὲ τὰ πρόϐατα τῆς ὁλοκαρπώσεώς σου, οὔτε μὴν ἐν ταῖς θυσίαις σου ἐδόξασάς με. Τὸ γὰρ ἀπαράδεκτον ὅλως καὶ εἰκῇ προσφερόμενον, πῶς ἂν εἰς δόξαν γένοιτο τὴν ἐμήν; Ἀλλ' οὐδὲ ἐδούλευσας ἐν ταῖς θυσίαις σου. Ὁ μὲν γάρ τι τῶν ἀγαθῶν ἐπιτηδεύων, φησὶ, καὶ αὐχημάτων τῶν εἰς ἀρετὴν γενόμενος ἀποτελεστὴς, ὁ τοῖς D ἐμοῖς νεύμασιν ὑποθεὶς τὸν αὐχένα, καὶ θεσπισμάτων τῶν ἱερῶν ἐργάτης, δουλεύειν ἂν λέγοιτο τῷ ἐπὶ πάντας Θεῷ. Ὁ δέ γε λιϐανωτῷ τὴν ἁγίαν καπνίζων σκηνὴν, καὶ βοῦς προσάγων ἢ πρόϐατα, ἤ τι τῶν ἀρίστων κατωρθωκὼς, τὴν τῆς γνησιότητος οὐκ ἀποίσεται δόξαν· Πέπραχε γὰρ ὅλως ὁ τοιοῦτος τῶν ἀρεσκόντων ἐμοὶ οὐδὲν, οὐκοῦν οὐκ ἔν γε τῷ θύειν τὸ δουλεύειν ἐστὶν, ἀλλ' ἐν τῷ βουλεύεσθαι τρυφερόν τε καὶ οἷον ἀναφῆ τοῖς αὐτοῦ θελήμασιν ὑποφέρειν τὸν αὐχένα. Ὅσον γὰρ ἧκον, φησὶν, εἰς τὸ αὐτό μοι δοκοῦν, οὐκ ἂν ἔγκοπόν σε ἐποίησα ἐν λιϐανωτῷ, οὐδ'

ostenderim. Ut potum dem generi meo electo. Quale istud est, nisi illi prorsus, quos etiam sapientissimus Petrus affatus est, inquiens : « Vos genus electum, regale sacerdotium, gens sancta, populus acquisitionis, ut virtutes annuntietis ejus, qui e tenebris vos ad lucem suam admirabilem vocavit, qui quondam non populus, nunc autem populus in Domino [72]? »

VERS. 22-24. *Non jam vocavi te, Jacob, nec laborare te feci, Israel. Non obtulisti mihi oves holocausti tui. Neque in sacrificiis tuis magnificasti me, nec servivisti in hostiis tuis. Neque laborem fecisti in thure, nec emisti mihi argento thymiama, nec adipem hostiarum tuarum concupivi. Sed in peccatis tuis et in injustitiis tuis defendi te.*

In his quæ jam excussa ante sunt vel prælecta, fœderis in Christo, et ejus charismatum prædictionem posuit. Dixit enim se in deserto facturum viam, et in loco siticuloso flumina, hac de causa se ab omnibus agri hostiis prædicatum iri : prædicatio hæc intelligi potest genus quoddam hostiæ intelligibilis, et fructus novi, et in Christo fœderis. In his autem quæ proposita sunt, fidem conatur facere Israeli, se ex Ægypto liberatum esse, et servituti inibi vindicatum, adeoque gravibus ereptum laboribus : non ut ei vitulos offerat, et per sanguinem et fumos sibi aditum patefaciat. Rejectamenta enim sunt hæc apud Deum, umbra magis sunt, quam veritas. Itaque dicit : Non jam vocavi te, Jacob. Illud, Jam, accipiendum est, pro, Non quando sacrificas, puta, non cum boves offers et pecora mactas, vocavi te : ne forte **575** putes, te liberationem habuisse velut quoddam oblationis præmium : sed cum in peccatis versareris, et inquinamentis esses implicitus (nam Ægyptiorum diis serviebas), tum misericordia te et amore dignatus sum. Ergo donum est placabilitatis et humanitatis fructus est gratia, et velut ex charitate liberatio. Nihil enim, inquit, ad me holocausti tui oves, nec in hostiis tuis me laudasti. Nam quod plane non est acceptum aut gratum, sed frustra oblatum est, qui hoc ad meam cedet gloriam? Sed neque serviebas in hostiis tuis. Nam qui boni quidpiam, inquit, exercet, et quæ virtutis sunt insignia præstat, qui meo nutui cervicem supponit, et sacrosancta vaticinia exsequitur, hic dici potest servire Deo qui est super omnia. At qui thuris fumo sanctum tabernaculum perfundit, et boves offert vel oves; qua re præclare gesta, veram ac germanam gloriam referet? Hic enim plane nihil, quod sit mihi voluptati, fecit. Non est ergo in sacrificando obsequium, sed teneram ac quasi tractabilem cervicem ejus voluntati submittendo. Nam quantum ad id attinet quod mihi placet, inquit, non laborem tibi exhibui in thure, nec emisti mihi thymiama argento, sed nec adipem hostiarum tuarum concupivi. Simile huic est, quod per alium

[72] I Petr. ix, 10.

prophetam dictum est illis: « Holocautomata cum hostiis vestris colligite, et edite carnes. Quia non locutus sum patribus vestris, de holocaustis et hostiis die illa, qua eduxi eos e terra Ægypti[73]. » Dixit autem et alibi iterum idem propheta Jeremias: « Quid mihi thus de Saba affertis, et cinnamomum de terra longinqua? Holocausta vestra non sunt accepta, et victimæ vestræ non placuerunt mihi[74]. » Quin et voce Psalmistæ: « Non accipiam de domo tua vitulos, neque de gregibus tuis hircos[75]. » Declarat autem abjectum esse plane umbratilem cultum, dum eos abducit a typis, et ad justificationem per Christum adducit, docetque evangelicæ conversationis curam suscipiendam esse, per quam solam fit, ut possimus Deo placere, et vere irreprehensibilem ac sincerum cultum, spiritualem videlicet, retinere. « Deus etenim, inquit, est spiritus, et qui adorant eum, in spiritu et veritate adorare oportet[76]. »

A ἂν ἐκτήσω μοι ἀργυρίου θυμίαμα, ἀλλ' οὐδὲ στέαρ τῶν θυσιῶν σου ἐπεθύμησα. Ἔοικε τούτῳ τὸ δι' ἑτέρου προφήτου πρὸς αὐτοὺς εἰρημένον· « Τὰ ὁλοκαυτώματα αὐτῶν ὑμῶν μετὰ τῶν θυσιῶν ὑμῶν συνάγετε, καὶ φάγετε κρέα, ὅτι οὐκ ἐλάλησα πρὸς τοὺς πατέρας ὑμῶν, περὶ ὁλοκαυτωμάτων, καὶ θυσιῶν, ἐν ἡμέρᾳ ᾗ ἀνήγαγον αὐτοὺς ἐκ γῆς Αἰγύπτου. » Ἔφη που καὶ ἑτέρωθι πάλιν ὁ αὐτὸς προφήτης Ἱερεμίας· « Ἵνα τί μοι λίβανον ἐκ Σαβᾶ φέρετε, καὶ κινάμωμον ἐκ γῆς μακρόθεν; Τὰ ὁλοκαυτώματα ὑμῶν οὐκ εἰσὶ δεκτὰ, καὶ αἱ θυσίαι ὑμῶν οὐχ ἥδυνάν με. » Καὶ μὴν, καὶ διὰ τῆς τοῦ ψάλλοντος φωνῆς· « Οὐ δέξομαι ἐκ τοῦ οἴκου σου μόσχους, οὐδὲ ἐκ τῶν ποιμνίων σου χιμάρους. » Ἀπόβλητον δὲ ποιεῖται πανταχοῦ τὴν ἐν σκιαῖς λατρείαν, ἀφιστὰς μὲν αὐτοὺς τῶν τύπων, συνελαύνων δὲ ὥσπερ εἰς δικαίωσιν τὴν ἐν B Χριστῷ, καὶ τῆς εὐαγγελικῆς πολιτείας μεταποιεῖσθαι διδάσκων, δι' ἧς ἂν γένοιτό τε καὶ μόνης τὸ εὐαρεστεῖν δύνασθαι τῷ Θεῷ, καὶ τὸ ἄμωμον ἀληθῶς καὶ εἰλικρινὲς εἰς λατρείαν, δῆλον δὲ ὅτι τὴν πνευματικήν. « Πνεῦμα γάρ, φησίν, ὁ Θεὸς, καὶ τοὺς προσκυνοῦντας αὐτῷ ἐν πνεύματι καὶ ἀληθείᾳ δεῖ προσκυνεῖν. »

576 VERS. 25, 26. *Ego sum, ego sum qui deleo iniquitates tuas nec meminero. Tu autem memento, et judicemur. Dic tu iniquitates tuas prior, ut justificeris.*

Rursus specta, Deum virtuti legalis cultus, facultatem liberandi ab insita ipsorum impuritate, non tribuisse. Nec enim fieri potest, ut sanguis taurorum et hircorum peccata auferat, et in his umbra legis est inutilis. Etenim ex lege nemo justificatur, juxta divini Pauli vocem. Scribit enim in Epistola de se et aliis apostolis seu credentibus ex circumcisione: « Nos, inquit, natura Judæi, et non ex gentibus peccatores, scientes non justificari hominem ex operibus legis, sed fide Jesu Christi: nos quoque, inquam, in Jesum Christum credidimus, ut per illum justificaremur[76*]. » Ne itaque putes, inquit, te unquam posse victimis et fumis liberum te a vitiositatis crimine efficere: at scito potius, quod ego sim qui deleo iniquitates tuas, et non meminero. Justificati enim sumus, non ex operibus justitiæ, quæ fecimus nos, sed ex multa misericordia ejus, qui oblivisci voluit nostrorum delictorum. Hoc enim solum etiam servat terræ incolas, qui mentem infirmam habent, et ad omnia quæ in lege accusantur, facile sequacem. Admodum enim, inquit, proclivis est mens hominis ab adolescentia ad mala. Hinc justissima de causa divinus David humanorum lapsuum meminit, inquiens: « Si iniquitates observaveris, Domine, quis subsistet? Quia apud te propitiatio est[77]. » Misericordiam igitur capit Deus universorum, et auspicato nutu et divina oblivione usus, a culpa liberat et offensis eos, qui deprehensi et convicti sunt. Verum non sinit misericordiam consecutos, miserentis gratiam scire ipsos. Et perutile hoc ac sanctis curæ fuisse

Ἐγώ εἰμι, ἐγώ εἰμι ὁ ἐξαλείφων τὰς ἀνομίας σου, καὶ οὐ μὴ μνησθήσομαι. Σὺ δὲ μνήσθητι καὶ κριθῶμεν. Λέγε σὺ τὰς ἀνομίας σου πρῶτος, ἵνα δικαιωθῇς.

Ἀθρει δή μοι πάλιν, ὡς οὐ τῇ δυνάμει τῆς κατὰ νόμον λατρείας ἐκνενέμηκε Θεὸς τὸ ἀπαλλάττειν δύνασθαι τινὰς τῆς ἐνούσης αὐτοῖς ἀκαθαρσίας. Ἀδύνατον γὰρ αἷμα ταύρων καὶ τράγων ἀφαιρεῖν ἁμαρτίας, καὶ ἀνόνητος ἐν τούτοις ἡ τοῦ νόμου σκιά. Δικαιοῦται γὰρ οὐδεὶς ἐν νόμῳ κατὰ τὴν τοῦ θεσπεσίου C Παύλου φωνήν. Ἐπιστέλλει γοῦν, καί φησι περί τε αὐτοῦ, καὶ τῶν ἄλλων ἀποστόλων, ἤγουν τῶν πεπιστευκότων ἐκ περιτομῆς· « Ἡμεῖς φύσει Ἰουδαῖοι, καὶ οὐκ ἐξ ἐθνῶν ἁμαρτωλοί· εἰδότες δὲ ὅτι οὐ δικαιοῦται ἄνθρωπος ἐξ ἔργων νόμου, ἐὰν μὴ διὰ πίστεως Ἰησοῦ Χριστοῦ· καὶ ἡμεῖς εἰς Χριστὸν Ἰησοῦν ἐπιστεύσαμεν, ἵνα δικαιωθῶμεν ἐν αὐτῷ. » Μὴ τοίνυν, φησίν, οἰηθῇς ὡς δυνήσῃ ποτὲ τῶν ἐκ φαυλότητος ἐγκλημάτων ἐλεύθερον ἀποφῆναι σαυτὸν διὰ θυσίας καὶ καπνῶν. Ἴσθι δὲ μᾶλλον ὅτι ἐγώ εἰμι ὁ ἐξαλείφων τὰς ἀνομίας σου, καὶ οὐ μὴ μνησθήσομαι. Δεδικαιώμεθα γὰρ οὐκ ἐξ ἔργων δικαιοσύνης, ἃ ἐποιήσαμεν ἡμεῖς, ἀλλὰ κατὰ τὸ πολὺ ἔλεος αὐτοῦ ἀμνημονεῖν ἐθέλοντος τῶν ἡμετέρων αἰτιαμάτων. Σώζει γὰρ τοῦτο καὶ μόνον τοὺς ἐπὶ τῆς γῆς, D ἀδρανῆ, καὶ εὐπαρακόμιστον τὴν διάνοιαν ἔχοντας πρὸς πᾶν ὁτιοῦν τῶν ἐκ νόμου διαβεβλημένων. Ἐπιμελῶς γάρ, φησιν, ἔγκειται ἡ διάνοια τοῦ ἀνθρώπου ἐπὶ τὰ πονηρὰ ἐκ νεότητος. Ταύτῃ τοι, καὶ μάλα εἰκότως ὁ θεσπέσιος Δαβὶδ τῶν ἀνθρωπίνων ὀλισθημάτων διαμέμνηται λέγων· « Ἐὰν ἀνομίας παρατηρήσῃς, Κύριε, τίς ὑποστήσεται; ὅτι παρὰ σοὶ ὁ ἱλασμός ἐστι. » Κατοικτείρει μὲν οὖν ὁ τῶν ὅλων Θεὸς, καὶ δὴ καὶ αἰσίοις νεύμασι καὶ ἀμνηστίαις χρώμενος ταῖς θεοπρεπέσιν, ἔξω τίθησιν αἰτίας, καὶ

[73] Jer. VII, 21, 22. [74] Jer. VI, 20. [75] Psal. XLIX, 9. [76] Joan. IV, 24. [76*] Gal. II, 15, 16. [77] Psal. CXXIX, 3, 4.

ὀλισθημάτων τοὺς ἁλόντας αὐτοῖς. Πλὴν οὐκ ἐᾷ τοὺς ἠλεημένους τὴν τοῦ δικαιοῦντος αὐτοὺς εἰδέναι χάριν. Ἐπωφελὲς δὲ τοῦτο καὶ διὰ σπουδῆς τοῖς ἁγίοις γεγονὸς εὑρήσομεν. Ψάλλει γοῦν καί φησιν ὁ μακάριος Δαβὶδ, ποτὲ μὲν, ὅτι «Τὴν ἀνομίαν μου ἐγὼ γινώσκω, καὶ ἡ ἁμαρτία μου ἐνώπιόν μου ἐστὶ διὰ παντός·» καὶ πάλιν, ὅτι «Τὴν ἀνομίαν μου ἐγὼ ἀναγγελῶ, καὶ μεριμνήσω ὑπὲρ τῆς ἁμαρτίας μου.» Ἐγὼ τοίνυν, φησὶν, ἀμνημονήσω μὲν τῶν αἰτιαμάτων. Μέμνησό γε μὴν αὐτὸς, καὶ δὴ καὶ κριθῶμεν· Ὁμολόγει δὲ σὺ, καὶ βεβαίαν ἔχε τὴν ἀμνηστείαν. Γέγραπται γὰρ ὅτι, «Δίκαιος ἑαυτοῦ κατήγορος ἐν πρωτολογίᾳ.» Καὶ πάλιν· «Μὴ αἰσχυνθῇς ὁμολογῆσαι ἐφ' ἁμαρτίαις σου.» Οὐ τετήρηκε τὴν τοιαύτην ἐντολὴν ὁ ὑπέροφρυς Φαρισαῖος, ὃν ἐν ταῖς εὐαγγελικαῖς παραβολαῖς ἵστησιν εὐχόμενον ὁ Σωτὴρ ἐν τῇ συναγωγῇ, εἶτα πολὺ νοσοῦντα τὸ ἀμαθὲς, καὶ ἐξ εἰκαίου φυσήματος λέγοντα· «Ὁ Θεὸς, εὐχαριστῶ σοι, ὅτι οὐκ εἰμὶ ὡς οἱ λοιποὶ τῶν ἀνθρώπων, ἅρπαγες, ἄδικοι, ἢ καὶ ὡς οὗτος ὁ τελώνης· νηστεύω δὶς τοῦ σαββάτου, ἀποδεκατῶ πάντα τὰ ὑπάρχοντά μοι.» Οὗτος οὐκ ἠνέσχετο λέγειν τὰς ἑαυτοῦ ἁμαρτίας. Καταχέκριται δὴ οὖν ὡς ἀλαζών τε καὶ ψεύστης, καθαρὸς γὰρ οὐδεὶς ἀπὸ ῥύπου, καὶ πολλὰ πταίομεν ἅπαντες. Ἔγνω δὲ καὶ ὡμολόγει τὰς ἁμαρτίας ὁ τελώνης τὰς ἑαυτοῦ. Εἱστήκει γὰρ τύπτων τὸ στῆθος, καὶ λέγων· «Ὁ Θεὸς, ἱλάσθητί μοι τῷ ἁμαρτωλῷ.» Δεδικαίωται δὴ οὖν ὁμολογήσας τὰ ἡττήματα, καὶ τῆς ἐνούσης αὐτῷ βδελυρίας τὸν ῥύπον οὐκ ἀποκρύψας, ἵνα καθαρισθῇ.

A inveniemus. Psallit enim et inquit beatus David alias: «Iniquitatem meam ego cognosco, et peccatum meum contra me est semper[78].» Et rursus alias: «Iniquitatem meam ego annuntiabo, et de peccato meo sollicitus ero[79].» Ego itaque, inquit, obliviscar delictorum. Tu ipse memento, et judicemur. Confitere tu, et scito fore certam oblivionem. Scriptum est enim: «Justus sui ipsius **577** accusator est in principio sermonis[80].» Et iterum: «Ne pudeat confiteri peccata tua.» Non hoc præceptum servavit superciliosus Pharisæus, quem in evangelicis parabolis proponit Servator precantem in synagoga, morbo ignorantiæ et vani tumoris multum laborantem, ac dicentem: «Gratias tibi ago quod non sum quales reliqui hominum, ra-B paces, injusti, aut qualis est hic publicanus: jejuno bis in sabbato, decimas do omnium facultatum mearum[81].» Iste non sustinuit dicere sua peccata. Condemnatus igitur est, ut arrogans et mendax. Nemo etenim mundus est a sordibus. Et multum labimur omnes. Novit autem et confessus est sua publicanus. Stabat enim pulsans pectus, ac dicens: «Deus, propitius esto mihi peccatori.» Justificatus est ergo, confessus culpas, et abominationis suæ sordes non celans, ut emundaretur[82].

Οἱ πατέρες ὑμῶν πρῶτοι, καὶ οἱ ἄρχοντες ὑμῶν ἠνόμησαν εἰς ἐμέ. Καὶ ἐμίαναν οἱ ἄρχοντες τὰ ἅγιά μου· καὶ ἔδωκα ἀπολέσαι Ἰακὼβ καὶ Ἰσραὴλ εἰς ὀνειδισμόν.

Εἰπών· Ἐγώ εἰμι ὁ ἐξαλείφων τὰς ἀνομίας σου, καὶ οὐ μὴ μνησθήσομαι, συνεῖδεν ὅτι τάχα πού τινες τοῖς εἰρημένοις ἀνταναστήσονται, καὶ δὴ καὶ ἐροῦσιν· Εἰ τετίμηκας ἀμνηστείᾳ τὸν Ἰσραὴλ, εἰ γέγονεν ἐπ' αὐτῷ πολλή τις ἄγαν ἡ γαληνότης, εἰ κεκάθαρται τῶν ῥύπων, καὶ τῶν ἀρχαίων αἰτιαμάτων τοὺς μολυσμοὺς ἀπενίψατο, πῶς ἢ τίνων ἐξῄτηται δίκας τοῖς τῶν πολεμίων ξίφεσι δαπανώμενος· εἶτα δορύληπτος γεγονὼς, καὶ τὴν ἐνεγκοῦσαν ἀφεὶς, καὶ ὑπὸ χεῖρα καὶ ζυγὸν τῶν ᾑρηκότων γεγενημένος; Δέδοται γὰρ τοῖς ἐκ Βαβυλῶνος ἥκουσι μαχηταῖς. Ἀπολογεῖται δὴ οὖν τὸ, Κριθῶμεν, λέγων, καί φησιν, ὡς αὐτοὶ γεγόνασι, καὶ τούτου αἴτιοί τε καὶ πρόξενοι ταῖς σφῶν αὐτῶν κεφαλαῖς. Οἱ γὰρ πατέρες ὑμῶν, φησὶ, καὶ οἱ ἄρχοντες ὑμῶν ἠνόμησαν εἰς ἐμέ. Καὶ οὐχ ἁπλῶς αἰτιᾶται προγόνους πατέρας ἡμῖν ἐν τούτοις εἰπών. Ἔοικε δὲ μᾶλλον βούλεσθαί τι τοιοῦτον ὑποδηλοῦν. Οἱ γάρ τοι πρὸς ἱερουργίαν ἐξειλεγμένοι σοφοί τε καὶ νομοΐστορες, καὶ παιδαγωγεῖν εἰωθότες τοὺς ὑπὸ χεῖρα λαοὺς, πατέρες ἂν λέγοιντο τῶν ὑπεζευγμένων, ἄρχοντές τε καὶ ἡγούμενοι. Ὅταν τοίνυν οὐκ ἐκ πληθύος τῆς ἀγελαίου πράττηταί τινα τῶν ἀτόπων, παρ' ἐκείνων δὲ μᾶλλον οὓς ἦν εἰκὸς δύνασθαι καὶ τὰ τῶν ἑτέρων ἐπανορθοῦν, φορτικὸν τὸ χρῆμα, καὶ δυσδιάφυκτος ἡ δίκη, καὶ ὀφειλομένη

C Vers. 27, 28. *Patres vestri primi, et principes vestri inique prævaricati sunt in me. Et contaminarunt principes sancta mea. Et dedi ut perderent Jacob, et Israel in opprobrium.*

Cum dixisset: Ego sum qui deleo iniquitates tuas, et non meminero, novit forsitan aliquos his quæ dicta sunt occursuros, et quidem dicturos: Si honoraveris Israelem oblivione peccatorum, si ei comparata sit summa tranquillitas, si emundatus sit a sordibus, et inquinamenta veterum delictorum ablueril: quo modo aut quarum culparum pœnas pendit, hostium gladiis confectus, captivus factus, et patria amissa, et in manu ac sub jugo eorum qui vastarunt? Nam traditus fuit bellatoribus venientibus ex Babylone. Excusat igitur factum, in-D quiens: Judicemur, et ait ipsos fuisse auctores hujus, et accersivisse hæc suis ipsorum capitibus. Patres enim vestri, inquit, et principes vestri inique egerunt in me. Nec simpliciter hoc crimini dat majoribus cum dicit, Patres vestri. Sed tale quid his verbis videtur potius velle denotare. Nam qui ad ministerium electi erant, et sapientes, et legisperiti, et populum sibi commissum erudire solebant eorum qui jugo suberant, patres, et principes, et duces, appellari poterant. Itaque cum hæc absurda et indecora, non a gregaria turba perpetrentur, sed ab his, quorum erat aliorum scelera corrigere, **578** molestum est, et pœna inevitabilis, et in posterum debita his qui fecerunt impie. Ergo,

[78] Psal. L, 5. [79] Psal. XXXVII, 19. [80] Prov. XVIII, 17. [81] Luc. XVIII, 11, 12. [82] ibid. 13.

inquit, qui in loco patrum sunt positi, et qui præfuerunt vobis, impii fuerunt in me. Cum dicit, In me, ostendit hæc quæ turpiter et impie designata sunt, non in unum aliquem nostræ sortis hominem facta esse, sed contra ipsam majestatem Dei, qui est supra omnia. Puta, cum proximum quis injuria affecerit, vel avaritia, et insolentia, aut alio modo circumveniens: peccat quidem, verum in hominem suæ naturæ similem, et non in Deum. Qui autem cultum repellit, et dæmoniorum deceptionibus seipsum exponit, et adorat illa, contra Deum se opponit, et quantum in ipso est, illum e sedibus divinitatis depellit, et excutere conatur a prærogativa et gloria quæ ipsi et soli congruit. Israelitæ vero diversis temporibus hoc factitarunt. Nam idolis servierunt, et cum sacrosanctis oraculis vale dixissent, puram et superbam in Deum cervicem voluerunt erigere. Accusat igitur eos, et ait: Sacerdotes non dixerunt: Ubi est Dominus? Et profitentes legem non cognoverunt me; et prophetæ impie agebant in me. Et rursus: Quare loquimini mihi? Omnes vos inique egistis, et omnes vos impie egistis in me, dicit Dominus omnipotens. Polluerunt ergo, inquit, principes vestri sancta mea. Ausi sunt enim non in Jerusalem solum dæmonum columnas erigere, sed et in ipso templo divino hoc impie fecisse deprehensi sunt. Dixit igitur universorum Deus de synagoga Judæorum: Quod flagitium abominabile commisit dilecta in domo mea? abominationem dicens, ad Dei formam fabricatam statuam et loco Dei fabricatam imaginem [83]. Contaminantur etiam sancta alio modo, si contemptui habeantur ab aliquibus ea quæ in gloriam Dei reverenter et sancte fieri jubentur, et si qui divinarum ejus legum transgressionem nihili faciant. Itaque quia, inquit, patres vestri impii in me fuerunt, et principes sancta mea contaminarunt, ideo dedi hostibus, ut perdant Jacob, et propter hæc, infamia notavi Israelem.

Cap. XLIV. Vers. 1. *Nunc vero audi, puer mi Jacob, et Israel quem elegi.*

Cum primatum fecerit mentionem, et **579** crimina optime explicuerit, ob quæ traditus est in interitum et opprobrium defector Israel: rursus illis promittit malorum oblivionem, et instaurare vult ac revocare eos ad perfectam et inculpabilem obedientiam. Prætermisso autem velut ignorationis tempore, quo legem habens, Deum non amare deprehendebatur: rursus aliud illis tempus præfinit, cum inquit, Nunc: cui simile est: « Hodie si vocem ejus audieritis, ne obduretis corda vestra sicut in exacerbatione [84]. » Nam tempore, inquit, jam præterito, gravissime in te et quidem semper juste clamatum est. Etenim teipsum in apostasiam præcipitasti, non mediocriter offendisti, magistra lege

A λοιπὸν τοῖς ἠσεβηκόσι. Οὐκοῦν, οἱ ἐν τάξει πατέρων κείμενοι, φησὶ, καί τοι λαχόντες ἄρχειν ὑμῶν, ἠνόμησαν εἰς ἐμέ. Τὸ δὲ, εἰς ἐμὲ, λέγων, διαδείκνυσιν ὅτι οὐκ εἰς ἕνα τῶν καθ' ἡμᾶς πέπρακται τὰ παρ' ἐκείνων ἐκτόπως τε καὶ ἀνοσίως πεπλημμελημένα, ἀλλ' εἰς αὐτὴν τὴν δόξαν τοῦ πάντων ἐπέκεινα Θεοῦ. Οἷόν τί φημι· ὅταν μὲν γάρ τις ἀδικήσῃ τινὰς τῶν πέλας, ἢ πλεονεξίᾳ καὶ ὕβρει περιβαλὼν, ἤγουν καθ' ἕτερόν τινα τρόπον, πλημμελεῖ μὲν, πλὴν εἰς ἄνθρωπον ὁμοφυᾶ, καὶ οὔτι που πρὸς Θεόν. Ὁ δέ γε τὴν ὑπ' αὐτῷ λατρείαν διωθούμενος, καὶ ταῖς τῶν δαιμονίων ἀπάταις ἑαυτὸν ὑποθεὶς καὶ προσκυνήσας αὐτοῖς, ἀνταίρει κατὰ Θεοῦ, καὶ τό γε ἧκον εἰς αὐτὸν τῶν τῆς θεότητος αὐτὸν ἐξίστησι θώκων, καὶ ἀποσαλεύειν πειρᾶται τῆς αὐτῷ καὶ μόνῳ πρεπούσης ὑπεροχῆς τε B καὶ δόξης. Πεπράχασι δὲ τοῦτο κατὰ καιροὺς οἱ ἐξ Ἰσραήλ. Λελατρεύκασι μὲν γὰρ εἰδώλοις, καὶ δὴ καὶ ἐῤῥῶσθαι φράσαντες τοῖς ἱεροῖς θεσπίσμασι, σκληρὸν καὶ ἀγέρωχον ἀνατείνειν ἤθελον τῷ Θεῷ τὸν αὐχένα. Αἰτιᾶται γοῦν αὐτοὺς, καί φησιν· Οἱ ἱερεῖς οὐκ εἶπαν, Ποῦ ἐστι Κύριος; Καὶ οἱ ἀντεχόμενοι τοῦ νόμου οὐκ ἠπίσταντό με, καὶ οἱ προφῆται ἠσέβουν εἰς ἐμέ. Καὶ πάλιν· Ἵνα τί λαλεῖτε πρός με; Πάντες ὑμεῖς ἠνομήσατε, καὶ πάντες ὑμεῖς ἠσεβήσατε εἰς ἐμὲ, λέγει Κύριος παντοκράτωρ. Ἐμίαναν τοίνυν οἱ ἄρχοντες, φησὶ, τὰ ἅγιά μου. Τετολμήκασι γὰρ οὐκ ἐν μόνῃ τῇ Ἱερουσαλὴμ τὰς τῶν δαιμονίων ἐγεῖραι στήλας, ἀλλὰ γὰρ καὶ ἐν αὐτῷ τῷ θείῳ ναῷ τοῦτο πεπραχότες ἀνοσίως ἁλοῖεν ἄν. Ἔφη γοῦν ὁ τῶν ὅλων Θεὸς περὶ τῆς Ἰουδαίων συναγωγῆς· Τί ἡ ἠγαπημένη ἐν τῷ C οἴκῳ μου ἐποίησε βδέλυγμα; βδέλυγμα λέγων τὸ εἰς τύπον Θεοῦ τετεχνουργημένον ἄγαλμα καὶ εἰκόνα. Μιαίνονται δὲ τὰ ἅγια καὶ καθ' ἕτερον τρόπον, εἰ καταφρονοῖντο πρός τινων τὰ εἰς δόξαν Θεοῦ σεπτῶς καὶ ἁγίως ἐπιτελεῖσθαι προστεταγμένα, καὶ παρ' οὐδὲν ἡγοῖντό τινες τῶν θείων αὐτοῦ νόμον τὴν παράβασιν. Οὐκοῦν ἐπειδήπερ οἱ πατέρες ὑμῶν, φησὶν, ἠνόμησαν εἰς ἐμὲ, ἐμίαναν δὲ καὶ οἱ ἄρχοντες τὰ ἅγιά μου, τοῦτο δέδωκα τοῖς ἐχθροῖς ὥστε ἀπολέσαι τὸν Ἰακὼβ, καὶ ὀνείδεσι τοῖς ἐπὶ τούτων περιβέβληκα τὸν Ἰσραήλ.

Νῦν δὲ ἄκουσον, παῖς μου Ἰακὼβ, καὶ Ἰσραὴλ ὃν ἐξελεξάμην.

Διαμνημονεύσας τῶν πρώτων, καὶ τὰς αἰτίας D εὖ μάλα διειρηκὼς, ἐφ' οἷς δέδοται πρὸς ἀπώλειάν τε καὶ ὀνειδισμὸν ὁ ἀποστάτης Ἰσραήλ· πάλιν αὐτοῖς ἀμνησικακίαν ἐπαγγέλλεται, καὶ ἀνακαινίζειν βούλεται πρὸς ὁλοτελῆ καὶ ἀμώμητον εὐπείθειαν αὐτούς. Παρεὶς δὲ ὥσπερ τὸν τῆς ἀμαθίας καιρὸν, καθ' ὃν ὁ φιλόθεος γεγονὼς, ὁ νόμον ἔχων πεφώραται, πάλιν ἕτερον αὐτοῖς ὁρίζει καιρὸν, τὸν Νῦν λέγων· ἐοικέναι τούτῳ φημὶ τὸ, « Σήμερον ἐὰν τῆς φωνῆς αὐτοῦ ἀκούσητε, μὴ σκληρύνητε τὰς καρδίας ὑμῶν ὡς ἐν τῷ παραπικρασμῷ. » Κατὰ μὲν γὰρ τὸν ἤδη παρῳχηκότα καιρὸν, φησὶ, πλείστη τε ὅση κατὰ σοῦ γέγονε καὶ δικαία που πάντως ἡ καταβοή· σεαυτὸν γὰρ καθῆκας εἰς ἀπόστασιν, προσκέκρουκας

[83] Jer. xi, 17. [84] Psal. xciv, 8.

οὐ μετρίως παρωθούμενος τὸν παιδαγωγοῦντα νόμον, A τραπόμενος δὲ πρὸς ἃ μὴ θέμις, καὶ τοῖς τῆς ἀπειθείας ἐγκλήμασι σεαυτὸν ἐνιείς. Ἀλλ' ἐκεῖνα παρείσθω, φησί. Νῦν ἄκουσον, τοῦτ' ἔστι, Κάθες τὸ φρόνημα τὸ ὑπέροφρυ. Γνῶθι τὸν σεαυτοῦ Δεσπότην· ὕπελθε τὸν τῆς εὐπειθείας ζυγὸν, ἐννοήσας ὅτι παῖς ὠνομάσθης ἐμός. Ἐποιησάμην δέ σε καὶ ἀπόλεκτον ἐκ πάντων, δηλονότι τῶν ἐθνῶν τῶν ὄντων ἐπὶ τῆς γῆς. Ὅτε γὰρ διεμέριζεν ὁ Ὕψιστος ἔθνη, ὡς διέσπειρεν υἱοὺς Ἀδὰμ, ἔστησεν ὅρια ἐθνῶν κατὰ ἀριθμὸν ἀγγέλων Θεοῦ. Ἐγενήθη λαὸς Κυρίου μερὶς αὐτοῦ, σχοίνισμα κληρονομίας αὐτοῦ Ἰσραήλ. Ἐντρέπει δὴ οὖν, καὶ οἷον ἐλέγχει παρανομήσαντας καὶ προσκρούσαντας οὐ μετρίως τοὺς ἐν τάξει τέκνων γεγονότας αὐτῷ, καὶ ἐν τῇ τῶν ἀπολέκτων μοίρᾳ B κειμένους.

repulsa, et conversus ad quæ non erat licitum et inobedientiæ crimen incurrens. Sed hæc, inquit, missa fiant. Nunc audi, id est, deprime affectum hunc superciliosum, nosce Dominum tuum, obedientiæ jugum subi, cogitans, te meum puerum esse nominatum. Et selegi te ex omnibus, scilicet gentibus in terra degentibus. Quando enim dividebat gentes Altissimus, et dispergebat filios Adæ, constituit fines gentium, pro numero angelorum Dei: factus est populus Domini portio ejus, funiculus hæreditatis ejus, Israel. Ruborem incutit itaque, et velut arguit eos qui prævaricati sunt, et haud parum offenderant, cum in loco filiorum ei essent, et in numero ac sorte electorum.

ΛΟΓΟΣ Β'.

Οὕτως λέγει Κύριος ὁ Θεὸς ὁ ποιήσας σε, καὶ ὁ πλάσας σε ἐκ κοιλίας, Ἔτι βοηθήσῃ.

Ἐγκαλέσας τοῖς ἐξ Ἰσραὴλ τὴν ἀπόστασιν, καὶ τὸ ἀποφοιτῆσαι μὲν τῆς πρὸς αὐτὸν ἀγάπης, ἑαυτοὺς δὲ προσνεῖμαι τοῖς οὐκ οὖσι θεοῖς· ἔφη γὰρ, ὅτι Οἱ πατέρες ὑμῶν, καὶ οἱ ἄρχοντες ὑμῶν ἠνόμησαν εἰς ἐμὲ, καὶ ἐμίαναν οἱ ἄρχοντες τὰ ἅγιά μου· οἰκονομικώτατα λίαν καὶ ταῦτα ἐπιφέρει· οὐκ ἐᾷ γὰρ ἀπενεχθῆναι πρὸς ἀπόστασιν, ἤτ' οὖν ἀπόγνωσιν, οὔτε μὴν τῆς εἰς αὐτὸν ἐλπίδος εἰσάπαν ἀπολισθεῖν. Ἡμερότητα δὲ πάλιν αὐτοῖς ἐπαγγέλλεται, καὶ διὰ τῆς C συνήθους ἀνακτᾶται φιλανθρωπίας, καὶ ἀνακομίζει πρὸς μετάγνωσιν. Καὶ δίδωσιν ἐννοεῖν, ὅτι μὴ εἰσάπαν ἀπεστράφη τοὺς ἡμαρτηκότας, οὔτε μὴν ὀλόῤῥιζος ὁ Ἰσραὴλ ἀπολεῖται, κατοικτείροντος αὐτοῦ, καὶ τοῖς εἰς αὐτὸν πιστεύουσι τὴν τῆς σωτηρίας ὁδὸν εὖ μάλα καταλεαίνοντος· ἑαυτὸν δὲ λέγων Κύριόν τε καὶ Θεὸν, ποιήσαντα καὶ πλάσαντα ἐκ κοιλίας, ὑπεμφαίνειν ἔοικεν, ὅτι καὶ πεπλάνηται τὸ τῆς θεότητος ὄνομα περιθεὶς ἑτέροις, καὶ τὴν τῆς κυριότητος δόξαν ἀνάψας ἀβούλως τοῖς οὐκ οὖσι θεοῖς. Ὅτι δὲ καὶ οὐκ ἔγνω τὸν Ποιητὴν, καὶ τὸν παρενεγκόντα πρὸς ὕπαρξιν οὐκ ὄντα ποτὲ τὸν ἐπὶ τῆς γῆς ἄνθρωπον, ὑπεμφαίνει πάλιν, πλάστην τε καὶ ποιητὴν ἑαυτὸν εἶναι διαβεβαιούμενος, καὶ οἷον ἀχαριστίας γραφόμενος τοὺς τῆς εἰς αὐτὸν ἀγάπης ἀποπηδήσαντας. Καὶ γὰρ D ἐστι τῶν ἀτόπων, τοῖς μὲν κατὰ σάρκα γονεῦσι τὰς ἀνωτάτω τιμὰς προσφέρεσθαι παρ' ἡμῶν, νόμου τοῦ θείου καὶ τοῦτο βραβεύοντος, τὸν δέ γε τῶν ὅλων γενεσιουργὸν, μὴ οὐχὶ δὴ μᾶλλον ἐκείνων ταῖς αὐτῷ πρεπούσαις εὐφημίαις καταγεραίρεσθαι καὶ τιμᾶσθαι πρὸς ἡμῶν διὰ τῆς εἰσάπαν ὑποταγῆς. Τοιοῦτόν τί φησι καὶ δι' ἑνὸς τῶν ἁγίων προφητῶν· « Υἱὸς δοξάζει τὸν πατέρα, καὶ δοῦλος τὸν αὐτοῦ κύριον. Καὶ εἰ πατήρ εἰμι ἐγὼ, ποῦ ἔστιν ἡ δόξα μου; καὶ εἰ κύριός εἰμι ἐγὼ, ποῦ ἔστιν ὁ φόβος μου; λέγει Κύριος παντοκράτωρ. » Ἐν ταυτῷ γάρ ἐστι, καὶ Κύριος μὲν ὡς ὑπὸ ζυγὰ καὶ δουλείαν ὅλην ἔχων τὴν κτίσιν.

[88] Mal. I, 6.

ORATIO II.

VERS. 2. *Sic ait Dominus Deus, qui fecit te, et qui formavit te de ventre: Adhuc habebis auxilium.*

Cum Israelitas apostasiæ insimulaverit, et quod a dilectione erga ipsum recesserint, seque non diis addixerint; nam dixit: Patres vestri et principes vestri impie egerunt in me, et polluerunt principes sancta mea: appositissime hæc quoque infert; nec enim sinit eos ad desperationem redigi, aut omni in illum spe excidere: sed denuo placabilitatem promittit, et pro consueta **580** humanitate recreat, et ad resipiscentiam reducit. Et subindicat non in totum se aversatum esse eos qui peccarunt, nec funditus interiisse Israelem, ipso commiserante, et credentibus in ipsum viam salutis perpulchre complanante. Seipsum vero Dominum ac Deum cum dicit, facientem et formantem de ventre, subinnuere videtur, errasse illum cum nomen divinitatis aliis attribuerit, et dominationis gloriam inconsiderate ad non deos transtulerit. Quod autem non norit effectorem, et eum qui non hominem aliquando in terra, produxit ut esset, rursus subinnuit, cum se formatorem et effectorem esse affirmat, et cum dicam ingratitudinis velut scribit illis, qui a charitate erga ipsum resilierunt. Est enim absurdissimum, carnalibus parentibus summos honores a nobis exhiberi, lege divina etiam hoc præscribente, et universorum Conditorem, non multo etiam magis quam illos, sibi convenientibus decorari laudibus, ac honorari a nobis submissione et obedientia in omnibus. Cujusmodi est etiam, quod per quemdam e sanctis prophetis dicit: « Filius glorificat patrem, et servus dominum suum. Et si pater ego sum, ubi est gloria mea? Et si dominus sum, ubi est timor meus? dicit Dominus omnipotens [88]. » Similiter enim est et Dominus, quippe qui universam creaturam sub jugo et servitute habeat. Dixit enim illi divinus Psaltes: « Omnia tua: » et item, Pater, utpote formator et fictor, et essentiæ procreator.

Itaque velut et debito et officio submisse præstanda est ei filiis digna subjectio, et servis conveniens timor. Quando igitur Deus seipsum formatorem et effectorem esse dicit, mentibus ac cogitationibus subjicit oportere nos ipsum colere, ut hujus essentiæ suppeditatorem, et substantiæ auctorem his qui quondam non fuerunt. Cum autem ait peccatoribus, Adhuc habebis auxilium, in spem ac fiduciam erigit, licet multis et inevitabilibus culpis sint impliciti, reservari tamen bonitatis et humanitatis reliquias, nec quidquam obstare, quominus et illi quoque serventur, si quidem velint redire ad meliora, et decentiora, et ejus legibus consentanea.

ὧν τὸ κρῖμα ἔνδικόν ἐστι, κατὰ τὸ γεγραμμένον. A Ὅτι δὲ τὸ ἐπιλανθάνεσθαι Θεοῦ κατασημαίνει πλεισταχοῦ τὸ τῆς εὐσεβείας τῆς εἰς αὐτὸν ἀποδραμεῖν, εἰσόμεθα, λέγοντος αὐτοῦ πρὸς τοὺς ἐξ αἵματος Ἰσραήλ· « Ὑμεῖς οἱ ἐπιλανθανόμενοί μου, καὶ ἑτοιμάζοντες τῷ δαιμονίῳ τράπεζαν, καὶ πληροῦντες τῇ τύχῃ κέρασμα, καὶ ἐγκαταλιπόντες τὸ ὄρος τὸ ἅγιόν μου. Ἐγὼ παραδώσω ὑμᾶς εἰς μάχαιραν, πάντες σφαγῇ πεσεῖσθε. » Καὶ ἐπ' αὐτῷ δὴ τούτῳ καταβεβόηκε τῶν ἐξ Ἰσραὴλ διὰ φωνῆς Ἱερεμίου λέγων· « Μὴ ἐπιλήσεται νύμφη τὸν κόσμον αὐτῆς, ἢ παρθένος τῆς στηθοσιδεσμίδος αὐτῆς; ὁ δὲ λαός μου ἐπελάθετό μου ἡμέρας πολλὰς, ὧν οὐκ ἔστιν ἀριθμός. » Οὐκοῦν ἡ μὲν λήθη πολλάκις τὴν ἀπόστασιν ὑπεμφήνειεν ἄν. Ἡ δέ γε μνήμη τὸ ἑδραῖον εἰς πίστιν, καὶ ἀκράδαντον εἰς ἀγάπην, καὶ τὸ εἰς πᾶν ὁτιοῦν τῶν B αὐτῇ δοκούντων εὐσθενές. Μὴ δὴ τοιγαροῦν ἐπιλανθάνου μου, φησὶν, μέμνησο δὲ μᾶλλον. Ἰδοὺ γὰρ ἀπήλειψα ὡς νεφέλην τὰς ἀνομίας σου. Καὶ τὸ ἀπήλειψά φησιν ἐν τούτοις, ἀντὶ τοῦ ἀπαλείψω, καὶ ὥσπερ τινὰ γνόφον, καὶ νεφέλην διαλύσας ἀφανίσω. Ὅτι γὰρ ἀντὶ τοῦ ἀπαλείψω τὸ ἀπήλειψά φησι, διαδείξειεν εὖ μάλα τὸ ἐφεξῆς. Ἐπιστράφηθι γὰρ, φησὶ, πρός με, καὶ λυτρώσομαί σε. Πῶς γὰρ ἀπήλειψεν ὁ καλῶν εἰς ἐπιστροφήν; Ὡς οὔπω μὲν ἐπιστρέψαντας, ἥξοντας δὲ καὶ εἰς τοῦτο κατὰ καιροὺς, ὅταν ἐπιλάμψῃ τῷ κόσμῳ Χριστὸς, δι' οὗ πᾶσα πλημμελημάτων ἄφεσις, καὶ ἐπιστροφὴ καὶ κλῆσις ἡ πρὸς Θεὸν, διά τε τῆς εἰς αὐτὸν πίστεως, καὶ πολιτείας εὐαγγελικῆς, καὶ ἀρίστων ἀνδραγαθημάτων.

rum judicium justum est, sicuti scriptum est. Quod autem oblivisci Deum, significet sæpenumero a pietate resilire, intelligemus, ipso loquente ad Israelitas: « Vos qui obliviscimini mei, et paratis dæmonio mensam, et impletis fortunæ potionem, et dereliquitis montem sanctum meum. Ego tradam vos gladio, omnes cæde cadetis [18]. » Et ob eamdem quoque rem vociferatus est contra Israelitas, voce Jeremiæ dicens: « Num obliviscetur sponsa mundi sui? num virgo fasciæ pectoralis suæ? Populus autem meus oblitus est mei, dies multos, quorum non est numerus [19]. » Itaque sæpe oblivio defectionem potest denotare. Memoria vero est firmitudo fidei, stabilitas dilectionis, et in omni quod illi placet constans fortitudo. Ne obliviscaris ergo mei, sed memento potius. Ecce enim delevi velut nubem iniquitates tuas. Delevi, dicit hic pro, delebo, et velut caligine quadam ac nube dispulsa auferam. Nam quod delevi pro, delebo dicat, optime declarat quod sequitur. Revertere enim, inquit, ad me, et redimam te. Quomodo enim delevit, qui vocat ad conversionem? perinde quasi nondum essent reversi, sed huc suo venirent tempore, quando illucescet Christus mundo, per quem omnis est delictorum remissio, et conversio, et ad Deum vocatio, per fidem in ipsum et vitæ institutionem evangelicam, et optima facta.

Εὐφράνθητε, οὐρανοὶ, ὅτι ἠλέησεν ὁ Θεὸς C *Ἰσραήλ. Σαλπίσατε, θεμέλια τῆς γῆς, βοήσατε, ὄρη, εὐφροσύνην, οἱ βουνοὶ καὶ πάντα τὰ ξύλα τὰ ἐν αὐτοῖς, ὅτι ἐλυτρώσατο ὁ Θεὸς τὸν Ἰακὼβ, καὶ Ἰσραὴλ δοξασθήσεται.*

Καταθρῆσαι τις ἂν κἀντεῦθεν ἀμογητὶ, ὅτι τῶν ἁμαρτιῶν ἡ ἄφεσις, καὶ μὴν καὶ ἡ πάντων ἐπιστροφὴ καὶ λύτρωσις, ὡς ἐσομένη διὰ Χριστοῦ προαναφωνεῖ τὸ κατὰ καιροὺς διὰ προφητῶν ἁγίων. Ἐπειδὴ γὰρ Θεὸς Κύριος ὢν ἐπέφανεν ἡμῖν, καὶ συνανεστράφη τοῖς ἐπὶ τῆς γῆς, ὡς ἄνθρωπος, ὁ ἀμνὸς ὁ ἀληθινὸς, ὁ αἴρων τὴν ἁμαρτίαν τοῦ κόσμου, τὸ πάναγνον ἱερεῖον· τότε δὴ τότε, καὶ πρόφασις ἑορτῆς τὸ χρῆμα γέγονε ταῖς ἄνω τε καὶ ἐν οὐρανῷ δυνάμεσι λογικαῖς, ἤτοι τοῖς τῶν ἁγίων ἀγγέλων τάγμασιν. Ἦδον γὰρ, ἦδον ἐπὶ τῇ γεννήσει αὐτοῦ, τῇ κατὰ σάρκα φημὶ, καὶ δὴ καὶ ἔφασκον· « Δόξα ἐν ὑψίστοις Θεῷ, καὶ ἐπὶ D γῆς εἰρήνη, ἐν ἀνθρώποις εὐδοκία. » Καὶ εἴπερ ἐστὶν ἀληθὲς, πάντως δὲ δή που καὶ ἀληθὲς, ὅτι κατὰ τὴν τοῦ Σωτῆρος φωνὴν χαρά ἐστιν ἐν τοῖς οὐρανοῖς ἐνώπιον τῶν ἁγίων ἀγγέλων ἐφ' ἑνὶ ἁμαρτωλῷ μετανοοῦντι, πῶς ἂν ἐνδοιάσειέ τις ὡς τὴν ὑφήλιον πᾶσαν εἰς τὴν τῆς ἀληθείας ἐπίγνωσιν ἀνακομίζοντος τοῦ Χριστοῦ, καὶ καλοῦντος εἰς ἐπιστροφὴν, καὶ δικαιοῦντος ἐν πίστει, καὶ διαπρεπῆ τιθέντος δι' ἁγιασμοῦ, χαρὰ καὶ πανήγυρις παρὰ τοῖς ἄνω πνεύμασιν ἦν; Εὐφραινομένων τοίνυν τῶν οὐρανῶν, ὅτι ἠλέησεν ὁ Θεὸς τὸν Ἰσραὴλ καὶ οὔτι που τὸν κατὰ σάρκα μόνον,

VERS. 23. *Lætamini, cœli, quia misertus est Deus Israelis. Canite tuba, fundamenta terræ. Clamate, montes, præ lætitia, colles et omnia ligna quæ in eis, quia redemit Deus Jacob, et Israel gloria afficietur.*

Hinc facile nullo labore perspicere licet proclamatum fuisse per prophetas sanctos, illis temporibus futuram per Christum remissionem peccatorum, et reversionem ac redemptionem omnium. Postquam enim Deus et Dominus apparuit nobis, et versatus est simul cum terræ incolis, ut homo agnus verus, qui tollit peccata mundi, sacrosancta victima, tunc tunc, supremis ac cœlestibus potestatibus ratione præditis, seu sanctorum angelorum ordinibus, causa festi exstitit. Cecinerunt enim, cecinerunt 593 propter nativitatem ejus carnalem, inquam, et dixerunt: « Gloria in excelsis Deo, et in terra pax, in hominibus bona voluntas [1]. » Et si verum sit (est autem omnino verum), secundum Servatoris vocem, gaudium esse in cœlis coram sanctis angelis, super uno peccatore resipiscente [1*], an dubitandum est, cum totum terrarum orbem ad veritatis agnitionem reducit Christus, cum ad conversionem vocat, cum fide justificat, et per sanctificationem illustrem reddit, gaudium et panegyrim summis spiritibus fuisse? Lætantibus igitur cœlis, quod misertus sit Deus Israelis, non carnalis solum, sed ejus etiam qui spiritualis intelligitur,

[18] Isa. LXV, 11, 12. [19] Jer. XXII, 32. [1] Luc. II, 13, 14. [1*] Luc. XV, 7.

tuba cecinerunt fundamenta terræ, id est, evangelicorum vaticiniorum ministri, quorum sonus clarissimus ubique circumferebatur, et quasi tubæ quædam sacræ circumsonuerunt, ubivis gentium annuntiantes Servatoris gloriam, vocantes ad agnitionem Christi, et qui ex circumcisione fuerunt, et qui olim creaturam supra Creatorem coluerunt. Sed quare eos dicimus vocari terræ fundamenta? Est enim omnium fundamentum et basis inconcussa Christus, qui omnia coercet ac continet, ut bene firma sint: in ipso enim omnes ædificamur, domus spiritualis, compacti per Spiritum in templum sanctum, in habitaculum ipsius; habitat enim in cordibus nostris per fidem. Fundamenta etiam proxima et viciniora nobis intelligi possunt, apostoli et evangelistæ, oculati testes, et ministri sermonis, facti in confirmationem fidei. Nam ubi cognoverimus ipsorum traditiones esse sequendas, rectam et minime alienam aut deviam a Christo fidem servabimus. Ab ipso enim dictum est divino Petro (quando sapienter et inculpate fidem in ipsum confessus est, dicens: Tu es Christus Filius Dei viventis): « Tu es Petrus, et super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam [2]; » petram, opinor, vocans, immotam fidem discipuli. Dictum est item voce Psallentis: « Fundamenta ejus in montibus sanctis [3]. » Optime sanctis montibus comparandi sunt sancti apostoli et evangelistæ, quorum cognitio firmata est instar fundamenti posteris, non sinens eos, qui per ipsos irretiti sunt, in reprobam fidem **594** decidere. Tuba igitur canunt fundamenta terræ. Verum specta mihi hanc observationem. Exili enim voce et tarda lingua erat Moyses. Non enim erat lex exaudibilis, nisi per solam Judæam. Tuba ergo canite, qui pro Christo legatione fungimini. « Exivit enim in omnem terram sonus eorum, et in fines orbis terræ verba eorum [4]. » Jubet autem montes clamare lætitiam. Fundamenta terræ, montes hic iterum vocat. Spectabiles enim erant et conspicui divini discipuli, opere et sermone illustres, et omnibus ubique notissimi, quos etiam allocutus est sermo propheticus: « Montem excelsum conscende, qui evangelizas Sion. Extollere fortitudine tua, qui evangelizas Jerusalem [5]. » Hos igitur montes intelligibiles clamare jubet lætitiam. Hinc etiam videre licet et vim legis et, longe præstantiorem evangelicæ prædicationis differentiam. Lex enim punitiones minitans transgredientibus, et supplicia inevitabilia his qui convicti sunt intentans, lætitiam non clamavit, sed potius tristitiam. At evangelicorum vaticiniorum administratores, et Christi charismatum ministri, lætitiam mundo prædicant. Etenim ubi est peccati remissio, et justificatio per fidem, et sancti Spiritus participatio, et adoptionis splendor, et regnum cœlorum, et non vana spes bonorum, quæ mens nequit complecti, ibi continua est lætitia et gaudium. Colles autem et ligna in illis esse dicimus, quæ inferiora sunt monti-

A ἀλλὰ γὰρ καὶ τὸν κατὰ πνεῦμα νοούμενον· ἐσάλπισε τὰ θεμέλια τῆς γῆς, τοῦτ' ἔστιν οἱ τῶν εὐαγγελικῶν θεσπισμάτων ἱερουργοί· τούτων ἠχὴ διαπρύσιος προσηνέχθη πανταχοῦ, καὶ οἷά τινες σάλπιγγες ἀνεφώνησαν ἱεραὶ, τὴν τοῦ Σωτῆρος δόξαν περιαγγέλλουσαι τοῖς ἁπανταχοῦ, καὶ καλοῦσαι πρὸς ἐπίγνωσιν τοῦ Χριστοῦ τούς τε ἐκ περιτομῆς, καὶ τοὺς πάλαι τῇ κτίσει λατρεύοντας παρὰ τὸν Κτίστην. Θεμέλια δὲ τῆς γῆς ὠνομάσθαι φαμὲν αὐτοὺς, διὰ ποίαν αἰτίαν; Ἔστι μὲν γὰρ ἁπάντων θεμέλιος καὶ ἀκατάσειστος ὑποβάθρα Χριστὸς, ὁ ἀνέχων ἅπαντα, καὶ διακρατῶν εἰς τὸ εὖ εἶναι τὰ ἐρηρεισμένα· ἐπ' αὐτῷ γὰρ πάντες ἐποικοδομούμεθα, οἶκος πνευματικὸς συναρμολογούμενοι διὰ Πνεύματος εἰς ναὸν ἅγιον, εἰς κατοικητήριον αὐτοῦ. Κατοικεῖ γὰρ ἐν ταῖς καρδίαις B ἡμῶν διὰ πίστεως, θεμέλιοι δὲ προσεχέστεροι, καὶ ἐγγὺς μᾶλλον, ἢ καθ' ἡμᾶς νοηθεῖεν ἂν ἀπόστολοί τε καὶ εὐαγγελισταὶ, γεγονότες μὲν αὐτόπται καὶ ὑπηρέται τοῦ λόγου, γενόμενοι δὲ καὶ εἰς ἑδραίωμα πίστεως. Ταῖς γὰρ αὐτῶν παραδόσεσιν ἕπεσθαι δεῖν ἐγνωκότες, εὐθῆ καὶ ἀδιάστροφον τῷ Χριστῷ τὴν πίστιν τηρήσομεν. Εἴρηται γάρ που παρ' αὐτοῦ πρὸς τὸν θεσπέσιον Πέτρον (ὅτε σοφῶς καὶ ἀνεπιπλήκτως τὴν εἰς αὐτὸν πίστιν ὁμολογῶν ἔφασκεν· Σὺ εἶ Χριστὸς ὁ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ τοῦ ζῶντος)· « Σὺ εἶ Πέτρος, καὶ ἐπὶ ταύτῃ τῇ πέτρᾳ θεμελιώσω μου τὴν Ἐκκλησίαν, » πέτραν, οἶμαι, λέγων τὸ ἀκράδαντον εἰς πίστιν τοῦ μαθητοῦ. Εἴρηται δέ που καὶ διὰ τῆς τοῦ Ψάλλοντος φωνῆς· « Οἱ θεμέλιοι αὐτοῦ ἐν τοῖς ὄρεσι τοῖς ἁγίοις. » Ὄρεσι δὲ παρεικαστέον ἁγίοις εὖ μάλα τοὺς C ἁγίους ἀποστόλους τε καὶ εὐαγγελιστὰς, ὧν ἡ γνῶσις τοῖς μετ' αὐτοὺς θεμελίου δίκην ἐρήρεισται, μεταπίπτειν οὐκ ἐῶσα πρὸς τὸ ἀδόκιμον εἰς πίστιν τοὺς δι' αὐτῶν σεσαγηνευμένους. Σαλπίζουσι τοίνυν τὰ θεμέλια τῆς γῆς· πλὴν ὅρα τὴν ἐπιτήρησιν. Ἰσχνόφωνος γὰρ καὶ βραδύγλωσσος ἦν ὁ Μωϋσῆς. Οὐ γὰρ ἦν ὁ νόμος ἐξάκουστος, πλὴν ὅτι τοῖς κατὰ μόνην τὴν Ἰουδαίαν. Σαλπίσατέ γε μὴν, οἱ τὰ Χριστοῦ πρεσβεύοντες. « Ἐξῆλθε γὰρ εἰς πᾶσαν τὴν γῆν ὁ φθόγγος αὐτῶν, καὶ εἰς τὰ πέρατα τῆς οἰκουμένης τὰ ῥήματα αὐτῶν. » Βοᾷν δὲ τοῖς ὄρεσιν εὐφροσύνην προστέταχε· τὰ δὲ θεμέλια τῆς γῆς, ὄρη πάλιν ἐν τούτοις εἰπών· ἀπόβλεπτοι γὰρ καὶ διαφανεῖς οἱ θεσπέσιοι μαθηταὶ, ἔργῳ τε καὶ λόγῳ διαπρεπεῖς, καὶ τοῖς ἁπανταχοῦ γνωριμώτατοι, οἷς καὶ προφητικὸς ἐπεφώνησε λόγος· D « Ἐπ' ὄρος ὑψηλὸν ἀνάβηθι, ὁ εὐαγγελιζόμενος Σιών· ὕψωσον τῇ ἰσχύϊ σου, ὁ εὐαγγελιζόμενος Ἱερουσαλήμ. » Ταυτὶ δὴ οὖν ἄρα τὰ ὄρη τὰ νοητὰ βοῆσαι προστέταχεν εὐφροσύνην. Ἔνεστι δὲ κἀντεῦθεν ἰδεῖν τήν τε τοῦ νόμου δύναμιν, καὶ τῶν εὐαγγελικῶν κηρυγμάτων τὴν ἐπὶ τὸ κρεῖττον διαφοράν. Ὁ μὲν γὰρ νόμος κολάσεις ἀπειλῶν τοῖς παραβαίνουσι, καὶ δίκαις ἀφύκτοις ἐνιεὶς τοὺς ἁλισκομένους, οὐκ εὐφροσύνην ἐβόα μᾶλλον, ἀλλὰ κατήφειαν· οἱ δέ γε τῶν εὐαγγελικῶν θεσπισμάτων ἱερουργοὶ, καὶ τῶν παρὰ Χριστοῦ χαρισμάτων διάκονοι, εὐφροσύνην τῷ κόσμῳ διακηρύττουσιν. Ὅπου γὰρ ἄφεσις ἁμαρτιῶν, καὶ μὴν καὶ

[2] Matth. XVI, 18. [3] Psal. LXXXVI, 1. [4] Psal. XVIII, 5. [5] Isa. XL, 9.

δικαίωσις ἐν πίστει, καὶ ἁγίου Πνεύματος μέθεξις, A καὶ υἱοθεσίας λαμπρότης, καὶ οὐρανῶν βασιλεία, καὶ τῶν ὑπὲρ νοῦν ἀγαθῶν ἐλπὶς οὐ κατεψευσμένη, ἐκεῖ που πάντως ἐστὶν εὐφροσύνη καὶ χαρά. Βουνοὺς δὲ καὶ ξύλα τὰ ἐν αὐτοῖς φαμεν εἶναι πάλιν τοὺς τῶν ὀρῶν ἡττωμένους, καὶ βραχύ πως ὑποκαθημένους, κατά γε τὸ τῆς ἐνούσης αὐτοῖς εὐζωΐας μέτρον, ὑπερανεστηκότων δηλονότι τῶν ἁγίων ἀποστόλων, καὶ εὐαγγελιστῶν. Οὐκοῦν βουνοὶ μὲν ἂν εἶεν οἱ βραχύ πως τῆς ἐκείνων εὐκλείας ὑφιζηκότες, καὶ τοῦ μεγέθους τῆς ἀρετῆς ἡττώμενοι, πλὴν ἀνέχοντες καὶ αὐτοί, καὶ ἐπιγείων ὄντες ἐπέκεινα πραγμάτων, καὶ φρονοῦντες τὰ ἄνω, καὶ τὸ ὑψοῦ νοεῖσθαι κατ' ἀρετὴν κεκληρωμένοι. Ξύλα δὲ τὰ ἐν αὐτοῖς, τὰ ὑπ' αὐτῶν τεθραμμένα, νοηθεῖεν ἂν οἱ δι' αὐτῶν πιστεύσαντες, καὶ οἷον εἰς ἄνδρα τέλειον ἀναβεβηκότες, καὶ εἰς μέ- B τρον ἡλικίας διελάσαντες τοῦ πληρώματος τοῦ Χριστοῦ. Εἶεν δ' ἂν οὗτοι καὶ διδάσκαλοι λαῶν, καὶ ποιμνίων καθηγηταί, ταῖς παρὰ σφῶν αὐτῶν νοηταῖς εὐκαρπίαις τοὺς προσιόντας αὐτοῖς ἀνακτώμενοι. Οὐκοῦν τὴν ἐν Χριστῷ νοουμένην εὐφροσύνην συγκεκράγασι τοῖς θεμελίοις τῆς γῆς, βουνοὶ καὶ ξύλα τὰ ἐν αὐτοῖς, χαίρουσι δὲ ὅτι ἐλυτρώσατο ὁ Θεὸς τὸν Ἰακώβ, καὶ Ἰσραὴλ δοξασθήσεται. Οὐ γὰρ ἐλυτρώθη μόνον τοὺς τῆς ἁμαρτίας ἀποτριψάμενος μολυσμούς, καὶ πυρὸς καὶ δίκης ἐξῃρημένος, ἀλλὰ γὰρ καὶ ἐδοξάσθη Θεοῦ γεγονὼς οἰκεῖος, καὶ υἱὸς αὐτοῦ χρηματίσας, καὶ ἀδελφότητα λαχὼν τὴν πρός γε τὸν ἕνα καὶ φύσει καὶ ἀληθῶς Υἱόν, τοῦτ' ἔστι, Χριστόν.

bus, et paululum subsidentia ac subjecta, quod ad illorum rectæ vitæ mensuram attinet: eminentibus nimirum et exstantibus sanctis apostolis et evangelistis. Colles igitur esse possunt, qui paululum cedunt illorum gloriæ, et qui a magnitudine virtutis vincuntur: quanquam et hi quoque excellunt, et rebus terrenis superiores sunt, et quæ supra sunt sapiunt, et ut sublimia quæ cum virtute sunt cogitent, delecti sunt et cooptati. Ligna quoque hic enutrita ab ipsis, intelligi possunt qui per illos crediderunt, et velut in virum perfectum adoleverunt, et ad mensuram ætatis plenitudinis Christi pervenerunt. Hi sunt etiam doctores populorum, et moderatores gregis, instaurantes et corroborantes eos qui ad ipsos accedunt, ubertate ac fertilitate sub intelligentiam cadente. Conclamant igitur lætitiam, quæ in Christo intelligitur, 595 fundamentis terræ, colles et ligna quæ in eis sunt, et gaudent, quod redemerit Deus Jacob, et Israel gloria afficietur. Non enim solum liberatus est, deletis peccati inquinationibus, et ab igne et pœna vindicatus: sed gloria affectus est, Dei factus domesticus, et vocatus ejus filius, et fraternitatem cum eo qui unus est et natura et vere Filius, id est, Christus, sortitus.

Οὕτω λέγει Κύριος ὁ λυτρούμενός σε, καὶ ὁ C *πλάσας σε ἐκ κοιλίας· Ἐγὼ Κύριος ὁ συντελῶν πάντα. Ἐξέτεινα τὸν οὐρανὸν μόνος, καὶ ἐστερέωσα τὴν γῆν. Τίς ἕτερος διασκεδάσει σημεῖα ἐγγαστριμύθων, καὶ μαντείας ἀπὸ καρδίας; ἀποστρέφων φρονίμους εἰς τὰ ὀπίσω, καὶ τὴν βουλὴν αὐτῶν μωραίνων, καὶ ἱστῶν ῥήματα παιδὸς αὐτοῦ, καὶ τὴν βουλὴν τῶν ἀγγέλων αὐτοῦ ἀληθεύων.*

VERS. 24, 25. *Sic dicit Dominus qui redimit te, et qui formavit ab utero: Ego Dominus consummans omnia. Extendi cœlum solus, et firmavi terram. Quis alius dissipabit signa ventriloquorum, et divinationes de corde? Convertens prudentes retrorsum, et consilium eorum infatuans, et confirmans verba pueri sui, et consilium angelorum suorum ratum efficiens.*

Οἰκονομικώτατα λίαν ὁ τῶν ὅλων Θεὸς κἀν τούτοις ἡμῖν διαλέγεται, καὶ πειρᾶται πληροφορεῖν τοὺς οἵ γε πεπαρῳνήκασιν εἰς τὴν δόξαν αὐτοῦ, μεθιστάντες αὐτὴν εἰς ἑτέρους, δῆλον δὲ ὅτι τοὺς οὐκ ὄντας θεούς, ὡς ἔστιν αὐτὸς γενεσιουργὸς τῶν ὅλων, καὶ ταμίας, κτίστης τε καὶ ποιητὴς καὶ αὐτῶν τῶν παιδευομένων. Ἐπειδὴ δὲ περὶ πραγμάτων πλείστων τε ὅσων καὶ D θαυμαστῶν ἐποιεῖτο τὰς ὑποσχέσεις, ἃς δὴ καὶ ἦν εἰκὸς ἀπιστεῖσθαι πρός τινων, χρησίμως, ὡς ἔφην, τὴν ἰδίαν αὐτοῖς προαναφαίνει δύναμιν καὶ ὑπεροχήν, ὡς ἂν εἰδεῖεν, ὅτι πάντῃ τε καὶ πάντως, ὅπερ ἂν ἕλοιτο κατορθοῦν, τοῦτο δραμεῖται πρὸς πέρας. Πρὸς τί γὰρ ἀνικάνως ἔχοι, ἢ πῶς οὐκ ἂν δύναιτο λυτροῦσθαί τινας ὁ ἐκ κοιλίας πλάσας, τοῦτ' ἔστιν, ὁ καὶ εἰς αὐτὸ τὸ εἶναι καλέσας, καὶ εἰς ὕπαρξιν ἐνεγκὼν τοὺς οὐκ ὄντας ποτέ, ὁ συντελῶν τὰ πάντα, τοῦτ' ἔστιν, ὁ ταμίας τῶν ὅλων, ἕκαστά τε διοικῶν τε καὶ διιθύνων κατὰ τὸ αὐτῷ δοκοῦν; Τοῦτο δὲ πάντως εὖ ἔχει. Οὐ γὰρ ἂν ἁμάρτῃ Θεὸς τοῦ τῇ ἰδίᾳ δόξῃ πρεπωδεστάτου. Ἢ πῶς οὐκ ἂν εἴη πανσθενής, καὶ παντὸς ἐπέκεινα, καὶ νοῦ, καὶ λόγου, ὁ τὸν παμμεγέθη τοῦτον τανύσας οὐρανόν, καὶ στερεώσας τὴν γῆν; ὡς καὶ ὁ Ψάλλων

Appositissime universorum Deus etiam hic nobiscum disputat, et fidem conatur facere his, qui convertentes se ad alios, qui scilicet dii non sunt, in illum debacchabantur, se esse procreatorem universorum, et dispensatorem, et conditorem, et effectorem eorum qui docentur. Postquam autem de rebus plurimis et mirabilibus promissa fecisset, quæ verisimile erat ab aliquibus non credi, utiliter, ut dixi, suam illis prius ostendit potentiam et eminentiam, ut intelligant, quidquid ille ullo modo velit perficere, hoc ad finem perventurum. Quid enim non potest? quid non valet? quomodo non posset redimere, qui ex utero formavit, id est, qui vocavit ut essent et exsisterent, producens eos qui aliquando non erant, consummans omnia. id est, dispensator universorum, et pro suo quoque arbitratu disponens? Quod semper feliciter succedet. Non enim Deus errabit ab eo quod est suæ gloriæ convenientissimum. Aut qui omnipotens non esset, qui omni est tempore antiquior et oratione major, qui ingens hoc cœlum extendit, et firmavit terram, quemadmodum etiam Psaltes ait: « Fun-

davit terram super firmitatem ejus [6]. » Qui autem eo ascendit potentiæ, vel potius omnis est potentia, semper quæ facturus est, nemine vetante, perducet ad exitum. Cum dicit : « Solus extendens cœlum [7], » non excipit eum qui est de substantia sua Deus Verbum unigenitum : illum, inquam, per quem omnia, et in 596 quo omnia : sed quia nullus Deus falso nuncupatus, quidquam omnino opis Deo, qui est super omnia, conferat. Cum enim omnino non sint, quo pacto ut cooperarii creantis Dei admitti possunt ? Non igitur his verbis distinctionem inesse dicimus, quoad naturalem et ex ipso genitum Filium : sed quod non alterius sit præterquam Dei effectio, ut cœlum extendatur, aut ut terra sedes immotas ac stabiles habeat. Cum ergo ostenderit ex his verbis suam gloriam, et incomparabilem eminentiam, et potentiæ magnitudinem : quarum rerum effector erit posteris temporibus, hic consequenter declarat, aperteque exponit. Quis enim alius, inquit, dissipabit signa ventriloquorum et divinationes cordis ? Cum namque Servator omnium nostrum Christus nobis de cœlo nondum effulsisset, in omnes diabolicæ tyrannidis violentia extensa erat, et profundæ tenebræ incolas terræ omnes obruerunt, et quasi devoraverunt. Erant enim, erant et per regiones et per civitates aræ ac delubra, et examina imaginum, et deorum falso nuncupatorum innumerabilis multitudo, et incantationes, et falsæ divinationes passim, et imposturæ ac fuci dæmoniorum, quæ scire se fingebant et prænuntiare posse futura, cum nihil quidquam vel dicerent, vel scirent. Postquam autem vera lux, id est, unigenitus Sermo Dei, totum orbem terrarum undequaque evangelicis oraculis illustrasset, ignorationisque nebula dispulsa esset, et illæ tenebræ profundæ desiissent, vocatique essent ad agnitionem veritatis errantes : tunc, tunc signa ventriloquorum dissipata sunt. Ventriloquos dicit falsos vates, vel pythonicos, ex sui cordis sensu eructantes quod lubet, qui nihil tamen veri sciunt. De quibus etiam dixit propheta Ezechiel : « Væ prophetantibus de corde suo, et omnino nihil videntibus [8]. » Dissipata igitur sunt ejusmodi hominum data aliquibus ex falsa divinatione signa seu prædictiones. Abolita sunt enim ubique carmina ac decantationes Græcanicæ, et qui mentiri consueruni dii Græcorum obticuerunt : et aversi sunt retro prudentes, et consilia eorum infatuata sunt. Videtur autem his verbis prudentes appellare, vel Græcorum magos : vocabantur enim apud eos sophi : 597 vel forte qui sapientiæ opinionem apud eos nacti sunt, et intelligentia acres, et qui vi ac facultate dicendi præditi erant, et linguæ volubilitate præstantes, et qui non erant imparati ab eloquentia, sed qui mendacium dictionis suæ elegantia ornare valuerunt. Istos dicimus aversos fuisse retro, cum deinceps sapientia ipsorum infructuose et inutilis de-

A φησίν· « Ἐθεμελίωσε τὴν γῆν ἐπὶ τὴν ἀσφάλειαν αὐτῆς. » Ὁ δὲ εἰς τοῦτο δυνάμεως ἀναβεβηκὼς, μᾶλλον δὲ ἡ πᾶσα δύναμις, πάντως που καὶ οἴσει πρὸς πέρας ἅπερ ἂν ἐθέλοιτο δρᾷν, ἀπείργοντος οὐδενός. Μόνος δέ φησιν ἐκτεῖναι τὸν οὐρανὸν, οὐχ ἔξω τιθεὶς τὸν ἐκ τῆς οὐσίας αὐτοῦ Θεὸν Λόγον μονογενῆ, τὸν δι' οὗ τὰ πάντα, καὶ ἐν ᾧ τὰ πάντα· ἀλλ' ὅτι τῶν ψευδωνύμων θεῶν παντελῶς οὐδεὶς συνειργάσατό τι τῷ ἐπὶ πάντας Θεῷ. Οἱ γὰρ οὐκ ὄντες ὅλως, πῶς ἂν εἰσδεχθεῖεν ὡς ἐργάται, ἢ μᾶλλον εἰπεῖν ὡς συνεργάται δημιουργοῦντος Θεοῦ; Οὐκοῦν οὐ πρός γε τὸν φύσει καὶ ἐξ αὐτοῦ γεννηθέντα Υἱόν φαμεν ἐν τούτοις γενέσθαι τὴν ἀντιδιαστολὴν, ἀλλ' ὅτι μὴ ἑτέρου μᾶλλον Θεοῦ γέγονεν ἐναποτέλεσμα τὸ τανυσθῆναι τὸν οὐρανὸν, ἤγουν ἀκραδάντους ἕδρας ἐσχηκέναι τὴν γῆν.

B Καταδείξας τοίνυν ἑαυτοῦ διὰ τούτων τὴν δόξαν, καὶ τὴν ἀπαράβλητον ὑπεροχὴν, καὶ τὸ τῆς δυνάμεως μέγεθος, τίνων ἔσται κατὰ καιροὺς ἀποτελεστὴς, ἐν τοῖς ἐφεξῆς διαδείκνυσί τε καὶ ἀφηγεῖται σαφῶς. Τίς γὰρ ἕτερος, φησὶ, διασκεδάσει σημεῖα ἐγγαστριμύθων, καὶ μαντείας ἀπὸ καρδίας; Οὔπω γὰρ ἡμῖν ἐπιλάμψαντος ἐξ οὐρανῶν τοῦ πάντων ἡμῶν Σωτῆρος Χριστοῦ, τῆς τοῦ διαβόλου τυραννίδος ἡ πλεονεξία κατὰ πάντων ἐξετείνετο, καὶ βαθὺς ἅπαντας τοὺς ἐπὶ τῆς γῆς κατεβόσκετο σκότος. Ἦσαν γὰρ, ἦσαν κατά τε χώραν καὶ πόλιν, βωμοὶ καὶ τεμένη, καὶ ἀγαλμάτων ἑσμὸς, καὶ ψευδωνύμων θεῶν οὐκ ἀριθμουμένη πληθὺς, γοητεῖαί τε καὶ ψευδομαντεῖαι πανταχοῦ, καὶ δαιμονίων φεναχισμοὶ, πλαττομένων μὲν εἰδέναι τε καὶ προαγ-

C γέλειν δύνασθαι τὰ ἐσόμενα, λεγόντων γε μὴν ἢ εἰδότων παντελῶς οὐδέν. Ἐπειδὴ δὲ τὸ φῶς τὸ ἀληθινὸν, τουτ' ἔστιν, ὁ μονογενὴς τοῦ Θεοῦ Λόγος, τοῖς εὐαγγελικοῖς θεσπίσμασιν ὅλην περιήστραψε τὴν ὑπ' οὐρανὸν, ἀπελήλαται μὲν ἡ τῆς ἁμαρτίας ἀχλὺς, καὶ ὁ βαθὺς ἐκεῖνος πέπαυται σκότος, κέκληνται δὲ πρὸς ἐπίγνωσιν ἀληθείας οἱ πεπλανημένοι· τότε δὴ τότε διεσκεδάσθησαν τὰ σημεῖα τῶν ἐγγαστριμύθων. Ἐγγαστριμύθους δέ φησι τοὺς ψευδομάντεις, ἤτοι πυθωνικοὺς, τοὺς ἀπό γε τῆς σφῶν αὐτῶν καρδίας ἀνερευγομένους τὸ δοκοῦν, καὶ τῶν ἀληθῶν εἰδότας οὐδέν. Περὶ τῶν τοιούτων καὶ ὁ προφήτης Ἰεζεκιὴλ φησιν· « Οὐαὶ τοῖς προφητεύουσιν ἀπὸ καρδίας αὐτῶν, καὶ τὸ καθ' ὅλου μὴ βλέπουσι. » Διεσκεδάσθη τοιγαροῦν τῶν τοιούτων τὰ ἐκ τῆς ψευδομαντείας δι-

D δόμενά τισι σημεῖα, ἤτοι προαναῤῥήσεις. Ἤργησαν γὰρ τὰ Ἑλληνικὰ χρηστήρια πανταχοῦ, καὶ σεσιγήκασιν οἱ ψευδοεπεῖν εἰωθότες τῶν παρ' Ἕλλησι θεῶν· ἀπεστράφησαν δὲ καὶ φρόνιμοι εἰς τὰ ὀπίσω, καὶ ἐμωράνθησαν αἱ βουλαὶ αὐτῶν. Ἔοικε δὲ φρονίμους ἐν τούτοις, ἢ τοὺς παρ' Ἕλλησι μάγους ἀποκαλεῖ· ὠνομάζοντο γὰρ παρ' ἐκείνοις σοφοί· ἢ τάχα που, καὶ τοὺς ἐν δόξῃ σοφῶν παρ' αὐτοῖς γεγονότας, καὶ πικροὺς εἰς σύνεσιν, καὶ λόγων ἔχοντας δείνωσιν, καὶ ἀρίστους εἰς εὐγλωττίαν, καὶ οὐκ ἔχοντας ἀνικάνως εἴς γε τὸ δύνασθαι ταῖς παρὰ σφῶν εὐεπείαις καταχαλλῦναι τὸ ψεῦδος. Τοὺς τοιούτους ἀπεστράφθαι φαμὲν εἰς τὰ ὀπίσω· λοιπὸν ἀχρήστου καὶ ἀνωφελοῦς ἀποδεδειγμέ-

[6] Psal. CIII, 4. [7] ibid. 2. [8] Ezech. XIII, 3.

νης τῆς ἐν αὐτοῖς σοφίας, ἡ ψυχική τέ ἐστι καὶ ἐπίγειος δαιμονιώδης. Μεμωράνθαι δέ φησι τὴν σοφίαν τοῦ κόσμου, παρὰ Θεοῦ δηλονότι, καὶ ὁ πάνσοφος Παῦλος. Ἀποστραφέντων δὲ, φησὶ, τῶν φρονίμων, καὶ πάσης αὐτῶν βουλῆς ἀσυνέτου τε καὶ ἀνοήτου παντελῶς ἀποδεδειγμένης, ἔστησεν ὁ Θεὸς καὶ Πατὴρ τὰ ῥήματα τοῦ ἑαυτοῦ Παιδὸς, τοῦτ᾽ ἔστι, τὸ εὐαγγελικὸν καὶ σωτήριον θέσπισμα, ὅπερ ἡμῖν αὐτὸς ἐλάλησεν ὁ Χριστός. Ἀπέδειξε δὲ καὶ ἀληθῆ τὴν βουλὴν τῶν ἀγγέλων αὐτοῦ. Ἄγγελοι γὰρ νοηθεῖεν ἂν οἱ τὰ Χριστοῦ πρεσβεύοντες, καὶ τῷ κόσμῳ διακηρύττοντες. Βουλὴ δὲ ἦν αὐτοῖς ἀγαθὴ, καὶ παραίνεσις τοῖς ἁπανταχοῦ τὸ τῶν ἀρχαίων μὲν αἰτιαμάτων ἀποφοιτᾷν, ἀναῤῥώννυσθαι δὲ πρὸς ἀγαθουργίας, καὶ τῶν ἀμεινόνων ἀντέχεσθαι, καὶ Θεὸν εἰδέναι τὸν φύσει καὶ ἀληθῶς, καὶ τοῖς αὐτοῦ νόμοις ὑπενεγκεῖν τὸν αὐχένα, τρέχειν δὲ οὕτω πρὸς σωτηρίαν καὶ ζωήν. Οὐκοῦν μεστοὶ μὲν ἁπάσης ἀληθείας εἰσὶν οἱ παρ᾽ αὐτῶν λόγοι· μεμώρανται δὲ τὰ Ἑλλήνων, τὸ τῆς ἀληθείας οὐκ ἔχοντες κάλλος· πάντα γὰρ παρ᾽ ἐκείνοις ψευδῆ, καὶ προφητεία, καὶ σύνεσις, καὶ τῶν ἐν δοκήσει θεῶν, ἡ καὶ αὐτοῖς τοῖς πλανωμένοις ἀγνοουμένη πληθύς.

Ὁ λέγων Ἱερουσαλήμ· Κατοικηθήσῃ, καὶ ταῖς πόλεσι τοῦ Ἰούδα· Οἰκοδομηθήσεσθε, καὶ τὰ ἔρημα αὐτῆς ἀνατελεῖ.

Ἔψεται καὶ οὕτω τὸ, Ἐγώ εἰμι, τοῦτ᾽ ἔστιν, Ἱερουσαλὴμ, ὁ λυτρούμενός σε, ὁ συντελῶν πάντα, καὶ ἐκτείνας τὸν οὐρανόν. Εἰμὶ τοιγαροῦν, φησὶν, ὁ λέγων Ἱερουσαλήμ· Κατοικηθήσῃ. Εἷλον μὲν γὰρ αὐτὴν κατὰ κράτος οἱ Βαβυλώνιοι, τὴν τῶν Ἰουδαίων ὅλην καταδῃώσαντες χώραν. Ἀλλ᾽ ἐκλελύτρωνται παρὰ Θεοῦ, καὶ τὸν τῆς αἰχμαλωσίας ἀπεδύσαντο ζυγὸν, ἀφέντος τοῦτο δρᾷν τοῦ τὴν Βαβυλῶνα κατεμπρήσαντος, Κύρου φημὶ τοῦ Καμβύσου· καὶ δὴ καὶ ὑπονοστήσαντες εἰς τὴν Ἰουδαίαν, τάς τε πόλεις ἀνεδείμαντο καὶ τὸν νεὼν, καὶ κατῳκήκασιν ἐν εἰρήνῃ. Εὐφυέστατα τοίνυν ὁ προφητικὸς ἡμῖν λόγος οἰκοδομηθήσεσθαι λέγων τὴν Ἱερουσαλὴμ, δίδωσιν ἐννοεῖν τοῖς ἀκροωμένοις, ὡς ἁλώσεται κατὰ καιροὺς, καὶ καταστραφήσεται. Καὶ οὐκ ἀπό γε τῶν μοχθηρῶν ποιεῖται τὴν προαγόρευσιν τῶν συμβησομένων αὐτοῖς, ἀπ᾽ ἐκείνων δὲ μᾶλλον ἐφ᾽ οἷς ἦν εἰκὸς ἡσθῆναι λίαν· μετὰ τοῦ καὶ εἰς ἐννοίας, ὡς ἔφην, ἐλθεῖν τῶν σκυθρωποτέρων. Οὐκοῦν Θεοῦ προστάττοντος οἰκοδομηθήσεσθαι τὴν Ἱερουσαλὴμ, ἁλοῦσάν που πάντως πρότερον ὁ τῆς προφητείας κατασημαίνει λόγος. Εἰ δὲ δή τις βούλοιτο καὶ βαθυτέροις ἔτι θεωρήμασιν ἐμβάλλειν, φαμὲν ὅτι τὴν ἀληθεστέραν Ἰουδαίαν, δῆλον δὲ ὅτι τὴν Ἐκκλησίαν, ἧς ἂν ἔνοικοι καὶ πολῖται νοηθεῖεν ἂν οἱ τὴν ἐν πνεύματι φοροῦντες περιτομήν. Ἔρημον οὖσάν ποτε πολυανδροῦσαν ἔδειξεν ὁ τοῦτο γενέσθαι προστεταχὼς, δῆλον δὲ ὅτι Θεὸς ἐν Χριστῷ, ἀνέτειλε δὲ τὰ ἔρημα αὐτῆς. Ξύλοις γὰρ νοητοῖς εὑρέθη κατάκομος, καὶ οἷον εὐδενδροτάτη, καὶ ὑψηλὰς ἁγίων ἔχουσα κεφαλάς. Ἔθος γὰρ τῇ θεοπνεύστῳ Γραφῇ φυτοῖς καὶ ξύλοις ἀφομοιοῦν ἔσθ᾽ ὅτε τὸν τῶν ἁγίων χορόν. Ἔφη γοῦν ὁ τῶν

A clararetur, ut quæ esset animalis, terrena et dæmoniaca. Infatuatam enim sapientiam mundi fuisse, a Deo nempe, dicit Paulus sapientissimus [84]. Aversis autem, inquit, prudentibus, et omni eorum consilio imprudenti et inutili declarato, statuit Deus et Pater verba Pueri sui, id est, evangelicum et salutare oraculum, quod ipsemet Christus nobis locutus est, et consilium angelorum suorum verum ratumque effecit. Angeli autem intelligi possunt, qui nomine Christi legatione funguntur, et mundo tanquam præcones concionantur. Consilium autem eorum bonum erat et exhortatio ubique omnibus, ut a pristinis vitiis discederent, et honestas actiones fortiter capesserent, et adhærerent melioribus, ac Deum natura et vere cognoscerent, ejusque legibus collum subderent, itaque ad salutem B vitamque contenderent. Siquidem eorum sermones omni veritate pleni sunt, Græcorum autem deliria nullam veritatis pulchritudinem habebant, sed falsa apud illos erant omnia, et prophetia, et cognitio, et imaginariorum deorum illis ipsis qui errabant ignota multitudo.

VERS. 26. *Qui dicit Jerusalem: Habitaberis, et civitatibus Juda: Ædificabimini, et solitudines ejus suscitabo.*

Sequetur hoc sic: Ego sum, nimirum, o Jerusalem, redimens te, consummans omnia, et extendens cœlum. Ego sum igitur, inquit, dicens Jerusalem: Ædificaberis. Nam eam vi ceperunt Babylonii, qui universam terram Judæorum depo-C pulati sunt: sed redempti sunt a Deo, et captivitatis jugum exuerunt, permittente hoc facere eos Cyro, patre, inquam, Cambysis, qui Babylonem incendit. Hi reversi in Judæam, et urbes refecerunt, et templum, et pacate habitarunt. Itaque perscite sermo propheticus cum Jerusalem ædificandam dicit, subindicat auditoribus, 598 capiendam temporibus subsequentibus et subvertendam. Nec prædictionem facit molestiarum quæ illis contingerent, sed eorum, de quibus verisimile erat eos impense gavisuros: ita tamen ut res asperiores quoque mentem cogitationemque, ut dixi, subeant. Cum ergo Deus jubet, ut ædificetur Jerusalem, capiendam omnino primum oratio prophetica innuit. Si quis autem profundiorem velit adhuc speculationem D considerationemque annectere: veriorem Judæam esse dicimus Ecclesiam, cujus incolæ ac cives intelligantur esse, qui circumcisionem gestant in spiritu. Quæ deserta et solitaria quondam erat, viris refertam effecit is, qui hoc fieri jussit, nimirum Deus in Christo, et solitudines ejus reparavit. Lignis enim intelligentia perceptis densa inventa est, et veluti obsita arboribus, et habens alta sanctorum capita. Solet enim divinitus inspirata Scriptura plantis arboribusque sanctorum interdum chorum assimilare. Dixit siquidem universorum Deus voce sanctorum: « Ponam in siticulosa terra cedrum et

[84] I Cor. I, 20.

buxum, et myrtum, et cupressum, et populum [9]. » Dictum est autem voce Psallentis ad Deum : « Saturabuntur ligna campi, cedri Libani quas plantasti [10]. » Iterum alio loco : « Tunc exsultabunt omnia ligna silvæ a conspectu Domini, quia venit ad judicandum terram. Judicabit autem terram in justitia, et populos in veritate [10*]. » Neque dicimus esse lignorum sensu carentium gaudere : sed potius quadrabit hoc sanctis, quos gavisuros dicit, ubi Christus illuxerit. Judicavit enim sic orbem terrarum in justitia, quando eos qui erraruut quondam justificavit, et Satanam ejusque angelos ad interitum damnavit.

A ὅλων Θεὸς διὰ φωνῆς ἁγίων, ὅτι « Θήσω εἰς τὴν ἄνυδρον γῆν κέδρον, καὶ πύξον, καὶ μυρσίνην, καὶ κυπάρισσον, καὶ λεύκην. » Εἴρηται δὲ καὶ διὰ τῆς τοῦ Ψάλλοντος φωνῆς περὶ τῶν ἁγίων πρὸς Θεὸν, ποτὲ μὲν, ὅτι « Χορτασθήσονται τὰ ξύλα τοῦ πεδίου, αἱ κέδροι τοῦ Λιβάνου ἃς ἐφύτευσας· » ποτὲ δὲ πάλιν· « Τότε ἀγαλλιάσονται πάντα τὰ ξύλα τοῦ δρυμοῦ, ἀπὸ προσώπου Κυρίου, ὅτι ἔρχεται κρῖναι τὴν γῆν. Κρινεῖ τὴν οἰκουμένην ἐν δικαιοσύνῃ, καὶ λαοὺς ἐν τῇ ἀληθείᾳ αὐτοῦ. » Καὶ οὔτι πού φαμεν ὡς τῶν ἀναισθήτων ξύλων τὸ χαίρειν ἐστὶ, πρέποι δ' ἂν μᾶλλον ἁγίοις τὸ χρῆμα, οὓς δὴ καὶ ἡσθῆναί φησιν ἐπιλάμψαντος τῷ κόσμῳ Χριστοῦ. Ἔκρινε γὰρ οὕτω τὴν οἰκουμένην ἐν δικαιοσύνῃ, δικαιώσας μὲν ἐν πίστει τοὺς πεπλανημένους ποτὲ, καταδικάσας δὲ τὸν ὄλεθρον τοῦ Σατανᾶ καὶ τῶν ἀγγέλων αὐτοῦ.

VERS. 27, 28. *Qui dicit abysso : Desolaberis, et fluvios tuos exsiccabo. Qui dicit Cyro, ut sapiat, et omnes voluntates meas faciet. Qui dicit Jerusalem : Ædificaberis, et domum sanctam meam fundabo.*

B *Ὁ λέγων τῇ ἀβύσσῳ· Ἐρημωθήσῃ, καὶ τοὺς ποταμούς σου ξηρανῶ. Ὁ λέγων Κύρῳ φρονεῖν, καὶ πάντα τὰ θελήματά μου ποιήσει. Ὁ λέγων Ἱερουσαλήμ· Οἰκοδομηθήσῃ, καὶ τὸν οἶκον τὸν ἅγιόν μου θεμελιώσω.*

Abductus est Israel, ut dixi, processu temporis captivus : ceperunt enim Judæam Babylonii. Cum autem septuagesimus annus captis jam exactus esset, et clementiæ, scilicet divinæ, tempus tandem instaret, contra Chaldæos excitavit **599** Cyrum Cambysis patrem, qui Persarum et Medorum imperium administrabat. Is cepit eos, et solvit Judæos ac laxavit, doctus, prædixisse de eo Deum, cui servierunt, quod ejus præsidiis munitus et hostibus foret superior, et plane volentibus resistere formidabilis, quodque divinum ipse templum restauraret. Quod igitur omnino in vastitatem redigenda esset Babyloniorum regio, quantumvis populosissima, denotat, cum inquit : Ego sum qui dico abysso : Desolaberis. Abyssum enim hic innumerabilem Babyloniorum multitudinem nominavit : fluvios autem ejus, gentes quæ ad eam confluxerunt, quæ finitimæ erant, ac loca habebant confinia, ab ipsis in subsidium accersita. Familiare deinde est Scripturæ divinæ, fluminibus, et mari, et aquis, semper multas gentes comparare. Dixit siquidem divinus Psaltes de omnium nostrum Servatore Christo, et de multitudine gentium, quæ ejus voce ac verbis irretita et capta est : « Vox Domini super aquas, Deus gloriæ tonuit [11]. » Vox enim Domini, id est, evangelica et salutaris prædicatio, per omnes gentes pervagata est, quando tantum non in illas detonabat. Personuit enim velut per universum orbem terrarum sacra et salutaris prædicatio. Rursus scriptum est : « Elevaverunt flumina voces suas [12]. » Flumina enim hic nominari dicimus sanctos apostolos, quorum voces, id est, doctrinæ, factæ sunt passim omnibus conspicuæ. Dictum est autem et de ipsa Babylone et Ninive, quia piscina aquæ sint aquæ ejus. Erat igitur Deus qui dicit abysso : Desolaberis, et fluvios tuos exsiccabo. Ille item erat, qui dicit Cyro, ut sapiat, pro, ut omnia scienter admi-

Ἀπεκομίσθη μὲν αἰχμάλωτος ὁ Ἰσραὴλ, ὡς ἔφην, κατὰ καιρούς· εἷλον γὰρ τὴν Ἰουδαίων χώραν οἱ Βαβυλώνιοι. Ἐπειδὴ δὲ τοῖς ἁλοῦσιν ἑβδομηκοστὸν ἤδη ἔτος τετέλεστο, καὶ ἐνειστήκει λοιπὸν ὁ καιρὸς τῆς ἐν αὐτοῖς ἡμερότητος, δῆλον δὲ ὅτι τῆς παρὰ Θεοῦ, κατεξανέστησε τῶν Χαλδαίων, Περσῶν τε καὶ Μήδων διέποντα τὴν ἀρχὴν τὸν Καμβύσου Κῦρον, ὃς εἷλεν αὐτοὺς, ἀνῆκέ τε τοὺς Ἰουδαίους, μεμαθηκὼς ὅτι Θεὸς ᾧ λελατρεύκασι προηγόρευσε περὶ αὐτοῦ, ὡς ταῖς παρ' αὐτοῦ νευρούμενος ἐπικουρίαις, καὶ C ἀμείνων ἔσται τῶν ἐχθρῶν, καὶ δυσάντητος κομιδῇ τοῖς ἐθέλουσιν ἀντανίστασθαι, καὶ ὅτι τὸν θεῖον αὐτὸς ἀναστήσει ναόν. Ὅτι τοίνυν ἔμελλεν ἐρημωθήσεσθαι παντελῶς, καίτοι πολυανδροῦσα λίαν, ἡ Βαβυλωνίων, κατασημαίνει λέγων· Ἐγώ εἰμι ὁ λέγων τῇ ἀβύσσῳ· Ἐρημωθήσῃ. Ἄβυσσον γὰρ ἐν τούτοις τὴν ἀριθμοῦ κρείττονα τῶν Βαβυλωνίων ὠνόμαζε πληθύν· ποταμοὺς δὲ αὐτῆς τὰ εἰς αὐτὴν ἐπιῤῥέοντα τῶν ἐθνῶν, ἃ περίοικά τε ἦν, καὶ τὰς ὁμόρους ἔχοντα χώρας ἐκέκλητο παρ' αὐτῶν εἰς ἐπικουρίαν. Ἔθος δὲ πάλιν τῇ θείᾳ Γραφῇ, ποταμοῖς καὶ θαλάσσαις, καὶ ὕδασι παρεικάζειν ἀεί πως τὰ πολλὰ τῶν ἐθνῶν. Ἔφη γοῦν ὁ θεσπέσιος Μελῳδὸς περί τε τοῦ πάντων ἡμῶν Σωτῆρος Χριστοῦ, καὶ τῆς τῶν ἐθνῶν πληθύος, ἣ D ταῖς αὐτοῦ σεσαγήνευται φωναῖς· « Φωνὴ Κυρίου ἐπὶ τῶν ὑδάτων, ὁ Θεὸς τῆς δόξης ἐβρόντησε Κύριος. » Ἡ γάρ τοι φωνὴ τοῦ Κυρίου, τοῦτ' ἔστι, τὸ εὐαγγελικὸν καὶ σωτήριον κήρυγμα κατὰ πάντων ἠνέχθη τῶν ἐθνῶν, ὅτε μονονουχὶ κατεβρόντησεν αὐτῶν. Περιεκτύπησε γὰρ ὡς παρὰ πᾶσαν τὴν ὑπ' οὐρανὸν, τὸ ἱερὸν καὶ σωτήριον κήρυγμα. Γέγραπται δὲ πάλιν· « Ἐπῆραν οἱ ποταμοὶ φωνὰς αὐτῶν. » Ποταμοὺς γὰρ ἐν τούτοις ὠνομάσθαι φαμὲν τοὺς ἁγίους ἀποστόλους, ὧν αἱ φωναὶ, τοῦτ' ἔστιν, αἱ διδασκαλίαι γεγόνασι γνώριμοι τοῖς ἁπανταχοῦ. Εἴρηται δέ που καὶ περὶ αὐτῆς τῆς Βαβυλῶνος, καὶ Νινευὶ, ὡς κολυμβήθρα ὕδατος τὰ ὕδατα αὐτῆς. Ἦν

[9] Isa. XLI, 19. [10] Psal. CIII, 16. [10*] Psal. XCVII, 8, 10. [11] Psal. XXVIII, 3. [12] Psal. XCII, 3.

οὐν ἄρα ὁ Θεὸς ὁ λέγων τῇ ἀβύσσῳ· Ἐρημωθήσῃ, καὶ A τοὺς ποταμούς σου ξηρανῶ. Καὶ αὐτὸς ἦν ὁμοίως ὁ λέγων τῷ Κύρῳ φρονεῖν, ἀντὶ τοῦ μετὰ συνέσεως πάντα δρᾷν, καὶ πάντα τὰ αὐτῷ δοκοῦντα πληροῦν. Ταῦτα δὲ ἦν τὸ δίκην ἐκτίσαι τοὺς Βαβυλωνίους ὧν πεπράχασιν ὠμῶς καταδῃοῦντες τὴν Ἰουδαίαν, καὶ τὸν ἱερὸν καὶ θεῖον καταπιμπράντες ναὸν, ἀνεῖσθαί τε πρὸς τούτῳ τὸν Ἰσραὴλ, καὶ ἀναδείμασθαι τὸν οἶκον, ἤγουν θεμελιῶσαι. Τοῦτο γὰρ μᾶλλον εἰπεῖν ἀληθέστερον. Προστέταχε μὲν γὰρ ὁ Κῦρος, καὶ χρημάτων πόρους προστιθεὶς ἀναστῆναι τὸν νεὼν, καὶ κατεβάλετο μὲν ὑποβάθρας. Ἐπειδὴ δὲ μεταξὺ τὸν ἀνθρώπινον κατέλυσε βίον, κεκώλυται μὲν ἐκ τῆς τινων βασκανίας ἡ τῶν ἔργων ἐπίδοσις παρὰ τοῦ μετ' αὐτόν. Ἤχθη γε μὴν εἰς πέρας καὶ μετὰ τοῦτο B πάλιν, Θεοῦ κατανεύοντος. Ἔχομεν δὲ τῆς ἱστορίας τὸ ἀκριβὲς παρά γε τῇ θεοπνεύστῳ Γραφῇ· καὶ τὸ μακροὺς ἐν τούτοις τρίβειν ἐλέσθαι λόγους, περιττὸν οἶμαί που. Μὴ δὲ λεγέτωσάν τινες, ὡς ὁ θεῖος διέψευσται λόγος, ὅτι μὴ πάντα τὰ τῷ Θεῷ δοκοῦντα πεποίηκεν ὁ Κῦρος, ἄνθρωπος ὢν εἰδωλολάτρης. Τέτακται γὰρ τὸ, Πάντα τὰ θελήματά μου ποιήσει, κατ' ἐκεῖνά που πάντως ἅπερ εἰκὸς βούλεσθαι δηλοῦν Θεὸν, τὸ ἀλῶναί φημι τὴν Βαβυλωνίων, τὸ ἀπαλλαγῆναι δεσμῶν καὶ δουλείας τὸν Ἰσραὴλ, καὶ τὸ ἐγερθῆναι τὸν νεὼν, καὶ τὰς τῆς Ἰουδαίας οἰκοδομηθῆναι πόλεις.

nistret, omniaque quæ ipsi videntur exsequatur. Hæc sunt autem pœnam factorum a Babyloniis exigere, Judæam crudeliter populantibus, ac sacrosanctum et divinum templum incendentibus, et Israelem præterea relaxare et domum reficere sive fundare. Hoc enim dicere propius est veritati. Mandavit enim Cyrus, subsidio pecuniarum addito, templum excitare : et fundamenta quidem jecit. At postquam ex humana vita migravit, quorumdam invidia operum fastigium et accessio impediebatur ab eo qui ei **600** successit. Postea vero rursus ad finem adductum est, Deo annuente. Historiam satis accurate expositam habemus in Scriptura divinitus inspirata : et de his longos sermones conterere ac consumere, supervacaneum esse arbitror. Neque vero dicat aliquis, Dei verbum mentitum esse, propterea quod non omnia quæ Deus volebat fecit Cyrus cum idola coleret. Hoc enim adjungitur : Omnes meas voluntates exsequetur, nimirum ea, quæ verisimile est Deum velle commonstrare, occupare, inquam, regionem Babyloniorum, liberare Israelem vinculis et servitute, et templum erigere, et civitates Judææ ædificare.

Οὕτω λέγει Κύριος ὁ Θεὸς τῷ χριστῷ μου Κύρῳ, οὗ ἐκράτησα τῆς δεξιᾶς ἐπακοῦσαι ἔμπροσθεν αὐτοῦ ἔθνη, καὶ ἰσχὺν βασιλέων διαῤῥήξω, ἀνοίξω ἔμπροσθεν αὐτοῦ θύρας, καὶ πόλεις οὐ συγκλεισθήσονται. Ἐγὼ ἔμπροσθεν αὐτοῦ πορεύσομαι, καὶ ὄρη ὁμαλιῶ, θύρας χαλκᾶς συν- C *τρίψω, καὶ μοχλοὺς σιδηροῦς συνθλάσω. Καὶ δώσω σοι θησαυροὺς σκοτεινοὺς, ἀποκρύφους, ἀοράτους ἀνοίξω σοι, ἵνα γνῷς ὅτι ἐγὼ Κύριος ὁ Θεὸς ὁ καλῶν τὸ ὄνομά σου, Θεὸς Ἰσραήλ. Ἕνεκεν Ἰακὼβ τοῦ παιδός μου, καὶ Ἰσραὴλ τοῦ ἐκλεκτοῦ μου, ἐγὼ καλέσω σε τῷ ὀνόματί μου* [Vulg. σου], *καὶ προσδέξομαί σε. Σὺ δὲ οὐκ ἔγνως με, ὅτι ἐγὼ Κύριος ὁ Θεὸς, καὶ οὐκ ἔστιν ἔτι πλὴν ἐμοῦ Θεός. Οὐκ ᾔδεις δέ με. Ἵνα γνῶσιν οἱ ἀπὸ ἀνατολῶν ἡλίου, καὶ οἱ ἀπὸ δυσμῶν, ὅτι οὐκ ἔστι πλὴν ἐμοῦ. Ἐγὼ Κύριος ὁ Θεὸς, καὶ οὐκ ἔτι. Ἐγὼ ὁ κατασκευάσας φῶς, καὶ ποιήσας σκότος, ὁ ποιῶν εἰρήνην, καὶ κτίζων κακά. Ἐγὼ Κύριος ὁ Θεὸς ποιῶν πάντα ταῦτα.*

Cap. XLV. Vers. 1-7. *Sic dicit Dominus Deus christo meo Cyro, cujus apprehendi dexteram, ut obediant ante eum gentes, et fortitudinem regum frangam, aperiam ante eum portas, et urbes non claudentur. Ego ante eum ibo, et montes complanabo, portas æneas conteram, et vectes ferreos confringam. Dabo tibi thesauros tenebrosos, abstrusos, inaspectabiles aperiam tibi, ut cognoscas quod ego sim Dominus Deus, vocans nomen tuum, Deus Israel. Propter Jacob puerum meum, et Israel electum meum, ego vocabo te nomine meo, et suscipiam te. Tu autem non cognovisti me, quia ego Dominus Deus, et non sit præter me alius Deus. Non novisti me. Ut cognoscant qui ab ortu solis, et qui ab occasu, quod non sit præter me. Ego Dominus Deus, et non est præter me. Ego qui fabricavi lucem et feci tenebras, faciens pacem, et creans mala. Ego Dominus Deus faciens omnia hæc.*

Ταύτῃ φαμὲν ἐντετυχηκέναι τῇ προφητείᾳ τὸν D ἀλκιμώτατον Κῦρον, ἡσθῆναί τε λίαν ἐπὶ τοῖς περὶ αὐτοῦ προηγορευμένοις παρὰ Θεοῦ, καὶ εἰς τοῦτο γνώμης ἐλθεῖν, ὥστε καὶ ἐν ταῖς ὑπὸ χεῖρα πόλεσί τε καὶ χώραις ποιήσασθαι τὴν ἀνάῤῥησιν τῆς τοῦ Θεοῦ δόξης, ὁμολογοῦντα σαφῶς, ὅτι μόνος αὐτὸς εἴη Θεὸς, καὶ τῶν ὅλων Κύριος, ὁ παρὰ τῶν Ἰουδαίων προσκυνούμενος. Καὶ σαφὴς μὲν λίαν, ὥς γε οἶμαι, τῆς προφητείας ἡ δύναμις, ἤτοι τῶν προφητικῶν προῤῥήσεων. Ἕκαστα δὲ τῶν εἰρημένων ἐπιδραμόντες, ὡς ἔνι τὸ δοκοῦν εἶναί φησιν [ἀφανὲς] ἔσθ' ὅτε καὶ ἄναντες, σαφὲς καταστήσωμεν. Χριστὸν μὲν γὰρ ὀνομάζει τὸν Κῦρον, καὶ οὐχ ὡς ἕνα τῶν ἁγίων, καθ' ὧν ἂν κέοιτο τοὔνομα, καταχρηστικῶς δὲ, ὡς ἀπό γε τοῦ κεχρίσθαι, ληφθὲν, ἀλλ' ὅτι τοὺς καλουμένους εἰς βασιλείας

Narrant hic, potentissimum Cyrum legisse hanc prophetiam, et impendio de his quæ a Deo de ipso prænuntiata sunt gavisum, et eo animo fuisse, ut divinæ gloriæ præconium in suis urbibus et regionibus promulgarit, confessusque fuerit diserte, illum solum esse Deum universorumque Dominum, qui a Judæis colebatur. Sed apertissima est, ut ego quidem arbitror, prophetiæ seu propheticarum prædictionum vis atque sententia. Singula dictorum percurramus, quoad licuerit, et quod interdum videbitur esse obscurum et præruptum, **601** explicemus. Christum enim nominat Cyrum, non quasi unum quempiam e sanctis, de quibus nomen illud accipi potest, abusive sumptum quasi ab eo quod unctus fuerit, sed quod in more positum fuerat, vocatos a Deo ad regnum,

etiamsi non fuerint sancti et colendi, oleo inungere. Invenimus enim sanctos prophetas dixisse aliquibus eorum qui ad hoc destinati erant: « Unxit te Dominus regem super Israel [13]. » Christus igitur seu unctus erat Cyrus tanquam rex. Cæterum quod per Deum imperium obtinuerit, et ad hanc insignem gloriam subvectus fuerit, subinnuit, cum eum unctum nominarit, id est, unctione et suffragio suo ad regnum evocatum. Hinc ait se apprehendisse ejus dextram. Assumptionis autem illud signum esse potest evidens, sicuti dictum est a sanctis in libro Psalmorum: « Tenuisti manum meam dexteram, in consilio tuo deduxisti me [14]. » Apprehendisse dicit dexteram ejus, ut auscultent ei gentes, id est, ut subjiciantur ei ac cedant, ac regum frangatur potentia. Septem enim dicunt esse reges uni præcellenti subditos apud Babylonios. Quod autem sua sponte urbes aperirentur, nihilque Cyro incursanti contra hostium robur omnino obstaret, demonstrat, inquiens: Urbes non claudentur. Coram te ibo, et montes complanabo; id est, omnia nuda et plana ut sint efficiam, ut nemo resistat. Sin vero quis occurrat, et tanquam mons copiis tuis obviam eat: etiam hunc solo æquabo; id est, miserum et humilem et imbellem reddam. Portas æneas conteram, et vectes ferreos confringam tibi, thesauros tenebrosos, reconditos, inaspectabiles aperiam tibi. Narrant Babylonios postquam capta esset civitas, in speluncis tenebrosis se abdidisse et obruisse, maxime qui inter illos essent cæteris insigniores: qui mortem pertimescentes, more serpentium omnem speluncam et petrarum scissuras ingressi, abscondebantur: sed latere non poterant. Quidam enim significabant hoc Cyro, qui faces accendi jussit, et e recessibus tenebrosis extrahi, qui timore aufugerant, sicque diris pœnis subjici. Alii vero dicunt, quod thesauros Babyloniorum sub terra abditos exinaniverit. Ita tu eris illustris et celebris, ut **602** scias quod ego sum Dominus Deus, qui vocat nomen tuum, Deus Israel, propter Jacob puerum meum, et Israelem electum meum. Vocavi enim te, inquit, ad hoc, ego Deus solus, et hac tam illustri te honoravi gloria, ut fias tu servo meo Israeli beneficus. Ego vocavi te, inquit, et gloria coronavi. Tu autem me non cognovisti esse Dominum, et præter me non esse Deum. Nec me nosti; perinde est ac si diceret aperte: Non percepisti hanc talem gloriam a me, tanquam mercedem illustrium factorum, ad pietatem spectantium: sed ornavi te, etiam cum meam divinitatem non noveris et excellentiam, imo cum in numero quidem esses eorum qui me adorant; sed ut cognoscant, qui ab ortu solis et occasu sunt, non esse præter me alium. Quia enim volui, inquit, meos eripi, etiam per eos qui gloriam meam non norunt hanc rem conficiam, ut manifeste videant, qui in universa terra sunt, Deum præter me non esse. Sum enim Dominus exercituum, et omnis gentis ac generis Dominus, et quo-

A παρὰ Θεοῦ, κἂν εἰ μή τινες εἶεν ἅγιοι καὶ σεπτοὶ, ἐλαίῳ καταχρίειν ἔθος ἦν. Εὑρήσομεν γὰρ τοὺς ἁγίους προφήτας τισὶν εἰρηκότας τῶν εἰς τοῦτο παρενηνεγμένων, ὅτι « Ἔχρισέ σε Κύριος εἰς βασιλέα ἐπὶ Ἰσραήλ. » Χριστὸς οὖν ὁ Κῦρος ὡς βασιλεύς· πλὴν ὅτι διὰ Θεοῦ κεκράτηκεν, ἤρθη τε εἰς δόξαν ὑπερφυᾶ, δίδωσιν ἐννοεῖν, χριστὸν ὀνομάσας αὐτὸν, τοῦτ' ἔστι χρίσει καὶ ψήφῳ τῇ παρ' αὐτοῦ κεκλημένον εἰς βασιλείαν. Ταύτῃτοί φησιν, ὅτι κεκράτηκε τῆς δεξιᾶς αὐτοῦ. Ἀντιλήψεως δ' ἂν σημεῖον γένοιτο καὶ τοῦτο σαφὲς, κατά γε τὸ ὑπὸ τῶν ἁγίων ἐν βίβλῳ Ψαλμῶν εἰρημένον· « Ἐκράτησας τῆς χειρός μου, τῆς δεξιᾶς μου, ἐν τῇ βουλῇ σου ὡδήγησάς με. » Κεκρατηκέναι δέ φησι τῆς δεξιᾶς αὐτοῦ, ὥστε καὶ ἐπακοῦσαι ἔμπροσθεν αὐτοῦ ἔθνη, τοῦτ' ἔστιν, ὑποταχθῆναι καὶ ὑπείκειν αὐτῷ, διαῤῥαγῆναι δὲ τὴν βασιλέων ἰσχύν.

B Ἑπτὰ γὰρ εἶναί φασι βασιλέας ὑπὸ τὸν ἕνα καὶ προὔχοντα παρὰ τοῖς Βαβυλωνίοις. Ὅτι δὲ ἔμελλον ἀνοίγνυσθαι μὲν αὐτομάτως αἱ πόλεις, διακωλῦσαι δὲ παντελῶς οὐδὲν κατατρέχοντα τὸν Κῦρον τῆς τῶν πολεμίων ἰσχύος, διαδείκνυσι λέγων· Πόλεις οὐ συγκλεισθήσονται. Ἔμπροσθέν σου πορεύσομαι, καὶ ὄρη ὁμαλιῶ, τοῦτ' ἔστιν, ἅπαντά σοι ψιλὰ, καὶ εὐήλατα γενέσθαι παρασκευάσω, ὡς μηδὲν εἶναι τὸ ἀντιστατοῦν. Ἀλλὰ κἂν εἴ τις ἐπέλθοι, καὶ οἷον ὄρος ταῖς σαῖς δυνάμεσιν ὑπαντήσειε, καὶ τοῦτο ὁμαλιῶ, τοῦτ' ἔστιν, οἰκτρὸν ἀποφανῶ, καὶ χαμαιῤῥιφὲς, καὶ ἄναλκες. Θύρας χαλκᾶς συντρίψω, καὶ μοχλοὺς σιδηροῦς συνθλάσω, καὶ δώσω σοι θησαυροὺς ἀποκρύφους, ἀοράτους ἀνοίξω σοι. Φασὶ τοὺς Βαβυλωνίους

C μετὰ τὸ ἁλῶναι τὴν πόλιν, σπηλαίοις ἑαυτοὺς ἐγκαταχῶσαι σκοτεινοῖς, μάλιστα δὲ τοὺς ἐν αὐτοῖς ὄντας περιφανεστέρους τῶν ἄλλων, οἳ δεδιότες τὸν θάνατον, ὄφεων δίκην ἐν παντὶ σπηλαίῳ καὶ σχισμαῖς πετρῶν καταδύντες ἐκρύπτοντο, οὐ μὴν ἰσχῦσαι διαλαθεῖν. Κατεσημαίνοντο γὰρ τούτῳ [ἴσ. τοῦτο] τῷ Κύρῳ τινές· ὁ δὲ καὶ δᾷδας ἀναφθῆναι προστέταχε, καὶ ἐκ μυχῶν σκοτεινῶν ἀνορύττεσθαι τοὺς πεφοβημένους, οὕτω τε πικραῖς ὑποθεῖναι δίκαις. Ἕτεροι δέ φασιν ὅτι τοὺς Βαβυλωνίων ἐκένωσε θησαυροὺς ὑπὸ γῆν ὄντας καὶ κεκρυμμένους. Ἔσῃ δὴ γοῦν περιφανὴς οὕτω καὶ ἀοίδιμος, ἵνα γνῷς ὅτι ἐγὼ Κύριος ὁ Θεὸς, ὁ καλῶν τὸ ὄνομά σου, Θεὸς Ἰσραὴλ, ἕνεκεν Ἰακὼβ τοῦ παιδός μου, καὶ Ἰσραὴλ τοῦ ἐκλεκτοῦ μου. Κέ-

D κληκα γάρ σε πρὸς τοῦτο, φησὶν, ἐγὼ Θεὸς μόνος, καὶ τετίμηκά σε ταῖς οὕτω λαμπραῖς εὐκλείαις, ἵνα εὖ πάθοι παρὰ σοῦ ἐμὸς ὢν οἰκέτης ὁ Ἰσραήλ. Ἐγὼ μὲν κέκληκά σε, φησὶ, καὶ κατεστεφάνωσα ταῖς εὐκλείαις. Σὺ δὲ οὐκ ἔγνως με ὅτι ἐγώ εἰμι Κύριος, καὶ οὐκ ἔστιν ἔτι πλὴν ἐμοῦ Θεὸς, καὶ οὐκ ᾔδεις με· ὅμοιον ὡς εἰ λέγοι σαφῶς· Οὐκ ἀντέκτισιν λαμπρῶν ἀνδραγαθημάτων τῶν ὁρώντων εἰς εὐσέβειαν ἐκομίσω παρ' ἐμοῦ τὴν τοιαύτην δόξαν· τετίμηκα δέ σε, καίτοι μὴ εἰδότα τὴν ἐμὴν θεότητα καὶ ὑπεροχὴν, ἀλλ' οὐδ' ἐναρίθμιον ὄντα τοῖς προσκυνοῦσί με, ἀλλ' ἵνα γνῶσιν οἱ ἀπὸ ἀνατολῶν ἡλίου, καὶ οἱ ἀπὸ δυσμῶν, ὅτι οὐκ ἔστι πλὴν ἐμοῦ. Εἰ γὰρ ἐλοίμην,

[13] Psal. XLIV, 8. [14] Psal. LXXII, 24.

φησὶν, ἐκρύεσθαι τοὺς ἐμοὺς, καὶ διὰ τῶν οὐκ εἰδότων τὴν δόξαν τὴν ἐμὴν ἀποπεραινῶ τὸ χρῆμα, ὑπέρ γε τοῦ σαφῶς εἰδέναι τοὺς ἀνὰ πᾶσαν ὄντας τὴν γῆν, ὅτι Θεὸς οὐκ ἔστι πλὴν ἐμοῦ. Εἰμὶ γὰρ τῶν δυνάμεων Κύριος, καὶ παντὸς ἔθνους, καὶ γένους Δεσπότης· καὶ ὅποιπερ ἂν θελήσαιμι, τὰς τῶν ἐπὶ γῆς ἀποφέρω καρδίας, ὥστε τῶν ἐμῶν θελημάτων ὑπουργοὺς ἀναφαίνεσθαι καὶ τοὺς οὐκ ὄντας ἐμούς. Ἐγὼ τοίνυν εἰμὶ Κύριος ὁ Θεὸς, ὁ κατασκευάσας φῶς καὶ ποιήσας σκότος, τοῦτ' ἔστιν, ἡμέραν τε καὶ νύκτα, ἤγουν φῶς μὲν τοῖς λελυτρωμένοις, σκότος δὲ τοῖς πεπορθημένοις. Οἱ μὲν γὰρ ἔχαιρον, ὡς ἀπαλλαττόμενοι τῶν δεσμῶν, οἱ δὲ ἦσαν ἐν ἀφύκτοις συμφοραῖς. Ἐγώ εἰμι ὁ ποιῶν εἰρήνην, καὶ κτίζων κακά. Ἐκληψῃ καὶ τοῦτο κατὰ τὴν ἴσην διάνοιαν, ὡς ἔφην, ἀρτίως· Εἰρήνην μὲν τοῖς λελυτρωμένοις, κακὰ δὲ, τοῦτ' ἔστι, κακωτικὰ, ἤτοι πάσης κακώσεως ἐμποιητικὰ, τοῖς ὠμοῖς καὶ ἀγρίοις, τοῖς ἐπενηνεγμένοις τῷ Ἰσραήλ. Ὅτι γὰρ λελύπηκε τὸ χρῆμα Θεὸν, σαφὲς ἂν γένοιτο, λέγοντος αὐτοῦ διὰ φωνῆς ἀγγέλου τῷ προφήτῃ Ζαχαρίᾳ· « Ἐζήλωκα τὴν Ἱερουσαλὴμ καὶ τὴν Σιὼν ζῆλον μέγαν, καὶ θυμῷ μεγάλῳ ὀργίζομαι ἐπὶ τὰ ἔθνη τὰ συνεπιτιθέμενα, ἀνθ' ὧν μὲν ἐγὼ ὠργίσθην ὀλίγα, αὐτοὶ δὲ συνεπέθεντο εἰς κακά. » Καὶ μὴν καὶ ὡς πρὸς αὐτῶν τῶν Βαβυλωνίων· « Ἐγὼ δέδωκα αὐτοὺς εἰς τὰς χεῖράς σου, σὺ δὲ οὐκ ἔδωκας αὐτοῖς ἔλεος. » Ὅτι δὲ κατὰ βούλησιν Θεοῦ ταῖς Βαβυλωνίων ἀλαζονείαις ἐπεπήδησεν ὁ Κῦρος, θρασύς τε καὶ παναλκὴς, καὶ τῇ πρεπούσῃ τοῖς πάσχουσιν ὠμότητι χρώμενος, εἰσόμεθα, λέγοντος αὐτοῦ, διὰ τῆς Ἱερεμίου φωνῆς, ὡς πρός γε τὸν Κῦρον· « Πικρῶς ἐπίβηθι ἐπ' αὐτὴν, καὶ ἐπὶ τοὺς κατοικοῦντας ἐν αὐτῇ, καὶ ἐκδίκησον μάχαιραν, καὶ ἀφάνισον, λέγει Κύριος, καὶ ποίει κατὰ πάντα ὅσα ἐντέλλομαί σοι. » Καὶ πρὸς τούτοις ἔτι· « Ἤνοιξε Κύριος τὸν θησαυρὸν αὐτοῦ, καὶ ἐξήνεγκε τὰ σκεύη τῆς ὀργῆς αὐτοῦ, ὅτι ἔργον Κυρίῳ ἐν γῇ Χαλδαίων, ὅτι ἐληλύθασιν οἱ καιροὶ αὐτῆς. Ἀνοίξατε τὰς ἀποθήκας αὐτῆς, ἐρευνήσατε αὐτὴν ὡς σπήλαιον, καὶ ἐξολοθρεύσατε αὐτήν. Μὴ γενέσθω αὐτῆς κατάλειμμα, ἀναξηράνατε πάντας τοὺς καρποὺς αὐτῆς, καταβήτωσαν εἰς σφαγήν. Οὐαὶ αὐτοῖς, ὅτι ἥκει ἡ ἡμέρα αὐτῶν, καὶ καιρὸς ἐκδικήσεως αὐτῶν. » Ἔφη δέ που καὶ αὐτὸς ὁ προφήτης Ἡσαΐας, ὡς ἐκ προσώπου τοῦ Θεοῦ πρὸς Βαβυλωνίους· « Ἰδοὺ ἐπεγερῶ ὑμῖν τοὺς Μήδους, οἳ οὐ λογίζονται ἀργύριον, οὐδὲ χρυσίου χρείαν ἔχουσι. Τοξεύματα νεανίσκων συντρίψουσι, καὶ τὰ τέκνα ὑμῶν οὐ μὴ ἐλεήσωσιν, οὐδ' ἐπὶ τοῖς τέκνοις σου φείσονται οἱ ὀφθαλμοὶ αὐτῶν, » δηλονότι τῶν Μήδων.

A cunque voluero, corda eorum qui in terra sunt, inclino, ut etiamsi mei non sunt, voluntates tamen meas exsequantur. Ego igitur sum Dominus Deus, qui fabricavi lucem, et feci tenebras, id est, diem et noctem, vel lucem redemptis, tenebras perditis. Illi enim, velut liberati vinculis, gaudebant: hi autem in miseria indeclinabili versabantur. Ego sum qui constituo pacem, et creo mala. Et hoc accipies eo, quem jam dixi, sensu: Pacem redemptis, mala vero, id est, male affligentia, vel omnis malæ afflictionis efficientia, crudelibus et immanibus, qui invaserunt Israelem. Nam quod offenderit Deum hæc res, perspicuum esse potest, cum dicat voce angeli, prophetæ Zachariæ: « Æmulatus sum Jerusalem et Sion æmulatione magna, et furore magno irascor B gentibus simul conspirantibus, pro eo quod ego iratus parum fuerim, ipsæ autem conspiraverunt ad mala [14*]. » Quin et velut de ipsis Babyloniis: « Ego tradidi eos in manus tuas: tu autem non exhibuisti illis misericordiam [15]. » Quod autem ex voluntate Dei Babyloniorum insolentiæ insultarit Cyrus, et audax, et fortissimus, et digna his qui supplicio affecti sunt usus crudelitate: **603** intelligemus, ipso dicente velut ad Cyrum, voce Jeremiæ: « Acriter invade eam, et habitantes in ea. Ulciscere gladio, et vasta, ait Dominus, et fac juxta omnia quæcunque præcipio tibi [15*]. » Et ad hæc iterum: « Aperuit Dominus thesaurum ejus, et protulit vasa iræ suæ, quia opus Domino in terra Chaldæorum, quoniam venerunt C tempora ejus. Aperite apothecas ejus, scrutamini illam tanquam speluncam, et delete eam. Ne sint illius reliquiæ. Exsiccate omnes fructus ejus, et descendant in occisionem. Væ illis, quia venit dies eorum, et tempus vindictæ eorum [16]. » Dixit etiam ipse propheta Isaias, velut in persona Dei, ad Babylonios: « Ecce excitabo contra vos Medos, qui non rationem habent argenti, nec auro opus habent. Arcus juvenum conterent, et filiorum vestrorum misericordiam non capient, nec filiis tuis parcent oculi eorum [16*], » nimirum Medorum.

Εὐφρανθήτω ὁ οὐρανὸς ἄνωθεν, καὶ αἱ νεφέλαι ῥανάτωσαν δικαιοσύνην· ἀνατειλάτω ἡ γῆ, καὶ βλαστησάτω ἔλεος, καὶ δικαιοσύνην ἀνατειλάτω ἅμα.

D Vers. 8. *Lætetur cœlum desuper, et nubes spargant justitiam, aperiatur terra, et germinet misericordia, et justitia exoriatur simul.*

Ἔθος καὶ μελέτη πλεισταχοῦ τῇ θεοπνεύστῳ Γραφῇ διεξάγειν τοὺς λόγους ἐκ τῶν καθ' ἕκαστά τε καὶ ἀνὰ μέρος ἐπί τισι γεγονότων εἰς τὸ καθόλου καὶ ἐπὶ πάντας, καὶ καθάπερ ἐξ ἐνεργοῦς εἰκόνος τῶν ἱστορικῶς πεπραγμένων ἀναβιβάζειν ἀστείως τῶν παιδευομένων τὸν νοῦν εἰς θεωρίας μυστικωτέρας. Ὃ δὴ καὶ ἐπὶ τῶν ἐν χερσὶ στίχων ἔνεστιν ἰδεῖν. Μακρὸς μὲν γὰρ δεδαπάνηται λόγος διὰ τῶν ἀνόπιν

D τοῦτ' ἔστι, δεσμοῖς ἀγάπης, καὶ σειραῖς ἀῤῥήτου φιλοθεΐας, ὥστε δύνασθαι λέγειν· « Τίς ἡμᾶς χωρίσει ἀπὸ τῆς ἀγάπης τοῦ Χριστοῦ; θλίψις, ἢ στενοχωρία, ἢ διωγμὸς, ἢ λιμὸς, ἢ γυμνότης, ἢ κίνδυνος, ἢ μάχαιρα; » Οὗτοι προσκυνήσουσί σοι, φησὶ, καὶ ἐν σοὶ προσεύξονται, ὅτι Θεὸς ἐν σοί ἐστι, καὶ οὐκ ἔστι Θεὸς, πλὴν σοῦ. Σὺ γὰρ εἶ Θεὸς, καὶ οὐκ ᾔδειμεν, ὁ Θεὸς τοῦ Ἰσραὴλ σωτήρ. Κάμπτει γὰρ τῷ πάντων Σωτῆρι Χριστῷ πᾶν γόνυ, καὶ πᾶσα γλῶσσα ἐξομολογεῖται, καὶ εἰς αὐτὸν ἔρχεται πᾶν πέρας εὐχῆς. Ἐν Χριστῷ γὰρ αἰτοῦμεν παρὰ Θεοῦ καὶ Πατρὸς τὰ αἰτήματα, καὶ ἐν αὐτῷ προσευχόμεθα, ὁμολογοῦντες ὅτι καὶ ἐν αὐτῷ Θεός ἐστι, καὶ οὐκ ἔστι Θεὸς πλὴν

[32] Rom. v, 20. [33] Rom. viii, 35. [34] Joan. xiv, 9, 10.

αὐτοῦ. Οὕτω γὰρ ἡμᾶς φρονεῖν ἐδίδαξε λέγων τῷ θεσπεσίῳ μαθητῇ (Φίλιππος οὗτος ἦν)· « Τοσοῦτον χρόνον μεθ' ὑμῶν εἰμι, καὶ οὐκ ἔγνωκάς με, Φίλιππε; Οὐ πιστεύεις ὅτι ἐγὼ ἐν τῷ Πατρὶ, καὶ ὁ Πατὴρ ἐν ἐμοί ἐστιν; Ὁ ἑωρακὼς ἐμὲ, ἑώρακε τὸν Πατέρα. Ἐγὼ καὶ ὁ Πατὴρ ἕν ἐσμεν. » Τὸ τοίνυν, Ὁ Θεὸς ἐν σοί ἐστι, καὶ Οὐκ ἔστι Θεὸς πλὴν σοῦ, ἴσην ἔχει δύναμιν τῷ, ὅτι « Καὶ ὁ Λόγος ἦν πρὸς τὸν Θεὸν, καὶ Θεὸς ἦν ὁ Λόγος. Οὗτος ἦν ἐν ἀρχῇ πρὸς τὸν Θεόν. » Εἰ δὲ δὴ βούλοιτό τις τῶν εἰρημένων τὴν δύναμιν καὶ εἰς μόνον τὸ πρόσωπον τοῦ Χριστοῦ περιενεγκεῖν εὐτέχνως, φαμὲν ὅτι κατὰ τὴν τοῦ θεσπεσίου Παύλου φωνὴν, κατῴκηκε μὲν ἐν Χριστῷ πᾶν τὸ πλήρωμα τῆς θεότητος σωματικῶς. Ἦν δὲ αὐτὸς ὁ Θεὸς, οὐκ εἰς υἱοὺς δύο διῃρημένος, ἀλλ' ὡς ἰδίαν ἔχοντος τοῦ Λόγου τὴν σάρκα, ἐν ᾗ καὶ κατῳκηκέναι λέγεται. Οὐκοῦν κἂν τούτῳ νοεῖται Θεὸς, καθάπερ ἐν ἀνθρωπίνῳ σώματι ψυχή· ἀλλ' οὖν εἷς Υἱός ἐστιν ὁ Θεός. Ἰστέον γε μὴν, ὅτι τὴν τοῦ Κυρίου σάρκα φαμὲν ἐψυχῶσθαι ψυχῇ νοερᾷ. Ὁμολογοῦσι δὴ οὖν, ὅτι Καὶ ἐν σοὶ ὁ Θεός ἐστι, καὶ οὐκ ἔστι Θεὸς πλὴν σοῦ. Σὺ γὰρ εἶ Θεὸς, καὶ οὐκ ᾔδειμεν, ὁ Θεὸς τοῦ Ἰσραὴλ σωτήρ. Αὕτη μετανοούντων φωνὴ, καὶ μεταφοιτώντων ἤδη πρὸς τὸ φῶς ἐξ ἀπάτης καὶ σκότου, καὶ εἰς ἐπίγνωσιν ἀληθείας διεληλακότων, καὶ τὸν φύσει τε καὶ ἀληθῶς ἐπεγνωκότων Θεὸν, καὶ τῶν ὅλων δημιουργὸν καὶ Κύριον. Σωτῆρά γε μὴν τοῦ Ἰσραὴλ ὀνομάζουσιν αὐτὸν τὸν ἐνανθρωπήσαντα καὶ σεσαρκωμένον, αὐτὸν ἐκεῖνον εἶναι πιστεύσαντες, ὃς καὶ πάλαι τοῖς ἐξ Ἰσραὴλ ἐπίκουρος ἦν. Ἤγουν Ἰσραὴλ συνήσεις οὔτι που τὸν κατὰ σάρκα μόνον, ἀλλὰ γὰρ καὶ εἴ τις ἕτερος ὁρᾷν δύναται Θεόν. Διερμηνεύεται γὰρ τὸ Ἰσραὴλ *νοῦς ὁρῶν Θεόν*. Ὁρᾷ δὲ Θεὸν τοῖς τῆς διανοίας ὄμμασιν, ὁ τὸν τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς χαρακτῆρα βλέπων, τοῦτ' ἔστι, τὸν Υἱὸν, ᾧ καὶ ἐντραπήσεσθαί φησι τοὺς ἀνθεστηκότας, πορευθήσεσθαι δὲ καὶ ἐν αἰσχύνῃ. Οἱ γὰρ τὴν εἰς αὐτὸν πίστιν οὐ προσηκάμενοι, θεομαχήσαντες δὲ, καθάπερ ἀμέλει καὶ Ἰουδαῖοι, πάντες ἔσονται κατῃσχυμμένοι, ἡττώμενοι μὲν τῆς ἀνικήτου χειρὸς, ἀδικοῦντες δὲ παντελῶς οὐδὲν τὴν δόξαν αὐτοῦ, ταῖς γε μὴν σφῶν κεφαλαῖς ὄλεθρον ἐπαντλήσαντες, εἰς αἰσχύνην ἔσονται καὶ ὄνειδος. Ἔσονται γὰρ εἰς ὅρασιν πάσῃ σαρκὶ, κατὰ τὴν τοῦ προφήτου φωνήν.

A Verbum erat apud Deum, et Deus erat Verbum. Hoc erat in principio apud Deum [33]. » Sin cui libeat vim hac significationem dictorum etiam ad solam Christi personam referre, plane dicimus, juxta divini Pauli vocem, habitasse in Christo omnem plenitudinem divinitatis corporaliter [34]. Erat quippe ipse Deus, et non in duos filios divisus, sed propriam carnem veluti habente Verbo, in qua et habitasse dicitur. Igitur etiam in hoc intelligitur Deus, tanquam in humano corpore anima, tamen unus est Filius Deus. Sciendum vero nos dicere Domini carnem animari, anima intelligentiæ participe. Confitentur igitur: Et in te Deus est, et non est Deus præter te. Tu enim es Deus, et non novimus, Deus Israel servator. Hæc est
B pœnitentiam agentium vox, et jam ab errore et tenebris ad lucem revertentium, et ad agnitionem veritatis transeuntium, et natura atque vere Deum, et universorum fabricatorem et Dominum agnoscentium. Servatorem Israelis nominant illum qui humanitatem sumpsit et carnem: illum eumdem credentes esse, qui erat quondam Israelitarum adminiculator. Vel Israelem intelliges, non solum carnalem, sed etiam si quis alius Deum potest videre. Interpretatur enim Israel, *mens videns Deum*. Videt autem Deum mentis oculis, qui Dei ac Patris characterem, nimirum Filium aspicit. Cui, inquit, qui restiterunt, pudefient, et in pudore ambulabunt. Nam qui fidem in ipsum non recepe-
C runt, sed cum Deo quodammodo pugnarunt, scilicet Judæi, omnes erunt prostrati et devicti ab immota manu: qui ejus quidem majestatem nulla prorsus injuria afficiunt, suis autem capitibus exitium creant, et dedecus ignominiamque contrahunt. Erunt enim, juxta vocem prophetæ, spectaculo omni carni.

Ἐγκαινίζεσθε πρός με, νῆσοι. Ἰσραὴλ σώζεται ὑπὸ Κυρίου σωτηρίαν αἰώνιον. Οὐκ αἰσχυνθήσονται, οὐδὲ μὴ ἐντραπῶσιν ἕως τοῦ αἰῶνος, λέγει Κύριος παντοκράτωρ.

Ἀνευρύνει πάλιν τὴν προαγόρευσιν τῆς τῶν ἐθνῶν κλήσεως καὶ ἐπιστροφῆς· καὶ οὐ μέχρι μόνον ἵστησι τῶν Αἰγυπτίων τῆς τε Αἰθιοπίας τῶν ἐμπορίων, καὶ αὐτῶν δὲ τῶν Σαβαεὶμ· ἀλλὰ γὰρ ὅτι κεκλήσονται καὶ οἱ κατὰ πᾶσαν ὄντες τὴν γῆν, καὶ ἁγίων Ἐκκλησιῶν ἀνάδειξις ἔσται πανταχοῦ, διαμεμήνυκεν ἐν τούτοις. Προσεφώνει γὰρ ὥσπερ ταῖς Ἐκκλησίαις ὁ πανσθενὴς τοῦ Θεοῦ λόγος τὸ ἐγκαινίζεσθαι πρὸς αὐτὸν, ἃς δὴ καὶ νήσους κατονομάζειν ἀξιοῖ. Ὥσπερ γὰρ αἱ κατὰ τήνδε τὴν θάλασσαν νῆσοι βάλλονται μὲν ἀεὶ ταῖς τῶν κυμάτων ὁρμαῖς, πλὴν ἀκλόνητοι διαμένουσιν, εἰσδέχονται δὲ καὶ κινδυνευούσας ἔσθ' ὅτε τὰς ναῦς, καὶ σώζουσιν ἐκ κυμάτων, κόλπον αὐταῖς προ-

VERS. 17. *Innovamini ad me, insulæ. Israel servatur a Domino salute æterna. Non confundentur,* **616** *neque erubescent usque in sæculum, dicit Dominus*
D *omnipotens.*

Rursus explicat et dilatat prædictionem vocationis gentium, et conversionis, et non in solis Ægyptiis, aut emporiis Æthiopiæ, aut ipsis illis Sabaim constituit, sed vocandos esse omnes ubique terrarum, et sanctarum Ecclesiarum patefactionem passim futuram, his verbis significavit. Compellat enim veluti Ecclesias omnipotens Dei sermo, ut ad ipsum innoventur: quas etiam insulas dignatur nominare. Quemadmodum enim insulæ juxta mare, jactantur quidem semper fluctuum motibus, verum ipsæ manent inconcussæ, et naves quandoque periclitantes recipiunt, et sinum illis fluctibus vacuum porrigentes, servant a fluctibus: sic Ecclesiæ Christi jacent

[33] Joan. I, 1, 2. [34] Coloss. II, 9.

quidem tanquam in mediis vitæ turbis, et solitudine, et innumeris agitantur tentationibus; verum in Christo domicilium habent immotum: et eos qui mundanarum rerum inutilem inanemque turbationem ac tumultuationem fugiunt, et velut tempestatibus acti sunt a Satana et peccato, in domum admittunt. Eas igitur comparare oportet insulis. Hoc enim sibi vult hic divinus sermo. Innovamini igitur ad me, inquit, insulæ. Jam vero nomen Ecclesiæ multitudinem credentium in Christum declarat, ministros, et populos, pastores, et doctores, et subditos. Illi nimirum omnes in Christo innovabantur, suo tempore, scilicet quo nobis illuxit Deus Dominus. Tunc enim, tunc renovabamur etiam ad vitæ, ac morum institutorumque novitatem, et in cultu etiam. Abjecimus enim peccatum inveteratum, et in Christo facti sumus nova creatura, ipsius legibus ac pædagogia instituti ac ducti ad nobilem et amabilem vitæ conversationem. Siquidem Paulus sapientissimus vocatis per fidem scribit, et inquit interdum quidem: « Exuite veterem hominem cum perturbationibus et cupiditatibus suis, et induite novum, renovatum ad imaginem ejus qui condidit eum [37]. » Interdum vero rursus: « Ne conformes sitis sæculo huic, sed reformemini renovatione mentis vestræ, ut probetis vos, quæ sit voluntas Dei bona et accepta et perfecta [38]. » Et crucifigi simul dicit, veterem nostrum hominem, ut novum induamus, **617** per conversationem et vitam in Christo. Innovamur ergo, et cultus ratione: alii, qui Judaicos ritus sectantur, umbris relictis et figuris. Non enim utentur posthac boum victimis et thure, sed spiritualiter et non materialiter, suffimentis odoratissimis; alii e gentium multitudine capti et irretiti, ad meliora transmigrabunt, et ad ea quæ incomparabiliter excellunt atque eminent. Non enim jam veterem mentis habebunt caliginem, sed, divina et intelligibili luce intromissa, et sancti et veri cultores erunt. Desistent enim adorare creaturam et mutam sensusque expertem materiam, et vaticiniis ac præstigiis supersedebunt, et scurrilitatis Græcanicæ errorisque dæmoniorum absurditatem circumcident et amputabunt, atque, ut semel dicam, fœdioribus omissis, et ab exsecrandis recedentes studiis, omni erunt virtute ornati et dogmatum veritatis periti. Innovatio igitur hæc est quoad nos. Nova enim creatura est in Christo. Promittit siquidem universorum Deus, se omnes, inquam, illos qui secundum carnem sunt, et in filiis Abraham ex promissione numerantur (« non enim omnes ex Israel, hi Israel sunt, sed filii promissionis, hi reputantur in filiis [38*] »), servaturum salute æterna, ut cum dedecore, tum ignominia careant, idque perpetuo. Exuto enim in Christo profano peccato, et diabolicæ tyrannidis jugo soluto, et una cum illis abjecta corruptione, at induta incorruptione in his erimus jugiter. Non etenim nobis peccatum insultabit amplius, neque

A τείνουσαι τὸν ἀκύμονα· οὕτως αἱ Ἐκκλησίαι Χριστοῦ, κεῖνται μὲν ὥσπερ ἐν μεσαιτάτῳ τοῦ βίου τύρβης τε καὶ ἀμιξίας, καὶ ἀναριθμήτων μὲν ἀνέχονται πειρασμῶν, πλὴν ἔχουσιν ἐν Χριστῷ τὸ ἀκράδαντον, εἰσοικίζονται δὲ τοὺς φεύγοντας τῶν ἐν τῷδε τῷ κόσμῳ πραγμάτων ἀνωφελῆ καὶ διάκενον ταραχὴν, καὶ οἷον καταχειμαζομένους ὑπό τε τοῦ Σατανᾶ καὶ τῆς ἁμαρτίας. Νήσοις δὴ οὖν παρεικαστέον αὐτάς. Τοῦτο γὰρ ἐν τούτοις ὁ θεῖος βούλεται λόγος. Ἐγκαινίζεσθε δὴ οὖν πρός με, φησὶν, ὦ νῆσοι. Τό γε μὴν τῆς Ἐκκλησίας ὄνομα τὴν τῶν εἰς Χριστὸν πιστευσάντων ὑφαίνει πληθὺν, ἱερουργούς τε καὶ λαοὺς, ποιμένας, καὶ διδασκάλους, καὶ τοὺς ὑπὸ χεῖρα κατεζευγμένους, ἀλλ' οὗτοι πάντες ἀνεκαινίσθησαν ἐν Χριστῷ, κατὰ καιροὺς δηλονότι καθ' οὓς ἐπέλαμψεν ἡμῖν Θεὸς ὢν Κύριος. Τότε γὰρ, τότε καὶ ἀνεκαινίσθημεν εἰς καινότητα ζωῆς, ἠθῶν τε καὶ τρόπων, καὶ προσέτι λατρείας. Ἀποβεβλήκαμεν γὰρ B τὴν ἐκ τῆς ἁμαρτίας παλαίωσιν, γεγόναμεν δὲ καινὴ κτίσις ἐν Χριστῷ τοῖς αὐτοῦ νόμοις παιδαγωγούμενοι, πρὸς εὐκλεᾶ καὶ ἀξιέραστον πολιτείαν. Καὶ γοῦν ὁ πάνσοφος Παῦλος τοῖς κεκλημένοις διὰ πίστεως ἐπιστέλλει καί φησι, ποτὲ μὲν, ὅτι « Ἐκδύσασθε τὸν παλαιὸν ἄνθρωπον, σὺν τοῖς παθήμασι καὶ ταῖς ἐπιθυμίαις αὐτοῦ, καὶ ἐνδύσασθε τὸν νέον, τὸν ἀνακαινούμενον κατ' εἰκόνα τοῦ κτίσαντος αὐτόν· » ποτὲ δὲ πάλιν, « Μὴ συσχηματίζεσθε τῷ αἰῶνι τούτῳ, ἀλλ' ἀναμορφοῦσθε τῇ ἀνακαινώσει τοῦ νοὸς ὑμῶν εἰς τὸ δοκιμάζειν ὑμᾶς, τί τὸ θέλημα τοῦ Θεοῦ τὸ ἀγαθὸν, καὶ εὐάρεστον, καὶ τέλειον. » Συνεσταυρῶσθαι δέ φησι C καὶ τὸν παλαιὸν ἡμῶν ἄνθρωπον, ἵνα ἐνδυσώμεθα τὸν νέον διὰ τῆς ἐν Χριστῷ πολιτείας καὶ ζωῆς. Ἀνακαινιζόμεθα δὲ κατά γε τὸν τῆς λατρείας τρόπον, οἱ μὲν ἐκ τῶν Ἰουδαϊκῶν ὄντες ταγμάτων, σκιὰς ἀφέντες καὶ τύπους. Κεχρήσονται γὰρ βουθυσίαις μὲν καὶ λιβανωτοῖς οὐκέτι, πνευματικὴν δὲ, καὶ ἄϋλον, καὶ καθάπερ ἐν τάξει τῶν εὐοσμοτάτων θυμιαμάτων· οἱ δὲ ἐκ τῆς τῶν ἐθνῶν πληθύος σεσαγηνευμένοι μετοικισθήσονται πρὸς τὰ ἀμείνω, καὶ ἀσυγκρίτως ὑπερκείμενα. Οὐ γὰρ ἔτι τὸν ἀρχαῖον εἰς νοῦν ἕξουσι σκότον, ἀλλὰ τὸ θεῖόν τε καὶ νοητὸν εἰσοικισάμενοι φῶς, ὅσιοί τε καὶ ἀληθεῖς ἔσονται προσκυνηταί. Ἀποπεπαύσονται γὰρ τοῦ προσκυνεῖν τῇ κτίσει κωφαῖς τε καὶ ἀναισθήτοις ὕλαις· ἀφέξονται δὲ μαντειῶν τε καὶ γοητειῶν, καὶ καθαρίσουσι τὸ D ἀπηχὲς βωμολοχίας Ἑλληνικῆς καὶ ἀπάτης δαιμονίων, καὶ ἀπαξαπλῶς τὰ αἴσχιω μεθέντες, καὶ βδελυρῶν σπουδασμάτων ἀπονοστήσαντες, ἔσονται ἀρετῆς ἁπάσης ἐν καλῷ, καὶ τῶν τῆς ἀληθείας δογμάτων ἐπιστήμονες. Ἐγκαινισμὸς οὖν ἄρα τὰ καθ' ἡμᾶς. Καινὴ γὰρ κτίσις τὰ ἐν Χριστῷ. Ἐπαγγέλλεταί γε μὴν ὁ τῶν ὅλων Θεὸς ἅπαντα τὸν κατὰ σάρκα, φημὶ, καὶ τὸν ἐν τέκνοις Ἀβραὰμ ἐξ ἐπαγγελίας, κατατεταγμένον (« Οὐ γὰρ πάντες οἱ ἐξ Ἰσραὴλ, οὗτοι Ἰσραὴλ, ἀλλὰ τὰ τέκνα τῆς ἐπαγγελίας, ταῦτα λογίζεται εἰς τέκνα »), σώζειν σωτηρίαν αἰώνιον, αἰσχύνης τε καὶ ἐντροπῆς ἔσεσθαι πορρωτέρω, καὶ ταῦτα διηνε-

[37] Ephes. IV, 22. [38] Rom. XII, 2. [38*] Rom. IX, 6-8.

κῶς. Ἀποδυσάμενοι γὰρ ἐν Χριστῷ τὴν βέβηλον ἁμαρτίαν καὶ τῆς τοῦ διαβόλου πλεονεξίας ἀπολυσάμενοι τὸν ζυγὸν, συναποβάλλοντες δὲ τούτοις τὴν φθορὰν, ἐνδυσάμενοί τε τὴν ἀφθαρσίαν, ἐν τούτοις ἐσόμεθα διὰ παντός. Οὐκέτι γὰρ ἡμῶν ἁμαρτία κατορχήσεται· ἀλλ' οὐδὲ πλεονεξίαις ταῖς πρώταις ὑποθήσει πάλιν ὁ Σατανᾶς· οἰχήσεται δὲ εἰσάπαν καὶ τὸ τοῦ θανάτου κράτος κατὰ τὸν αἰῶνα τὸν μέλλοντα πεπατημένον ἐν Χριστῷ, δι' οὗ καὶ μεθ' οὗ τῷ Πατρὶ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος σὺν ἁγίῳ Πνεύματι εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

A priori nos tyrannidi subjiciet denuo Satanas : sed et mortis imperium, prorsus in æternum intercidet atque peribit, calcatum in Christo, per quem et quocum sit gloria et imperium Deo ac Patri cum sancto Spiritu, in æterna sæcula. Amen.

ΛΟΓΟΣ Γ'.

Οὕτω λέγει Κύριος ὁ ποιήσας τὸν οὐρανὸν, οὗτος ὁ καταδείξας τὴν γῆν, καὶ ποιήσας αὐτὴν, οὗτος διώρισεν αὐτήν. Οὐκ εἰς κενὸν ἐποίησεν αὐτὴν, ἀλλὰ κατοικεῖσθαι. Ἐγώ εἰμι Κύριος, καὶ οὐκ ἔστιν ἔτι. Οὐκ ἐν κρυφῇ λελάληκα, οὐδὲ ἐν B *τόπῳ γῆς σκοτεινῷ. Οὐκ εἶπα τῷ σπέρματι Ἰακὼβ, Μάταιον ζητήσατε. Ἐγώ εἰμι Κύριος λαλῶν δικαιοσύνην, καὶ ἀναγγέλλων ἀλήθειαν.*

Προαναχηρύξας τὴν ἄφιξιν τοῦ πάντων ἡμῶν Σωτῆρος Χριστοῦ, καὶ τὸν τῆς σωτηρίας κατασημάνας καιρὸν, καθ' ὃν ἅπαντες τὸν τῆς ἀρχαίας ἀμαθίας ἀφέντες σκότον, πρὸς τὸ τῆς ἀληθοῦς θεογνωσίας μεταχωρήσουσι φῶς, ἀναγκαίαν ἐν τούτοις ποιεῖται τὴν παραίνεσιν Ἰουδαίοις τε καὶ Ἕλλησι προστιθεὶς ἐναργῆ τὰ δι' ὧν εἴσονται καὶ μάλα σαφῶς, ὅτι τε αὐτὸς εἴη Θεὸς τῶν ὅλων καὶ δημιουργὸς, ἕτερος δὲ παρ' αὐτὸν οὐδείς. Ταύτῃ τοι φησίν· Οὕτω λέγει Κύριος, καὶ οὐχ ἁπλῶς Κύριος, πλεῖστοί τε γάρ εἰσιν ἔν τε οὐρανῷ καὶ ἐπὶ τῆς γῆς, ὡς ἐν καταχρήσει λαχόντες τοὔνομα· ἀλλ' ἐκεῖνος αὐτὸς ὁ φύσει τε καὶ C ἀληθῶς τοῦτο ὑπάρχων ὅπερ εἶναι καὶ λέγεται, καὶ ὡς ἀπό γε τῶν κατωρθωμένων τὴν δόξαν ἔχων οὐ κατεψευσμένην. Οὗτος γάρ, φησὶ, Κύριος ὁ ποιήσας τὸν οὐρανόν· πάμμεγα πρὸς ἀπόδειξιν εὐκλείας τῆς ἀνωτάτω, καὶ ὑπεροχῆς πανσθενοῦς, τὸ ποιῆσαι τὸν οὐρανὸν καὶ καταδεῖξαι τὴν γῆν, ἱδρῦσαί τε αὐτήν. Αὐτὸς γὰρ διώρισεν αὐτὴν, τοῦτ' ἔστι, κεκρυμμένην ἐν ἀβύσσοις ἀόρατόν τε καὶ ἀκατάσκευον οὖσαν πάλαι ἀπέφηνεν ὁρατὴν, καὶ εἰργασμένην. Διώρισε γὰρ αὐτήν· ἔφη γὰρ κατά γε τὴν πίστιν τῶν Μωσέως βιβλίων· « Συναχθήτω τὸ ὕδωρ εἰς συναγωγὴν μίαν, καὶ ὀφθήτω ἡ ξηρά. » Ὤφθη δὴ οὖν ἐξ ὑδάτων, καὶ ὑποβρυχίαν οὖσαν ἀεργῆ τε εἰσάπαν διέστησεν ἀνὰ μέρος, κλεῖθρα καὶ πύλας ταῖς ἀβύσσοις ἐπιθεὶς, καὶ D ἀποκρίνας εὖ μάλα τῶν ὑδάτων αὐτήν. Ὅτι δὲ παρήγαγε χρησίμως εἰς τοῦτό τε καὶ ἀναγκαίως, οὐχ ἵνα ὁρῷτο μόνον, ἀλλ' ἵνα ἔχῃ τοὺς οἰκήτορας, δῆλον δὲ ὅτι τοὺς ἐξ αὐτῆς πεπλασμένους, καθάπερ ἀμέλει καὶ οὐρανὸν τοὺς ἁγίους ἀγγέλους προδιεσάφησεν εἰπών· Οὐκ εἰς κενὸν ἐποίησεν αὐτὴν, ἀλλὰ κατοικεῖσθαι. Ὄχημα δὴ οὖν καὶ ὥς τις οἶκος ἀνεδείχθη τοῖς πατοῦσιν αὐτὴν, τοῦτ' ἔστιν, ἡμῖν. Εἰ δὲ παρήχθημεν παρ' αὐτοῦ πρὸς ὕπαρξιν, πῶς οὐκ ἀληθὲς εἰπεῖν ὅτι πάντως που καὶ διὰ τοῦτο γεγόναμεν, ἵνα προσκυνῶμεν αὐτῷ τε καὶ μόνῳ, καὶ γενεσιουργὸν ὄντα τῶν ὅλων ἐπιγινώσκοντες χαριστηρίους ᾠδὰς ἀναφέρωμεν; Ἐγὼ τοίνυν εἰμὶ, καὶ οὐκ ἔστιν ἔτι. Εἰ γὰρ

ORATIO III.

VERS. 18, 19. *Sic dicit Dominus qui fecit cœlum, hic Deus qui ostendit terram, et fecit eam, hic distinxit eam. Non frustra fecit eam, sed ut habitaretur. Ego sum Dominus, et* **618** *non est alius. Non in occulto locutus sum, neque in loco terræ tenebrosæ. Non dixi semini Jacob, Vanum quærite. Ego sum Dominus loquens justitiam, et annuntians veritatem.*

Cum Servatoris omnium nostrum Christi adventum prædixerit, et salutis tempus quo, pristinæ ignorantiæ caligine relicta, ad veræ Dei cognitionis lucem omnes pervenient, significarit, necessariam hic attexit adhortationem, declarans et ob oculos proponens cum Judæis, tum Græcis, unde sciant apertissime ipsum esse Deum et universorum opificem, et præterea neminem. Hinc ait : Sic dicit Dominus : et non simpliciter Dominus; complures enim et in cœlo et in terra, per abusionem hoc sortiti nominis : sed ille ipse qui natura et vere exsistit id quod esse dicitur, et a præclaris factis habet hanc non fucatam aut ementitam gloriam. Ille enim, inquit, Dominus est qui fecit cœlum. Plurimum facit ad demonstrationem nobilitatis summæ, et eminentiæ omnipotentis, cœlum facere, et terram ostendere, eamque stabilire. Ipse enim distinxit eam, id est, absconditam in abysso, et inaspectabilem et incompositam quondam, spectabilem fecit et compositam. Distinxit enim eam ; dixit enim secundum fidem Mosaicorum librorum : « Congregetur aqua in congregationem unam, et appareat arida[38]. » Apparuit itaque ex aquis, et submersam omninoque illaboratam et incultam seorsim discrevit, claustra et ostia abyssis obdidit eamque optime ab aquis secrevit. Quod autem ad hunc finem utiliter et necessario perduxerit, non ut conspiciatur solum, sed ut incolas habeat, nimirum ex ipsa formatos, sicuti videlicet et cœlum habet sanctos angelos, declaravit supra cum dixit : Non frustra fecit eam, sed ut inhabitetur. Vehiculum igitur et velut domicilium quoddam, eam calcantibus, id est, nobis, proposita est. Quod si ab eo producti sumus et editi, quidni verum sit, si dicamus omnino nos ideo factos esse, ut adoremus illum et solum, agnoscamusque esse creatorem universorum, gratiasque et laudes referamus ? Ego igitur sum, et non est præterea alius. Si etenim ille sit qui fecit cœlum et terram ostendit, nec eam frustra fecit, sed ad inhabitandum ;

[38] Gen. I, 9.

quisnam alius præter **619** ipsum Deus existere intelligatur? aut quis illum potentia et gloria exæquabit? aut quis omnino prope accedet? Et quidni omnis mortalium natura ab hac tam magna et superante omnia gloria, fortitudine, et sapientia vincatur? Nemo est alius. Solus est igitur, et præter ipsum omnino nullus potest natura et vere Deus intelligi. Verumtamen dixerit profecto quispiam aliquando: Quis cognovit scopum et propositum ipsius? aut quis potest dicere utrum aliquando etiam alios quospiam gloria et vocatione Dei velit coronari, an seipsum solum? Defendit itaque, et inquit: Non in occulto locutus sum, nec in loco terræ tenebroso: non dixi semini Jacob, Vanum quærite. Leges, inquit, constitui hisce de rebus, non in abscondito illis loquens, nec id quærens ut laterem, sed perspicue et manifeste. Descendit enim Dominus super montem Sina, specie ignis; illic caligo erat, et procella et fumi, et sonorus clangor tubarum. Circumstetit enim omnis populus, sequestre Mose, et a Deo leges ferebantur, nec præcepit Israeli ut quæreret quidpiam vanum, id est, idolum, vel falso nominatum cultum: sed e contrario præcepta vetuerunt. Nam dictum est ei: « Dominum Deum tuum adorabis, et ei soli servies: et non erunt tibi dii alii præter me. Et non facies tibi ipsi simulacrum, neque similitudinem ullius rei, quæcunque est in cœlo supra, et quæcunque in terra deorsum, et quæcunque in aquis sub terra [40]. » Itaque dictum est ei: Ego sum Dominus. Simile est ei quod non semel, at sæpe dicit: Sum Deus solus, et universorum Dominus, loquens justitiam, et annuntians veritatem. Justitiam, ut ego puto, legem dicit: est enim justitiæ dispensatrix lex; veritatem autem, Christi disciplinam et instituta. Inest enim legi forma veritatis, et occultatur in umbris Christi mysterium. De ipso enim scripsit Moyses. Itaque in eo quod loquatur justitiam, annuntiatur una cum ea etiam veritatis quidam vigor: siquidem verum est umbram fuisse legem, et in ea fuisse formam et speciem veritatis.

ἐστιν αὐτὸς ὁ ποιήσας τὸν οὐρανὸν, καὶ τὴν γῆν καταδείξας, καὶ μὴ εἰς κενὸν ποιήσας αὐτὴν, ἀλλὰ κατοικεῖσθαι· τίς ἂν ἕτερος νοοῖτο παρ' αὐτὸν ὑπάρχων Θεός; ἢ τίς κατ' ἰσχὺν καὶ δόξαν ἰσοστατήσειεν αὐτῷ; ἢ τίς ὅλως ἐγγὺς καὶ παρὰ βραχύ; πῶς δὲ οὐχ ἅπασα ἡττᾶται τῶν γενητῶν ἡ φύσις, τῆς οὕτω μεγάλης καὶ ὑπεραιρούσης τὰ πάντα, δόξης, ἀλκῆς καὶ σοφίας; Οὐκ ἔστιν οὐδείς. Μόνος οὖν ἄρα, καὶ ἕτερος ἐπ' αὐτῷ παντελῶς οὐδεὶς νοοῖτ' ἂν εἶναι Θεὸς φύσει τε καὶ ἀληθῶς. Ἀλλὰ ναὶ φαίη τις ἂν ἔσθ' ὅτε· Τίς ἔγνω τὸν ἐν αὐτῷ σκοπόν; ἢ τίς ὁ φράσαι δυνάμενος, πότερόν ποτε καὶ ἑτέρους τινὰς τῆς τοῦ Θεοῦ δόξης καὶ κλήσει στεφανοῦσθαι βούλεται, ἤγουν ἑαυτόν τε καὶ μόνον; Ἀπολογεῖται δὴ οὖν καί φησιν· Οὐκ ἐν κρυφῇ λελάληκα, οὐδὲ ἐν τόπῳ γῆς σκοτεινῷ· οὐκ εἶπα τῷ σπέρματι Ἰακὼβ, Μάταια ζητήσατε. Νόμους, φησὶ, διέταξα περὶ τούτων αὐτοῖς οὐκ ἐν παραβύστῳ λαλῶν, οὐδὲ λαθεῖν σπουδάσας, ἀλλ' ἐναργῶς, καὶ ἀναφανδόν. Κατέβη γὰρ Κύριος ἐπὶ τὸ ὄρος τὸ Σινᾶ ἐν εἴδει πυρός· ἐκεῖ γνόφος ἦν, καὶ θύελλα καὶ καπνοὶ, καὶ σαλπίγγων ἠχὴ διαπρύσιος. Παρειστήκει γὰρ πᾶς ὁ λαὸς μεσιτεύοντος τοῦ Μωσέως, ἐξηγγέλλοντο δὲ παρὰ Θεοῦ νόμοι, οὐ παρεγγυῶντος τῷ Ἰσραὴλ ζητῆσαί τι μάταιον, τοῦτ' ἔστιν, εἴδωλον, ἤγουν ψευδώνυμον σέβας, ἀλλ' ἐκ γε τῶν ἐναντίων ἀπείργουσαι ἐντολαί. Εἴρηται γὰρ πρὸς αὐτόν· « Κύριον τὸν Θεόν σου προσκυνήσεις, καὶ αὐτῷ μόνῳ λατρεύσεις, καὶ οὐκ ἔσονταί σοι θεοὶ ἕτεροι πλὴν ἐμοῦ. Καὶ οὐ ποιήσεις σεαυτῷ εἴδωλον, οὐδὲ παντὸς ὁμοίωμα, ὅσα ἐν τῷ οὐρανῷ ἄνω, καὶ ὅσα ἐν τῇ γῇ κάτω, καὶ ὅσα ἐν τοῖς ὕδασιν ὑποκάτω τῆς γῆς. » Οὐκοῦν εἴρηται πρὸς αὐτόν· τὸ δὲ, Ἐγώ εἰμι Κύριος, ὅμοιον ὡς εἰ λέγοι, καὶ οὐχ ἅπαξ, πλειστάκις, τὸ ὅτι δὴ Μόνος εἰμὶ Θεὸς, καὶ τῶν ὅλων Κύριος, λαλῶν δικαιοσύνην καὶ ἀναγγέλλων ἀλήθειαν· καὶ δικαιοσύνην μὲν, ὥς γε οἶμαι, φησὶ τὸν νόμον· ἔστι γὰρ δικαιοσύνης βραβευτὴς ὁ νόμος· ἀλήθειαν δὲ τὰ Χριστοῦ παιδεύματα. Ἔνεστι δὲ τῷ νόμῳ τῆς ἀληθείας ἡ μόρφωσις, καὶ ἐγκέκρυπται ταῖς σκιαῖς τὸ Χριστοῦ μυστήριον. Περὶ αὐτοῦ γὰρ γέγραφεν ὁ Μωσῆς. Οὐκοῦν ἐν τῷ λαλῆσαι τὴν δικαιοσύνην, ἀναγγέλλεται σὺν αὐτῇ καὶ τῆς ἀληθείας ἡ δύναμις, εἴπερ ἀληθές ἐστιν ὅτι σκιὰ μὲν ὁ νόμος ἦν, νῦν δὲ αὐτῷ τῆς ἀληθείας ἡ μόρφωσις.

VERS. 20. *Congregamini et venite, consulite simul, qui servamini ex gentibus. Non cognoverunt qui tollunt lignum sculpturam suam, et qui orant velut deos qui non servant.*

620 Abduxit ab intima Dei conjunctione et consortio terræ incolas draco defector, et submotos a vera Dei notitia dissipavit ac conjecit in seductionem et errorem multorum deorum, et in vitia præcipitans, perversitatis suæ linum ipsis inexplicabile et inextricabile reddidit. Verum apparuit Emmanuel, impeditos educens viriliter ac fortiter, carnisque mortem nostra causa subivit, ut, quemadmodum ait evangelista, filios Dei dispersos in unum congregaret. Nam quos dissipavit tanquam sævus et fe-

Συνάχθητε, καὶ ἥκετε, βουλεύσασθε ἅμα, οἱ σωζόμενοι ἀπὸ τῶν ἐθνῶν. Οὐκ ἔγνωσαν οἱ αἴροντες τὸ ξύλον τὸ γλύμμα αὐτῶν, καὶ προσευχόμενοι ὡς θεοὺς, οἳ οὐ σώζουσιν.

Ἀπεδουχάλησε μὲν τῆς πρὸς Θεὸν οἰκειότητος σχετικῆς τοὺς ὄντας ἐπὶ τῆς γῆς ὁ δράκων ὁ ἀποστάτης, καὶ τῆς ἀληθοῦς θεογνωσίας ἀποσκευάσας κατεσκέδασεν εἰς ἀπάτην, καὶ πολύθεον πλάνησιν, καὶ τοῖς τῆς φαυλότητος τρόποις ἐγκαθιεὶς, δυσδιάφυκτόν τε καὶ ἀνεξίτητον ἀπέφηνεν αὐτοῖς τῆς ἑαυτοῦ δυστροπίας τὸ λῖνον. Ἀλλ' ἐπέφανεν ὁ Ἐμμανουὴλ ὁ ἐξάγων τοὺς πεπεδημένους ἐν ἀνδρείᾳ, ὑπέμεινέ τε δι' ἡμᾶς τὸν κατὰ σάρκα θάνατον, ἵνα, ὡς ὁ εὐαγγελιστής φησι, τὰ τέκνα τοῦ Θεοῦ τὰ δι-

[40] Deut. v, 8; vi, 13.

A ἐσκορπισμένα συναγάγῃ εἰς ἕν. Ἃ γὰρ διεσκόρπισεν ὡς ὠμὸς καὶ ἄγριος λύκος ἐπιπηδήσας ὁ Σατανᾶς, ταῦτα συνεκόμισεν ὁ Χριστὸς ὁ ποιμὴν ὁ καλὸς, ὁ τὴν ψυχὴν ἑαυτοῦ θεὶς ὑπὲρ τῶν προβάτων. Οὐκοῦν αὐτὸ δὴ τοῦτο κατασημαίνει, λέγων· Συνάχθητε, τοῦτ' ἔστι, συνδέθητε πίστει μιᾷ, καὶ ὁμοψυχίᾳ. Συνάχθητε τῷ πάντων κρατοῦντι Θεῷ δι' ἁγιασμοῦ καὶ δικαιοσύνης· ἥκετε πλησίον, οἱ μακρὰν ὄντες ἔτι καὶ ἀπεσχοινισμένοι διὰ τὴν ἁμαρτίαν, καὶ τὸ εἰς αἰσχροτάτην καὶ βδελυρωτάτην κατακομισθῆναι διάθεσιν τοῦ νοῦ. Ἀφεστάναι δέ φαμεν τοῦ Θεοῦ τοὺς πεπλανημένους, οἳ καὶ ἐγγὺς ἔσονται διὰ πίστεως τῆς εἰς Χριστόν. Προσπεφώνηκε γοῦν τοῖς εἰς τοῦτο δραμοῦσι ὁ πάνσοφος Παῦλος· « Νυνὶ δὲ οἵ ποτε ὄντες μακρὰν ἐγενήθητε ἐγγὺς ἐν τῷ αἵματι τοῦ Χριστοῦ. » Καὶ πάλιν περὶ αὐτοῦ, ὅτι « Ἐλθὼν εὐ- B ηγγελίσατο εἰρήνην ἡμῖν τοῖς μακρὰν, καὶ τοῖς ἐγγύς. » Ταύτητοι διὰ προφητῶν ἁγίων τοῖς ἔτι μακρὰν ἐλέγετο· « Ἐγγίσατε τῷ Θεῷ, καὶ ἐγγιεῖ ὑμῖν. » Ἥκετε δὴ οὖν, φησὶ, καὶ βουλεύσασθε ἅμα, οἱ σωζόμενοι ἀπὸ τῶν ἐθνῶν. Τὸ δὲ, Βουλεύσασθε, φησὶν, ἀντὶ τοῦ, Πραττέσθωσαν παρ' ὑμῶν τὰ τῆς εἰς Θεὸν ἐπιστροφῆς, μὴ ἀβούλως, ἢ ἀκατασκέπτως, ἀλλ' ἐν φρονήσει τεθαυμασμένῃ. Διὰ γὰρ τῆς πίστεως προελάσαι σύνεσιν, εἴπερ οὐκ ἔστιν ἐνδοιαστὸν ὅτι τῆς ἐν τῷ πεπλανῆσθαι δυσβουλίας κατεγνωκότες, καὶ τῆς ἀρχαίας ἀπάτης ἀποστρεφόμενοι τὴν ζημίαν, ἄπιμεν δρομαῖοι πρὸς Θεὸν, τὸ τῆς ἀληθοῦς θεογνωσίας δεχόμενοι φῶς, καὶ τοῖς ἀμείνοσιν ἀσυγκρίτως τὴν ἐξ ὀρθῆς διανοίας ψῆφον ἐπάγοντες. Βουλεύσασθε C δὴ οὖν, τοῦτ' ἔστιν, φρονήσατε, οἱ ἀπὸ τῶν ἐθνῶν σωζόμενοι. Ὡς γὰρ ἀφροσύνης ὄντας μεστοὺς ἀποφοιτᾷν ἐπιτάττει πρὸς ἔμφρονα νοῦν, ἀξιάγαστόν τε καὶ ἀνεπίπληκτον σύνεσιν, δι' ἧς ἂν γένοιτο κατιδεῖν τὴν τοῦ πάντων κρατοῦντος Θεοῦ δύναμίν τε καὶ δόξαν. Ἀλλ' οὐκ ἔγνωσαν τοῦτο, φησὶ, τοῦτ' ἔστιν, ἀνούστατοι παντελῶς νοηθεῖεν ἂν ὄντες, καὶ ἀσυνεσίας ἔμπλεῳ τῆς ἐσχάτης. Οἱ αἴροντες τὸ ξύλον γλύμμα αὐτῶν. Τὸ δὲ αἴροντες ἐν τούτοις, ἀντὶ τοῦ ὑψοῦντες νοήσεις, ὥστε καὶ τὴν τῷ Θεῷ πρέπουσαν δόξαν ἀνάπτειν αὐτῷ, καὶ τούτῳ ξύλῳ καὶ παρ' αὐτῶν ἐγγεγλυμμένῳ. Εἶτα προσευχόμενοι ὡς πρὸς θεοὺς, οἳ οὐ σώζουσιν. Ἀμαθεῖς οὖν ἄρα, καὶ οὐ μακρὰν τῶν προσκυνουμένων τό γε ἧκον εἰς ἀναισθησίαν, οἱ ταῖς ἑαυτῶν προσκυνοῦντες τέχναις, καὶ ἐξ ὕλης ἀναισθήτου ζητοῦντες ἐπικουρίαν, καὶ τὴν D τοῦ Θεοῦ κλῆσιν προσνέμοντες τοῖς διὰ σφῶν αὐτῶν τεχνοποιουμένοις καὶ τεχνουργημένοις. Ἀκουέτωσαν τῆς τοῦ Ψάλλοντος λύρας ἐπιτωθαζούσης αὐτοῖς καὶ βοώσης· « Ὅμοιον αὐτοῖς γένοιντο οἱ ποιοῦντες αὐτὰ, καὶ πάντες οἱ πεποιθότες ἐπ' αὐτοῖς. »

Εἰ ἀναγγελοῦσιν, ἐγγισάτωσαν, ἵνα γνῶσιν ἅμα, τίς ἀκουστὰ ταῦτα ἐποίησεν ἀπ' ἀρχῆς. Τότε ἀνηγγέλη ὑμῖν· Ἐγὼ ὁ Θεὸς, καὶ οὐκ ἔστιν ἄλλος πλὴν ἐμοῦ· δίκαιος καὶ σωτὴρ οὐκ ἔστι πάρεξ ἐμοῦ. Ἐπιστράφητε πρός με, καὶ σωθήσεσθε οἱ ἐπ' ἐσχάτου τῆς γῆς.

Παγίδας ἱστάντες δεινάς τε καὶ πολυτρόπους τοῖς

rus lupus insultans Satanas, hos Christus coegit, tanquam bonus pastor, qui animam suam pro ovibus posuit. Hoc itaque ipsum significat dicens: Congregamini, id est, una fide et animorum consensione colligamini. Congregamini Deo omnium dominatori, per sanctificationem et justitiam. Venite prope, qui longe adhuc estis, ab hoc funiculo ac sorte remoti propter peccatum. Quippe in fœdam et exsecratissimam mentis affectionem deductos, a Deo abscessisse dicimus eos qui erraverunt, qui etiam prope erunt per fidem in Christum. Siquidem Paulus sapientissimus currentes ad hoc affatus est: « Nunc autem qui quondam procul eratis, facti estis prope in sanguine Christi [41]. » Et rursus de eodem: « Venit ut evangelizaret pacem nobis, qui aberamus procul, et his qui prope aderant [42]. » Hinc per prophetas sanctos his qui jam procul aberant, dicebat: « Appropinquate Deo, et appropinquabit vobis [43]. » Venite igitur, inquit, et consulite simul, qui servamini ex gentibus. Consulite, dicit, pro, Quæ ad conversionem attinent, gerantur a vobis non inconsulto neque inconsiderate, sed miranda prudentia. Per fidem enim cognitio augescit: siquidem non est dubium, si erroris nos et stultitiæ condemnaverimus, et a pristina impostura convertamur, nos propere cursimque ire ad Deum, et veræ Dei cognitionis lucem accipere, et rebus melioribus citra comparationem recti judicii calculo subscribere. Consulite igitur, id est, sapite, qui ex gentibus servamini. Nam velut insipientiæ plenos ad mentem sapientem eos jubet redire, et admirabilem inculpatamque intelligentiam, qua perspicere omnium dominatoris Dei et potentiam et majestatem liceat. Sed hoc non **621** noverunt, inquit, id est, omnino amentes esse intelligi possunt, et extrema pleni inscitia. Qui tollunt lignum sculpturam suam. Qui tollunt, intelliges hoc loco, pro, Qui extollunt, ut ei gloriam Deo dignam attribuant, cum lignum sit, et ab ipsis sculptum. Deinde orant veluti deos, qui non servant. Ideoque sunt rudes, et parum abest quin similes illis sint qui adorantur, quantum ad stupiditatem, hi qui suum adorant artificium, et a materia quæ sensu caret, auxilium quærunt, et Dei appellationem rebus a seipsis fabrefactis attribuunt. Audiant ergo lyram Psallentis, subsannantem illos et clamantem: « Similes illis fiant qui faciunt ea, et omnes qui confidunt in eis [44]. »

Vers. 21, 22. *Si annuntiant, appropinquent, ut sciant simul, quis hæc auditui patefecerit ab initio. Tum annuntiatum est vobis: Ego Deus, et non est alius præter me: justus et servator non est præter me. Convertimini ad me, et salvi eritis, vos qui estis in extremo terræ.*

Laqueos ponentes terræ incolis, graves et multi-

[41] Ephes. II, 13. [42] ibid. 17. [43] Jac. IV, 8. [44] Psal. CXIII, 15.

plices, et foveas interitus fodientes scelerati dæmones, et divinitatis gloriam impie rapientes et deprædantes, suisque capitibus accommodantes, audacissimi, erroris sui machinamenta conflare et exstruere nitebantur. Nam semper ad certum tempus fingebant se futura scire, et posse illa discere volentibus annuntiare. Oracula itaque per regiones et urbes erant et falsa vaticinia ubique et ominationes, ac impostorum multitudo, ut scriptum est, ex suo corde loquentium, et, conjectores, et necromantici, et qui e terra edunt vocem, ac ventriloqui, quique e farinis vaticinantur, et ut semel dicam, orbis terrarum mendacium plenus erat et impostorum. Neque igitur ulla vera futurorum cognitione erant præditi, sed vanitate, nugamentis, errore et dolo, nec quidquam erat præterea aliud. Hinc dicit universorum Deus: Si annuntiabunt, appropinquent, ut sciant simul. Si enim possunt annuntiare, inquit, veniant, ut simul sciant, ut aliquid palam omnes in unum coacti annuntient. Erant enim, ut dixi, seorsim ac passim oracula. Aliique alio iverunt, **622** et mentientes impuros dæmonas adorarunt. Si vere, inquit, annuntiare possunt, simul et eodem in loco congregati omnes, sciant aliquid futurorum, quis auditui patefecerit illa ab initio. Quis est enim superstitiosorum, aut quis illorum vatum falsorum, vel eorum qui illis vaticiniis addicti erant, qui unquam novit vel annuntiavit, suo tempore effulsurum in mundo Christum, aut nubem erroris abituram, et falso nominatæ cognitionis tenebras dispellendas, et effulsurum terræ incolis, tanquam intelligibilem luciferum, tanquam splendorem et diem, tanquam solem justitiæ, Christum? Sed neque, inquit, hi qui futurorum cognitionem præ se tulerunt dæmones, hæc ab initio nuntiarunt: neque illorum vanitatis administri. Nullus enim Græcorum poetarum vel rhetorum has res tam illustres commemoravit. Quis igitur hæc auditui patefecit ab initio? Tunc etiam annuntiatum est vobis, id est, ab initio. Annuntiata sunt autem a nullo alio, sed a me potius, qui omnia novi, et antequam fierent, prænuntiavi. Locutus sum enim vobis illa, et per Moysen et per prophetas sanctos, qui meos ad vos tanquam legati deportarunt sermones. Itaque, inquit, ego sum Deus, et non est alius præter me. Sum autem justus et servator. Injusti enim sunt scelerati dæmones, et perniciosi, et sanguinolenti, detrudentes in exitium terræ incolas. Justus et servator est universorum Deus, subveniens oppressis, solvens vinculis direptos, et catenis peccatorum constrictos, illustrans obtenebratos, roborans debilitatum, excitans quod jacet, et convertens quod errat. Hinc dicit: Convertimini ad me, et servabimini ab extremo terræ. Quibus ex verbis optime perspicere licet gratiæ per Christum magnitudinem, omnes qui sunt in terra pervadentem. Contracta enim erat salus et gratia per Moysen, ad unam gentem Israelis means: at gratia per Christum porrecta est velut et ad ter-

A ἐπὶ τῆς γῆς, καὶ τοὺς τῆς ἀπωλείας ὀρύττοντες βόθρους, οἱ ἀλιτήριοι δαίμονες, καὶ τὴν τῆς θεότητος δόξαν ἀνοσίως καταλῃστεύοντες, καὶ ταῖς σφῶν αὐτῶν ἀνάπτοντες κεφαλαῖς, οἱ πάντολμοι τὰ τῆς ἑαυτῶν ἀπάτης ἐργαστήρια συγκροτεῖν ἐσπούδαζον. Ὑποκρινόμενοι δὲ τὸ εἰδέναι τὰ μέλλοντα, καὶ ἀπαγγέλλειν αὐτὰ δύνασθαι τοῖς ἐθέλουσι μαθεῖν, μέχρι καιροῦ διατετελέκασι γοῦν ἁρπάζοντες. Χρηστήρια γοῦν κατὰ χώρας τε καὶ πόλεις, ψευδομαντεῖαί τε ἦσαν πανταχοῦ, καὶ κληδωνισμοὶ, καὶ φενάκων πληθὺς τὰ ἀπὸ καρδίας αὐτῶν λαλούντων, κατὰ τὸ γεγραμμένον, χρησμῳδοὶ, καὶ νεκυομάντεις, καὶ οἱ φωνοῦντες ἐκ γῆς, ἐγγαστρίμυθοί τε καὶ ἀλφιτομάντεις, καὶ ἁπαξαπλῶς ψευστῶν, καὶ φενάκων ἡ ὑφήλιος πεπλήρωτο. Ἦν οὖν ἄρα παρ' αὐτοῖς οὐδεμία μὲν ἀληθὴς τῶν ἐσομένων ἡ γνῶσις, ψευδηγορίαι B δὲ, καὶ βωμολοχίαι καὶ ἀπάτη, καὶ δόλος, καὶ ἕτερον οὐδέν. Ταύτῃ τοι φησὶν ὁ τῶν ὅλων Θεός· Εἰ ἀναγγελοῦσιν, ἐγγισάτωσαν, ἵνα γνῶσιν ἅμα. Εἰ γὰρ δύνανται, φησὶν, ἀπαγγέλλειν, ἡκέτωσαν ἵνα γνῶσιν ἅμα, ἵνα τι κατὰ πρόσωπον οἱ πάντες εἰς ἓν συναγηγερμένοι (ἦσαν μὲν γὰρ, ὡς ἔφην, ἀνὰ μέρος πλεισταχοῦ χρηστήρια. Ἄλλοι δὲ ἄλλως ἐφοίτων, καὶ ψευδηγοροῦντας ἐτίμων τοὺς ἀκαθάρτους δαίμονας)· εἰ δὲ ἀληθῶς ἀναγγεῖλαι δύνανται, φησὶν, ἅμα καὶ κατὰ ταὐτὸν γενόμενοι πάντες, γνώτωσάν τι τῶν ἐσομένων, τίς ἀκουστὰ ἐποίησε ταῦτα ἀπ' ἀρχῆς. Τίς γὰρ τῶν δεισιδαιμόνων, ἢ τῶν παρ' ἐκείνοις προφητῶν, ἢ τῶν τοῖς μαντείοις προσκαθημένων, ἔγνω C ποτὲ καὶ ἀπήγγειλεν ὅτι κατὰ καιροὺς ἐπιλάμψει τῷ κόσμῳ Χριστὸς, καὶ ὅτι τὸ τῆς ἀπάτης οἰχήσεται νέφος, καὶ ἀποσκεδασθήσεται μὲν ὁ τῆς ψευδωνύμου γνώσεως σκότος, ἀναλάμψει δὲ τοῖς ἐπὶ τῆς γῆς, ὡς νοητὸς ἑωσφόρος, ὡς αὐγὴ καὶ ἡμέρα, ὡς δικαιοσύνης ἥλιος ὁ Χριστός; Ἀλλ' οὔτε, φησὶν, οἱ τὴν τῶν ἐσομένων γνῶσιν ἔχειν ὑποπλαττόμενοι δαίμονες ἀνήγγειλαν ταῦτα ἀπ' ἀρχῆς, οὔτε μὴν τῆς ἐκείνων ψευδοεπείας οἱ ὑπουργοί. Οὐδεὶς γὰρ τῶν παρ' Ἕλλησι ποιητῶν ἤτοι λογογράφων τῶν οὕτω λαμπρῶν ἐμνήσθη πραγμάτων. Τίς οὖν ταῦτα ἀκουστὰ πεποίηκεν ἀπ' ἀρχῆς; Τότε καὶ ἀνηγγέλη ὑμῖν, τοῦτ' ἔστιν, ἀπ' ἀρχῆς. Ἀνηγγέλη δὲ οὐ παρ' ἑτέρου τινὸς, παρ' ἐμοῦ δὲ μᾶλλον τοῦ πάντα εἰδότος, καὶ πρὶν γενέσθαι προαπηγγελκότος. Λελάληκα γὰρ ὑμῖν D αὐτὰ διά τε Μωσέως, καὶ προφητῶν ἁγίων, οἱ τοὺς παρ' ἐμοῦ πρὸς ὑμᾶς διεπόρθμευσαν λόγους. Οὐκοῦν ἐγώ εἰμι, φησὶν, ὁ Θεὸς, καὶ οὐκ ἔστιν ἄλλος πλὴν ἐμοῦ. Εἰμὶ δὲ δίκαιος, καὶ σωτήρ. Ἄδικοι μὲν γὰρ οἱ ἀλιτήριοι δαίμονες, καθὰ καὶ φθορεῖς, καὶ φιλαίματοι, καὶ κατωθοῦντες εἰς ὄλεθρον τοὺς ἐπὶ τῆς γῆς. Δίκαιος καὶ σωτὴρ ὁ τῶν ὅλων Θεὸς, ἐπαμύνων τοῖς ἠδικημένοις, καὶ δεσμῶν ἀνιεὶς τοὺς διηρπασμένους, καὶ σειραῖς ἁμαρτιῶν κατεσφιγμένους, καταφωτίζων δὲ τοὺς ἐσκοτισμένους, ἐνισχύων τὸ ἠσθενηκὸς, καὶ τὸ κείμενον ἀνιστὰς, καὶ τὸ πλανώμενον ἐπιστρέφων. Ταύτῃ τοι φησίν· Ἐπιστράφητε πρός με, καὶ σωθήσεσθε, οἱ ἐπ' ἐσχάτου τῆς γῆς. Ἐν τούτοις εὖ μάλα τῆς διὰ Χριστοῦ χάριτος κατίδοι τις ἂν τὸ μέγεθος εἰς πάντας διῆκον τοὺς ὄντας ἐπὶ τῆς

γῆς. Συνεσταλμένη μὲν γὰρ ἡ διὰ Μωσέως χάρις, καὶ σωτηρία, ἡ ἐφ' ἓν ἔθνος ἰοῦσα τὸν Ἰσραήλ· μακρὰ δὲ ὥσπερ καὶ μέχρι τερμάτων τρέχουσα γῆς ἡ διὰ Χριστοῦ. Σεσαγήνευται γὰρ διὰ πίστεως τῆς εἰς αὐτὸν εἰς σωτηρίαν καὶ ζωὴν ἡ σύμπασα γῆ.

Ἐγώ εἰμι ὁ Θεός, καὶ οὐκ ἔστιν ἄλλος. Κατ' ἐμαυτοῦ ὀμνύω· εἰ μὴ ἐξελεύσεται ἐκ τοῦ στόματός μου δικαιοσύνη, οἱ λόγοι μου οὐκ ἀποστραφήσονται· ὅτι ἐμοὶ κάμψει πᾶν γόνυ, καὶ ὀμεῖται πᾶσα γλῶσσα τὸν Θεόν, λέγουσα· Δικαιοσύνη καὶ δόξα πρὸς αὐτὸν ἥξουσιν.

Ἔδει τῆς ψευδωνύμου λατρείας καθῃρημένης παρελθεῖν εἰς μέσον τὴν ἀλήθειαν, καὶ οἷον ἀπεληλαμένου τοῦ σκότους περιαστράψαι τὸ φῶς. Ταύτῃτοι, καὶ μάλα εἰκότως μετά γε μὴν ἐπωφελῆ, καὶ ὀνησιφόρον ταυτηνὶ παραίνεσιν, τὴν ἑαυτοῦ δόξαν καθίστησιν ἐμφανῆ. Ἐγὼ γάρ εἰμι Θεός, φησὶ, καὶ οὐκ ἔστιν B ἄλλος. Εἶτα τῶν ἔσεσθαι προσδοκωμένων διὰ Χριστοῦ προκαταμηνύει τὴν δύναμιν, ὅρκῳ πιστούμενος, ὅτι πάντη τε καὶ πάντως ἡ δι' αὐτοῦ λαλουμένη δικαιοσύνη, τοῦτ' ἔστιν, ἡ ἐν Χριστῷ διὰ πίστεως τοῖς ἀνὰ πᾶσαν χαρισθεῖσα τὴν ὑπ' οὐρανὸν, καὶ οἱ αὐτοῦ λόγοι, τὸ εὐαγγελικὸν δηλονότι καὶ σωτήριον κήρυγμα, πάντη τε καὶ πάντως ἀναλάμψει κατὰ καιρούς. Καταδηλοῖ γὰρ, οἶμαι, τουτὶ τὸ, Οὐκ ἀποστραφήσονται. Θεοῦ γὰρ ὑπισχνουμένου, καὶ ὅτι πάντη τε καὶ πάντως ἔσται τι λέγοντος, τίς ὁ ἐγκόψαι δυνάμενος; Ὄμνυσι δὴ οὖν καθ' ἑαυτοῦ. Ἄνθρωποι μὲν γὰρ κατὰ τοῦ μείζονος ὀμνύουσι, καὶ πάσης αὐτοῖς ἀντιλογίας πέρας εἰς βεβαίωσιν ὁ ὅρκος. Θεὸς δὲ ὁ πάντων ἐπέκεινα, καὶ ἀσυγκρίτοις ὑπεροχαῖς τῶν ἄλλων ἡρμένος, C ὄμνυσι καθ' ἑαυτοῦ. Οὐ γὰρ ἦν ὀμόσαι καθ' ἑτέρου αὐτὸς ὢν, ὡς ἔφην, τὸ πάντων ἀκρότατον, καὶ τὸ εἰς λῆξιν ἀνεστηκὸς, κατά τε φύσιν καὶ δόξαν. Τί οὖν ἄρα τὸ ἐπαγγελθέν; Σωτηρία, καὶ ἐπιστροφὴ παντὸς τοῦ ἐπὶ τῆς γῆς ἔθνους. Ἐμοὶ γὰρ κάμψει, φησὶ, πᾶν γόνυ, καὶ ὀμεῖται πᾶσα γλῶσσα τὸν Θεόν. Τὸ δὲ, Κάμψει Θεῷ γόνυ, ὅρκιόν τε πρὸς ἁπάντων αὐτοῦ γίνεσθαι τὸ ὄνομα, τί ἂν ἕτερον εἶναι νοοῖτο πλὴν ὅτι πάντων ἐπιστροφὴ, καὶ ἐπίγνωσις, καὶ τῆς πρὸς αὐτὸν οἰκειότητος δήλωσις; Οἳ γὰρ ὅλως δι' ἐπιστροφῆς πρὸς Θεὸν ἐπιφοιτῶσι παντελῶς καὶ τοῦ κάμψαι γόνυ τοῖς ἀκαθάρτοις πνεύμασι, καὶ τοῦ διὰ γλώττης ἔχειν αὐτοὺς ὡς θεοὺς (οὐ γὰρ ὀμοῦνται κατά τινος ὡς περὶ Θεοῦ), ἀλλ' ἕνα τὸν φύσει, καὶ ἀληθῶς ὄντα D γινώσκοντες, ταῖς αὐτοῦ ζεύγλαις ὑπέχουσι τὸν αὐχένα, καὶ κάμπτουσί τε τὸ γόνυ ποιούμενοι τὰς λιτὰς, κἂν εἰ εὐορκεῖν ἕλοιντό πως, αὐτοῦ καὶ μόνου διαμεμνήσονται λέγοντες, ὅτι Πᾶσα δικαιοσύνη καὶ πᾶσα δόξα πρὸς αὐτὸν ἥξουσι, τοῦτ' ἔστιν, αὐτῷ δὴ πρέπει καὶ μόνῳ. Δεῖ γὰρ τὰ πάντων ἄριστα τῶν ἔργων, καὶ πᾶν ὅσον ἐστὶν ἐν ῥήμασι τελοῦν εἰς δόξαν Θεοῦ, τοῦτο αὐτῷ πρὸς ἡμῶν ἀνάπτεσθαι μόνῳ.

Αἰσχυνθήσονται πάντες οἱ ἀφορίζοντες ἑαυτοὺς ἀπὸ Κυρίου· δικαιωθήσονται, καὶ ἐν τῷ Θεῷ δοξασθήσεται πᾶν τὸ σπέρμα τῶν υἱῶν Ἰσραήλ.

Ἀληθὲς κατ' ἄμφω τὸ εἰρημένον, καὶ οὐκ ἂν ὁ θεῖος διαψεύσεται λόγος. Ἔψεται γὰρ πάντως τοῖς

A minos usque terræ excurrit. Capta est enim et irretita per fidem in ipsum, ad salutem et vitam, terra universa.

VERS. 23, 24. *Ego sum Deus, et non est alius. Per me ipsum juro, nisi egredietur de ore meo justitia, sermones mei non avertentur : quia mihi curvabitur omne genu, et* **623** *jurabit omnis lingua per Deum, dicens : Justitia et gloria ad eum venient.*

Sublato falso nominato cultu, in medium prodire veritatem oportuit, et tenebris veluti depulsis lucem undique emicare. Hinc quidem meritissime, post utilem et fructuosam hanc exhortationem, suam declarat gloriam. Ego enim, inquit, sum Deus, et non est alius. Deinde eorum quæ futura exspectantur per Christum, virtutem præsignificat, jurejurando confirmans, quod dicta per ipsum justitia, id est, quæ in Christo, per fidem gratis donata est universum terrarum orbem inhabitantibus, et sermones ejus, evangelica scilicet et salutaris prædicatio, omnibus locis omnibusque modis elucescent. Indicat enim, opinor, hoc : Non avertentur. Nam, Deo promittente, et prorsus penitusque futurum dicente, quis poterit impedire? Jurat igitur per seipsum. Homines enim per eum, qui major est, jurant, et omnis controversiæ finis est illis, ad rem confirmandam, jusjurandum [48]. Deus autem qui est supra omnia, et incomparabili excellentia antestat cæteris, per seipsum jurat. Non enim potuit jurare per alium, cum ipse, ut dixi, omnium sit summus, et ad summum fastigium natura et gloria evectus. Quid est igitur quod annuntiatum est? Salus et conversio omnium ubique gentium. Mihi enim, inquit, flectet se omne genu, et jurabit omnis lingua per Deum. Flectet se genu Deo, et nomen ejus ab omnibus in juramento adhibebitur, quid aliud significat, quam omnium conversionem et agnitionem, et conjunctionis cum ipso patefactionem? Qui enim per conversionem ad Deum redeunt, prorsus nec genu immundis spiritibus flectunt, neque lingua illos ut deos circumferunt. Non enim per ullum aliquem jurabunt, tanquam per Deum : sed unum natura et vere esse cognoscentes, ejus jugo cervicem supponunt, et genu flectunt, et si legitime jurare velint, ejus solius mentionem faciunt, dicentes : Omnis justitia et gloria ad eum venient, id est, ei et soli convenit. Omnia namque facta præstantissima, et dicta omnia quæcunque ad Dei gloriam redundant, debent ei a nobis soli accommodari.

624 VERS. 25, 26. *Confundentur omnes qui se a Domino separant; justi fient, et in Deo glorificabitur omne semen filiorum Israel.*

Verum est in utraque parte quod dictum est, neque potest divinus sermo mentiri. Sequetur enim

[48] Hebr. VI, 16.

semper eos qui volunt a conjunctione et consortio Dei, nimirum spirituali, refugere, pudor : at qui illum ex puro corde diligunt, his obveniet, ut in illo glorificentur, et justitia præluceant. Hi autem sunt, non carnalis Israel, sed verius semen filiorum Israel. Ut autem dilucidiorem ac planiorem faciamus propositorum sententiam, illud dicimus. Illuxit enim terræ incolis, unigenitum Dei Verbum, ea specie qua nos sumus, et caro factum est, secundum Scripturas, et venit captivis remissionem, cæcis visum prædicans, confractos liberans, contritos corde sanans, et annum Domini acceptum vocans. Quanquam autem oportuisset Judæos maxime fidem in ipsum admittere, cum et legem pædagogum, et sanctos prophetas mystagogos sortiti essent : hoc tamen non fecerunt, sed ab eo velut resilierunt, suntque pudore suffusi, peccatum habentes indelebile, quod illis ignominiam inurit et infamiam. Verum est ergo, Omnes qui separant sese a Domino, confundentur. Nam audierunt ipsum dicentem : « Amen, amen dico vobis : Nisi credideritis quod ego sum, in peccatis vestris moriemini [46]. » Qui autem ejus adventum agnoverunt, per fidem justificati sunt, et magnam et perennem lucri fecerunt gloriam, declarati sancti Spiritus participes, et illustri adoptionis filiorum dignitate locupletati. Dedit enim illis hanc dignitatem, ut filii Dei fierent : ad hæc cum spem dignam et calumniæ non obnoxiam habeant, regnum cœlorum accipient hæreditario. Hi possunt intelligi esse, semen filiorum Israel. Filios etiam Israel in his verbis nominari dicimus, sanctos apostolos et evangelistas : erant enim ex Judæis, quod ad carnem attinet : eosque præterea filios ipsorum, qui per ipsos vocati sunt ad agnitionem Christi. Allocutus est scilicet divinus Paulus eos qui per ipsum crediderunt : « Etiamsi mille pædagogos habetis in Domino, non tamen habetis multos patres. Nam in Jesu per **625** Evangelium ego vos genui [47]. » Invenimus etiam sæpenumero et alios præter sanctos apostolos, qui filiolos vocant eos qui per ipsos ad salutem, quæ est in Christo, irretiti sunt.

Cap XLVI. Vers. 1. *Cecidit Bel, contritus est Dagon, facta sunt sculptilia eorum, ut bestiæ et jumenta.*

Vaticinia, quæ fiunt a prophetis sanctis de omnium nostrum Servatore Christo, semper prædictiones necessariæ rerum ab ipso gestarum, vel in mundo recte administratarum, sequuntur. Facinus autem inter omnia insigne erat, sublatum esse e medio Satanam, et nefariam ac hominum interemptricem dæmoniorum multitudinem. Ubi itaque ille mundo illuxisset, dissipata est ingens et exsecrabilis peccati caligo, quam Satanas omnium animis immiserat, ne lucem veritatis aspicerent. Cessavit porro dæmoniorum tyrannis, et idololatriæ ludibria. Itaque necessario, ut dixi, hic sermo nobis hisce de rebus

A ἀποφοιτᾷν ἐθέλουσι τῆς πρὸς Θεὸν οἰκειότητος, δῆλον δὲ ὅτι πνευματικῆς, τὸ καταισχύνεσθαι δεῖν· προσίεσθαί γε μὴν, τὸ ἐν αὐτῷ δοξάζεσθαι, καὶ διαπρέπειν ἐν δικαιοσύνῃ, τοῖς ἐκ καρδίας εἰλικρινοῦς ἀγαπῶσιν αὐτόν. Οὗτοι δ' ἂν εἶεν οὔτι που πάντως ὁ κατὰ σάρκα Ἰσραὴλ, τὸ σπέρμα δὲ μᾶλλον τῶν υἱῶν Ἰσραήλ. Σαφεστέραν δὲ τὴν τῶν προκειμένων ἀποτελοῦντες διάνοιαν ἐκεῖνό φαμεν. Ἐπέλαμψε γὰρ τοῖς ἐπὶ τῆς γῆς ὁ μονογενὴς τοῦ Θεοῦ Λόγος, ἐν εἴδει τῷ καθ' ἡμᾶς, ἤτοι γενόμενος σὰρξ, κατὰ τὰς Γραφάς· ἀφίκετο δὲ κηρύσσων αἰχμαλώτοις ἄφεσιν, καὶ τυφλοῖς ἀνάβλεψιν, ἀποστέλλων τεθραυσμένους ἐν ἀφέσει, καὶ ἰώμενος τοὺς συντετριμμένους τὴν καρδίαν, καὶ καλῶν ἐνιαυτὸν Κυρίου δεκτόν. Ἀλλὰ καίτοι δέον Ἰουδαίους μάλιστα τὴν εἰς αὐτὸν προσήκασθαι πίστιν,
B ἅτε δὴ καὶ παιδαγωγὸν λαχόντας τὸν νόμον, καὶ ἁγίους προφήτας μυσταγωγοὺς, τοῦτο μὲν οὐ πεπράχασιν, ἀπεπήδησαν δὲ ὥσπερ αὐτοῦ, καὶ γεγόνασιν ἐντροπῆς ἀνάμεστοι, τὴν καταισχύνουσαν αὐτοὺς ἁμαρτίαν ἀναπόβλητον ἔχοντες. Ἀληθὲς οὖν, ὅτι Αἰσχυνθήσονται πάντες οἱ ἀφορίζοντες ἑαυτοὺς ἀπὸ Κυρίου. Ἤκουον γὰρ λέγοντος αὐτοῦ· « Ἀμὴν, ἀμὴν λέγω ὑμῖν, Ἐὰν μὴ πιστεύσητε ὅτι ἐγώ εἰμι, ἐν ταῖς ἁμαρτίαις ὑμῶν ἀποθανεῖσθε. » Οἵ γε μὴν ἐπεγνωκότες τὴν ἐπιφάνειαν αὐτοῦ δεδικαίωνται μὲν διὰ πίστεως, κεκερδήκασι δὲ μακρὰν καὶ ἀτελεύτητον δόξαν, μέτοχοι μὲν ἁγίου Πνεύματος ἀναδεδειγμένοι, καταπλουτήσαντες δὲ τὸ λαμπρὸν τῆς υἱοθεσίας ἀξίωμα. Δέδωκε γὰρ αὐτοῖς ἐξουσίαν τέκνα γενέσθαι
C Θεοῦ, ἀξιόληπτόν τε πρὸς τούτοις καὶ ἀδιάβλητον ἐσχηκότες ἐλπίδα· κληρονομήσουσι γὰρ τὴν τῶν οὐρανῶν βασιλείαν. Νοηθεῖεν δ' ἂν οὗτοι τὸ σπέρμα τῶν υἱῶν Ἰσραήλ. Υἱοὺς δὲ Ἰσραὴλ ἐν τούτοις ὠνομάσθαι φαμὲν τοὺς ἁγίους ἀποστόλους, καὶ εὐαγγελιστάς· ἦσαν γὰρ κατὰ σάρκα ἐξ Ἰουδαίων. Υἱοὺς δὲ αὐτῶν τοὺς δι' αὐτῶν κεκλημένους εἰς ἐπίγνωσιν τοῦ Χριστοῦ. Προσπεφώνηκε γοῦν ὁ θεσπέσιος Παῦλος τοῖς δι' αὐτοῦ πιστεύσασι· « Κἂν γὰρ μυρίους ἔχητε παιδαγωγοὺς ἐν Κυρίῳ, ἀλλ' οὐ πολλοὺς πατέρας. Ἐν γὰρ Χριστῷ Ἰησοῦ διὰ τοῦ Εὐαγγελίου ἐγὼ ὑμᾶς ἐγέννησα. » Εὑρίσκομεν δὲ πλειστάχοῦ καὶ ἑτέρους τῶν ἁγίων ἀποστόλων, τεκνία καλοῦντας τοὺς δι' αὐτῶν σεσαγηνευμένους εἰς σωτηρίαν τὴν ἐν Χριστῷ.

Ἔπεσε Βὴλ, συνετρίβη Δαγὼν, ἐγένετο τὰ
D *γλυπτὰ αὐτῶν ὡς θηρία καὶ κτήνη.*

Ἀεί πως ἀκολουθεῖ ταῖς προῤῥήσεσιν, αἵπερ ἂν γένοιντο διὰ προφητῶν ἁγίων περὶ τοῦ πάντων ἡμῶν Σωτῆρος Χριστοῦ, προαγορεύσεις ἀναγκαῖαι τῶν δι' αὐτοῦ γενομένων, ἤγουν τῶν τῷ κόσμῳ κατωρθωμένων. Κατόρθωμα δὲ τὸ πάντων ἐξαίρετον τὸ ἐκ μέσου γενέσθαι τὸν Σατανᾶν, καὶ τὴν βέβηλον δὲ, καὶ ἀνδροκτόνον πληθύν. Ἐπιλάμψαντος τοίνυν αὐτοῦ τῷ κόσμῳ, λέλυται μὲν ἡ πάλαι πολλὴ καὶ ἐπάρατος τῆς ἁμαρτίας ἀχλὺς, ἣν ταῖς ἁπάντων διανοίαις ἐνῆκεν ὁ Σατανᾶς, ἵνα μὴ βλέπωσι τῆς ἀληθείας τὸ φῶς. Πέπαυται δὲ καὶ τῶν δαιμονίων ἡ τυραννὶς, καὶ τὰ τῆς εἰδωλολατρείας παίγνια. Οὐκοῦν ἀναγκαίως, ὡς ἔφην,

[46] Joan. VIII, 21. [47] I Cor. IV, 15.

ὁ περί γε τούτων ἡμῖν εἰσκομισθῇ λόγος, καὶ πεπτωκέναι φησὶ τὸν Βήλ. Εἴδωλον δὲ τοῦτο μάλιστα τῶν Βαβυλωνίων, τετιμημένον δὲ καὶ ἐν ἑτέραις πόλεσι. Καί φασιν εἶναι τὸν Βὴλ τὸν παρ' Ἕλλησι τοῖς ἀθέοις μυθολογούμενον Κρόνον, ὃν καί φασιν ὠμὸν εἶναι καὶ φιλαίματον, καὶ ἀνδροκτασιῶν ἐραστήν. Ἀναγέγραπται γοῦν ἐν ἱστορίαις Ἑλληνικαῖς, ὡς ἐν ἡμέρᾳ μιᾷ τριακοσίους τῶν ξένων ἔσφαζόν τινες αὐτῷ, μυσαρὰν καὶ στυγητὴν Θεῷ καὶ ἀνθρώποις ἐπιτελεσθῆναι πανήγυριν. Καὶ γοῦν ὁ τῶν ὅλων Θεὸς, ἐπὶ ταῖς οὕτω δειναῖς ἀσεβείαις ἀγανακτῶν, δι' ἑνός πού φησι τῶν ἁγίων προφητῶν τοῖς τὰ τοιάδε δρᾷν εἰωθόσι· Θύσατε ἀνθρώπους· μόσχοι γὰρ ἐκλελοίπασιν. Εἰς τοῦτο γὰρ μισανθρωπίας τε καὶ ἀγριότητος καθικέσθαι φησὶ τοὺς ἀκαθάρτους δαίμονας, ὥστε καὶ ἀκορέστως διψῆν ἀνθρώπινον αἷμα, καὶ ταῖς τῶν ἁλισκομένων φθοραῖς ἐπιγάννυσθαι. Οὐ γὰρ ἂν ἴσως ἔοικεν αὐτοῖς ὁ κλάζων μόσχος ἐπὶ βωμῷ, λιβανωτοί τε καὶ πρόβατα· γλίχονται δὲ μᾶλλον τῆς ἀνθρώπων σφαγῆς. Ἔπεσε τοίνυν, φησὶν, ἡ Βὴλ, τοῦτ' ἔστι, κατηνέχθη, καὶ ἔπεσεν ἡ τοῦ δαίμονος ἰσχύς· ἵνα λοιπὸν τὸν ἐκ τῆς ἐκείνων σκαιότητος ἀποβαλόντες ζυγὸν ἐλευθέρᾳ καὶ ἀβιάστῳ γνώμῃ τρέχωσι πρὸς Θεὸν οἱ ποτε ταῖς ἐκείνου δυστροπίαις ἐνεσχημένοι. Συνετρίβη δὲ καὶ ὁ Δαγών. Σέβασμα δὲ καὶ τοῦτο τῶν τὴν παραλίαν οἰκούντων, ἣ καὶ ὁμορός ἐστι τῆς Ἰουδαίας, Ἀσκαλωνιτῶν τέ φημι καὶ Γαζαίων, οὓς καὶ Φυλιστιεὶμ ἤγουν ἀλλοφύλους ἡ θεία πλεισταχοῦ κατονομάζει Γραφή. Εὖ δὲ δὴ σφόδρα τὸ, Συνετρίβη, φησὶν, ὡς ἀπό γε τοῦ συμβεβηκότος αὐτῷ κατὰ καιροὺς, καὶ νῦν ὁ προφήτης τὸν περὶ αὐτοῦ διεξάγων λόγον. Ἀνέγνωμεν γὰρ ἐν ταῖς βίβλοις τῶν Βασιλειῶν, ὅτι τὴν θείαν ποτὲ κιβωτὸν λαβόντες οἱ ἀλλόφυλοι εἰσήγαγον εἰς τὸν οἶκον Δαγών· εἶτα εἰσελθόντες οἱ τοῦ δαιμονίου θεραπευταὶ, τεθέανται πεπτωκὸς τὸ εἴδωλον ἔμπροσθεν τῆς κιβωτοῦ, καὶ συντριβὴν ὑπομείναντος αὐτοῦ ὡς ἀποβαλεῖν χεῖράς τε καὶ πόδας, καὶ κεφαλήν. Σφόδρα οὖν χαριέντως ὡς ἀπό γε τοῦ συμβάντος κατὰ καιροὺς τὸ, Συνετρίβη, φησί. Φαμὲν δὲ ὅτι τῆς εἰδωλολατρείας τὴν ἀναίρεσιν ὁ προφητικὸς ἡμῖν ὑπεμφαίνει λόγος, ὡς ἐκ μέρους τό τε Βὴλ, καὶ τὸν Δαγὼν ὀνομάσας. Οὐ γὰρ ἦν ἁπάντων τῶν ἐπὶ τῆς γῆς εἰδώλων ποιήσασθαι μνήμην, ἀλλ' ὡς ἐκ μέρους ἐπὶ τὸ πᾶν διατάττει πάλιν.

Αἴρετε αὐτὰ καταδεδεμένα, ὡς φορτίον κοπιῶντι, καὶ πεινῶντι ἐκλελυμένῳ, οὐκ ἰσχύοντι ἅμα· οἳ οὐ δυνήσονται σωθῆναι ἀπὸ πολέμου· αὐτοὶ δὲ αἰχμάλωτοι ἠσχύνθησαν.

Τὸ τῶν χειροτμήτων ἀνωφελὲς, καὶ μάταιον καταδείκνυσι πάλιν ἡμῖν ὁ λόγος ἐν τούτοις, ὡς ἀπό γε τῶν ἐπ' αὐτοῖς τελουμένων παιγνίων, αἰσχύνης οὖσαν ἀνάπλεων τὴν τῶν πλανωμένων ἀποφαίνει λατρείαν. Ἐπετέλουν μὲν γὰρ τοῖς δαιμονίοις ψυχρὰς καὶ καταγελάστους ἔσθ' ὅτε τὰς πανηγύρεις· εἶτα τῶν σηκῶν ἐκκομίζοντες τὰ ἀγάλματα, ἐπαναθέμενοί τε ταῦτα τῶν ἱερέων τινὲς περιῄεσαν ἐν πλατείαις κατασειόμενοί τε καὶ οἷον μεθύσκοντες ὡς ἀχθοφοροῦντες ἄγαν, καὶ ἔνθαπερ ἂν ἐπιβαρήσειεν ὃ διακομίζειν

(7) I Reg. v, 1 sqq.

A introductus est. Et cecidisse ait Bel. Erat autem hoc præcipue Babyloniorum idolum, sed in aliis etiam civitatibus cultum. Narrant autem Belum, apud Græcos atheos, fabulose dictum Saturnum : quem etiam ferunt crudelem esse, et sanguinis sitientem, et cædis hominum amantem. Traditum est etiam in historiis Græcis, quosdam ei uno die triginta hospites mactasse, et abominandam et invisam Deo atque hominibus celebratam panegyrim. Deus sane universorum his adeo gravibus impietatibus indignatus, per unum e sanctis prophetis dicit his qui talia facere solebant : Mactate homines; vituli enim defecerunt. Eo enim inhumanitatis et immanitatis venisse dicit impuros dæmonas, ut sitirent insatiabiliter humanum sanguinem, et eorum B qui rei et convicti erant, interitu delectarentur. Non enim forte vitulus in ara clamans, et thura ac oves illis conveniebant, sed hominum cædem cupiebant. Cecidit igitur, inquit, Belus, id est, dejectus est, et cecidit dæmonis potentia : ita ut deinceps, perversitatis jugo abjecto, libera et spontanea mente, qui quondam illius malitia impediti erant et retardati, ad Deum currerent. Contritus est etiam Dagon. Numen erat hoc etiam eorum qui oram maritimam inhabitarunt, quæ est Judææ contermina : Ascalonitarum, inquam, et Gazanorum, quos etiam Philistiim, vel alienigenas, **626** divina Scriptura sæpe nominat. Pulcherrime dixit : Contritus est : quippe propheta nunc orationem de eo prosequitur, velut C ab eventu qui subsequenti tempore ei contigit. Legerat enim in libris Regnorum (7), alienigenas acceptam quandoque Dei arcam, in domum Dagon introduxisse : deinde ingressos dæmonii cultores, idolum collapsum ante arcam vidisse, et comminutum illum fuisse, ut manus, pedes, caput amiserit. Perscite itaque velut ab eo quod subsequentibus post tempo ribus contigerat, inquit : Contritus est. Dicimus vero propheticam orationem nobis idololatriæ eversionem subindicare, cum quasi ex parte Belum et Dagon nominavit. Non enim potuit omnium in terra idolorum mentionem facere, sed velut a parte totum describit.

D Vers. 2. *Portatis ea alligata velut onus laboranti, esurienti, et deficienti, et impotenti denique, qui non poterunt salvi evadere e bello : ipsi autem captivi ducti sunt.*

C στῷ. » Οὐκοῦν ἱππήλατον καὶ ἡμῖν ἀποφαίνων τὸ δύνασθαι σκυλεύειν τὸν ἰσχυρὸν, ἤτοι τὸν γίγαντα, φημὶ δὴ τὸν Σατανᾶν. Ἐάν τις αἰχμαλωτεύσῃ γίγαντα, φησὶ, λήψεται σκῦλα. Ὅτε γὰρ διαβολικῆς ἰσχύος περιγιγνόμεθα, καὶ τὰς τῶν ἐχθρῶν ἐφόδους διαδιδράσκομεν γενικῶς ὅπλον εὐδοκίας αὐτὸν ἔχοντες τὸν Χριστὸν, τότε σκυλεύομεν τὸν πονηρὸν, καὶ τὴν νικῶσαν ψῆφον ἀποφερόμενοι, καὶ κρείττους ἀναδεδειγμένοι τῆς ἐνούσης αὐτῷ σκαιότητός τε καὶ πονηρίας. Πλὴν ὅτι παρὰ Χριστοῦ τὸ δύνασθαι νικᾷν τοῖς ἀνδριζομένοις προσγένοιτ' ἂν, καὶ οὐκ ἂν ἑτέρως εἰς τοῦτο εὐκλείας διελάσειέ τις, διαδείκνυσιν εὖ μάλα προστιθείς· Λαμβάνων δὲ παρ' ἰσχύοντος σωθήσεται. Διδόντος γὰρ ἡμῖν τὸ δύνασθαι κατευμε-
D γεθεῖν τοῦ μιαιφόνου δράκοντος, σκυλεύσομεν αὐτὸν, σωθησόμεθα δὲ πρὸς τούτῳ παραπέμποντος ἡμᾶς τοῦ νικᾷν εἰς ἀμύρητον ζωὴν, εἰς δόξαν, εἰς καύχημα, καὶ εἰς βασιλείαν οὐρανῶν. Ἔφη δέ που καὶ αὐτὸς ὁ Χριστὸς, σκυλεύσας τὸν Σατανᾶν, καὶ τὴν ὁδὸν δύνασθαι κρατεῖν ψιλὴν, καὶ εὐήλατον τοῖς εἰς αὐτὸν πιστεύσασιν ἀποφήνας· « Ἰδοὺ δέδωκα πατεῖν ἐπάνω ὄφεων ὑμῖν, καὶ σκορπίων, καὶ ἐπὶ πᾶσαν τὴν δύναμιν τοῦ ἐχθροῦ, καὶ οὐδὲν ὑμᾶς οὐ μὴ ἀδικήσῃ. » Ἀληθὲς οὖν, ὅτι λαβόντες παρ' ἰσχύοντος, τοῦτ' ἔστιν, αὐτοῦ, καὶ γάρ ἐστιν αὐτὸς ὁ τῶν δυνάμεων Κύριος, σεσώσμεθά τε καὶ νενικήκαμεν. Σκυλεύσειε δ' ἄν τις καὶ ἑτέρως τὸν Σατανᾶν, τοὺς

[28*] Psal. LXXXVIII, 18. [29] Philip. IV, 13. [30] Luc. X, 19.

ὑπ' αὐτῷ γενομένους καὶ πεπλανημένους εἰς τὸ τῆς ἀληθοῦς θεογνωσίας φῶς ἀποκομίζων εὐτέχνως, καὶ μεθιστὰς ἐκ φαυλότητος εἰς εὐζωΐαν ἁγιοπρεπῆ.

A *Ἐγὼ δὲ τὴν κρίσιν σου κρινῶ, καὶ ἐγὼ τοὺς υἱούς σου ῥύσομαι, καὶ φάγονται οἱ θλίψαντές σε τὰς σάρκας αὐτῶν, καὶ πίονται ὡς οἶνον νέον τὸ αἷμα αὐτῶν, καὶ μεθυσθήσονται, καὶ αἰσθανθήσεται πᾶσα σὰρξ, ὅτι ἐγὼ ὁ ῥυσάμενός σε, καὶ ἀντιλαμβανόμενος ἰσχύος Ἰακώβ.*

Ποιεῖται μὲν τοὺς λόγους ὡς πρός γε φημὶ τὴν Σιών. Υἱοὺς δὲ αὐτῆς ὀνομάζειν ἔοικεν ἐν τούτοις τοὺς ἁγίους ἀποστόλους καὶ εὐαγγελιστὰς, καὶ τοὺς μετ' ἐκείνους ἔτι κεκλημένους εἰς ἱερουργίαν· οἳ καὶ φωστῆρες ἐν κόσμῳ γεγόνασι λόγον ἐπέχοντες ζωῆς, καὶ διακηρύττοντες πανταχοῦ τὴν δόξαν Χριστοῦ, καὶ τῆς παρ' αὐτοῦ σωτηρίας τὴν δύναμιν ἐμφανῆ καθιστῶντες τοῖς ἀνὰ πᾶσαν τὴν γῆν, οἷς δὴ καὶ ὑπῆν οἷά τις θὴρ ὠμός τε καὶ ἀπηνὴς, καὶ ἀρχέκακος δράκων, θλίψεις καὶ διωγμοὺς ἐπισωρεύων B αὐτοῖς, καὶ καταθήγων ἀφορήτως τοὺς τῆς ἐνούσης αὐτῷ μοχθηρίας ὑπασπιστάς. Ἐπεχειρήθησαν γοῦν διωγμοὶ πλειστάκις, κατὰ τῶν ἁγίων Ἐκκλησιῶν, καὶ τυράννων ἀγρίως ὠμότης ἐπιπηδήσασα, παρεκόμισε πολλοὺς εἰς τοὺς ἐπὶ τοῖς μαρτυρίοις ἀγῶνας. Ἀλλ' ἐγὼ, φησὶν, ὦ Σιών· φαμὲν δὲ εἶναι τὴν Ἐκκλησίαν, ἣν δὴ καὶ Σιὼν ἀποκαλεῖ· τὴν κρίσιν σου κρινῶ, καὶ ἐγὼ τοὺς υἱούς σου ῥύσομαι. Ἀδικήσαντες γὰρ οὐδὲν οἱ Θεῷ προσκείμενοι, καὶ ἐπ' οὐδενὶ τὸ σύμπαν ἀτόπῳ κατεγνωσμένοι, εἶτα τοὺς μέχρι ψυχῆς καὶ αἵματος διενεγκόντες ἀγῶνας μετὰ λαμπρῶν ἀνδραγαθημάτων εἰς τὰς ἄνω τρέχουσι μονάς· πλὴν τό γε ἧκον εἰς τὸν τῶν ἐπιβουλευσάντων σκοπὸν, τεθνήκασί τε καὶ ἀπολώλασιν. Οὐκοῦν ἡ ἐπὶ C τούτοις κρίσις, ἤτοι δικαιοκρισία πάντη τε καὶ πάντως ἔσται παρὰ Θεοῦ. Οἱ μὲν γὰρ δι' εὐσέβειαν τοὺς εὐκλεεστάτους ἀγῶνας διανηξάμενοι, καὶ εἰς τὸ βραβεῖον τῆς ἄνω κλήσεως καταντήσαντες, τὸν τῆς ἀφθαρσίας ἀναδήσονται στέφανον. Οἱ δέ γε τὴν δίωξιν ἐπενεγκόντες αὐτοῖς, καὶ ἀπεκτονότες ἀδίκως, οὓς ἦν ἄμεινον ἐπείγεσθαι ζηλοῦν, τὰς ἑαυτῶν ἔδονται σάρκας, καὶ οὐ τὸ τῶν πεπονθότων μᾶλλον, ἀλλὰ τὸ οἰκεῖον ὥσπερ ἐκροφήσουσιν αἷμα. Ἃ γὰρ ἑτέροις ἐπήγαγον, οὐκ ἐν δίκῃ πείσονται μᾶλλον ψήφῳ δικαίᾳ Θεοῦ, στεφανοῦντος μὲν τοὺς πεπονθότας, ὑποφέροντος δὲ μακρᾷ καὶ ἀτελευτήτῳ κολάσει τοὺς ἀδικήσαντας. Ἔσται δὲ ἡ τοιαύτη δικαιοκρισία γνωριμωτάτη πάσῃ σαρκὶ, τοῦτ' ἔστιν, ἀνθρώπῳ παντί. Ἔσονται γὰρ ἐν τοῖς δι' εὐσέβειαν κινδυνεύουσιν. D Ὡς ἀντιλήψεται πάντη τε καὶ πάντως ἡ παρ' ἐμοῦ βοήθεια τοῦ καὶ ἐνισχύοντός σε τὸν Ἰακὼβ, τοῦτ' ἔστι, τὸν ἐκ σπέρματος Ἰακώβ. Ἔφην δὲ, ὅτι γέγραπταί πως ὁ προφητικὸς ἐν τούτοις λόγος, εἰς πρόσωπον τῶν ἁγίων ἀποστόλων τε καὶ εὐαγγελιστῶν, οἵπερ ἦσαν ἐξ Ἰακὼβ, κατά γέ φημι, τὴν σάρκα. Οὐκ ἀπίθανον δὲ καὶ Ἰακὼβ ὀνομάζεσθαι πτερνιστὴν ἅπαντα, τοῦτ' ἔστι, τὸν πτερνίζοντα τὸν Σατανᾶν, καὶ τοὺς τῆς ἁμαρτίας παρελαύνοντα βρόχους εὐτέχνως τε ἅμα καὶ νεανικῶς. Πτερνιστὴς γὰρ ὁ Ἰακὼβ ἑρμηνεύεται.

VERS. 26. *Ego autem judicium tuum judicabo, et ego filios tuos liberabo, et comedent qui afflixerunt te carnes suas, et bibent quasi vinum novum sanguinem suum, et ebrii erunt, et sentiet omnis caro quia ego Dominus qui liberavi te, et qui adjuvi fortitudinem Jacob.*

Verba facit, ut dixi, ad Sion; filios autem ejus hic videtur dicere, sanctos apostolos et evangelistas, et eos qui post illos vocati sunt præterea ad ministerium: qui etiam mundi lumina fuerunt, sermonem vitæ adhibentes, et ubique gloriam Christi prædicantes, et vim salutis ejus declarantes his qui universum orbem terrarum incolunt: contra quos etiam, ceu fera quæpiam immanis et immitis, et malorum princeps draco, afflictiones et persecutiones accumulavit, et in eos improbitatis suæ satellites intolerabiliter stimulavit. Itaque persecutiones sæpe contra sanctas Ecclesias excitatæ sunt, et tyrannorum crudelitas immaniter insiliens, multos in martyrii certamen discrimenque adduxit. Sed ego, inquit, o Sion (eam vero dicimus esse Ecclesiam, quam Sion appellat), judicium tuum judicabo; et ego filios tuos liberabo. Qui enim nullam intulerunt injuriam, Deo adhærentes, et de nullo fœdo crimine accusati, deinde etiam pro vita et sanguine certamen subiverunt, cum his illustribus factis currunt ad suprema habitacula: verum quantum ad consilium eorum qui insidias comparaverunt, mortui sunt et perierunt. Itaque judicium contra istos, sive justum judicium fiet omnino a Deo. Qui enim propter pietatem **685** e nobilissimis hisce certaminibus enatarunt, et ad bravium supernæ vocationis devenerunt, incorruptionis corona revincientur. At qui insectati sunt eos, et injuste eos occiderunt, quos præstabat æmulari, suas carnes edent, et non eorum qui passi sunt, sed proprium velut absorbebunt sanguinem. Nam quæ irrogarunt aliis non juste, patientur ipsi justa sententia, Deo eos qui passi sunt coronante: eos qui injuria affecerunt, diuturnæ et æternæ punitioni subjiciente. Eritque hoc justum judicium omni carni, id est, omni homini notissimum. Nam qui propter pietatem in periculum veniunt, omnino auxilium feretur illis a me, qui te juvare possum, Jacob, id est, ex semine Jacob. Dixi autem hunc sermonem propheticum scriptum esse in persona sanctorum, et apostolorum, et evangelistarum, qui erant ex Jacob, quod sane ad carnem attinet. Nec tamen absurdum est, ut Jacob nominetur quivis supplantator, id est qui supplantat Satanam, et qui callide et quasi juvenili impetu laqueos peccati transilit. Jacob autem interpretatur supplantator.

Οὕτως λέγει Κύριος· Ποῖον βιβλίον τοῦ ἀποστασίου τῆς μητρὸς ὑμῶν· ἐν ᾧ ἐξαπέστειλα

CAP. L. VERS. 1. *Sic dicit Dominus: Qualis est liber repudii matris vestræ? cui dimisi eam? aut cui*

creditori vendidi vos? Ecce peccatis vestris dimisi matrem vestram.

Sine corpore, et a materia sejuncta, et sine specie atque simplex est Divinitas: nemoque qui recte facit, de eo ullam speciem assumit corporalem. Verum sancta Scriptura humano more nobiscum de ea loquitur. Nec enim aliter intelligere possent qui in hoc palpabili et crasso sunt corpore, nisi hæ res quæ apud nos sunt exempli gratia adducerentur: ut ex rebus sub sensum aspectumque venientibus, ex parte saltem intelligamus aliquid de divina et suprema essentia, quæ omnem speciem corpoream superat. Observa etiam hic humano more habitam esse a propheta orationem. Nam velut vir quispiam cum uxore habitans, et copulatus cum populo Judaico disserit, et loquitur de matre ipsorum: matre, inquam, quæ est terrestris et sensibilis Jerusalem: ut inde rursus in persona unius mulieris, eorum societas intelligatur. **686** Quemadmodum enim cum Ecclesiam dicimus, non circuitui murorum vim hujus dictionis accommodamus, sed piorum in ea potius sanctissimam multitudinem significamus: sic etiamsi quis matrem Judæorum dicat, ipsos nihilo secius designat. Itaque non ego, inquit, ejeci matrem vestram, cum essem ei sponsi vice, et probitatis semina jecerim, cum per legem, tum etiam per prophetas: sed illa potius divertit, jura quæ mihi debentur parvifaciens, et pro nihilo ducens quodammodo esse cum Deo. Nam qualis liber repudii ei datus est a me? Neminem enim Deus a suo consortio extrudit, nec quemquam rejicit eorum qui recto pede solent incedere; sed quicunque sunt in fide germani, et omnis honestatis scientes, his permittit ut liceat perpetuo societatis et conjunctionis cum illo firmas quasi opes possidere. Ab hac tanta gloria excidit quisquis divinis ejus oraculis tota mente repugnat et dissidet, et voluptatis quam Dei est amantior. Proinde quasi viri loco cum matre Judæorum cohabitasset, Qualis, inquit, liber repudii matris vestræ? cui illam dimisi? Nec enim quisquam, inquit, probaverit me illam repulisse et odio habuisse, sed illam accusabit potius, ut quæ sponte sua me deseruerit. Cui autem creditori vendidi vos? Alius est in his verbis orationis habitus ac figura. Nam velut famulos herus alloquitur. An enim, inquit, velut homo inopia pecuniæ pressus, et in creditores [χρεώστης, *debitor* vel *creditor*] incidens, peregre proficiscens aliis dominis famulos meos exposui? At hoc quam plane stultum est vel cogitare, vel dicere! Supra enim necessitatem et inopiam est Divinitas, nec quidquam habet illa cum ea commercii. Igitur non vendidi, inquit, neque elocavi vos aliis heris, qui me diligitis, et a meis pendetis oraculis. Quomodo ergo alienæ servitutis jugum subiistis? Causa hujus mali vobis fuit peccatum. Hujus enim causa fabrificavit vos omnes peccati pater, et omnis vitiositatis inventor, quique eos qui a consortio conjunctioneque cum Deo ex-

A *αὐτήν; ἢ τίνι ὑπόχρεως πέπρακα ὑμᾶς; Ἰδοὺ ταῖς ἁμαρτίαις ὑμῶν ἐξαπέστειλα τὴν μητέρα ὑμῶν.*

Ἀσώματόν τε τὸ Θεῖον, ἄϋλόν τε καὶ ἀφανὲς, καὶ ἁπλοῦν. Καὶ οὐκ ἄν τις ἐπ' αὐτῷ τὰ εἰκότα δρῶν φαντασίαν τινὰ λάβῃ σωματικήν. Πλὴν τὸ Γράμμα τὸ ἱερὸν ἀνθρωπίνως ἡμῖν τὰ περὶ αὐτοῦ διαλέγεται. Οὐ γὰρ ἦν ἑτέρως νοεῖν δύνασθαι τοὺς ἐν ἁπλοῖς καὶ παχέσιν ὄντας σώμασιν. Εἰ μὴ καθάπερ ἐν τάξει παραδειγμάτων παρεκομίσθη τὰ καθ' ἡμᾶς, ἵνα ἐκ τῶν ἐν αἰσθήσει καὶ ὁρατῶν πραγμάτων, κἂν γοῦν ἐκ μέρους νοεῖν ἰσχύσωμεν, τὰ περὶ τῆς θείας τε καὶ ὑπερτάτης οὐσίας, ἣ καὶ πάσης ἐστὶν ἐπέκεινα φαντασίας σωματικῆς. Ἄθρει δὴ ἐν τούτοις ἀνθρωποπρεπῆ γεγονότα τῷ προφήτῃ τὸν λόγον. Οἷα γάρ
B τις ἀνὴρ γυναικὶ σύνοικος, καὶ συνηρμοσμένος, τοῖς Ἰουδαίων δήμοις διαλέγεται, καί φησι περὶ τῆς αὐτῶν μητρός· φημὶ δὴ τῆς ἐπιγείου, καὶ αἰσθητῆς Ἱερουσαλήμ· ἵνα δὴ πάλιν δι' αὐτοῦ, καὶ ὡς ἐν προσώπῳ μιᾶς γυναικὸς τὸ αὐτῶν νοῆται σύστημα. Ὥσπερ γὰρ Ἐκκλησίαν λέγοντες, οὐ ταῖς τῶν τειχῶν περιβολαῖς τὴν τῆς λέξεως δύναμιν ἐπάγειν εἰθίσμεθα, καταδηλοῦμεν δὲ μᾶλλον τῶν ἐν αὐτῇ θεοσεβεῖν ᾐρημένων τὴν εὐαγεστάτην πληθύν· οὕτω κἂν εἴ τις λέγοι τὴν Ἰουδαίων μητέρα, πάλιν οὐδὲν ἧττον αὐτοὺς κατασημαίνει. Οὐκοῦν οὐκ ἐγὼ, φησὶν, ἀποβέβληκα τὴν μητέρα ὑμῶν, καίτοι γεγονὼς αὐτῇ καθάπερ ἐν τάξει νυμφίου, καὶ τὰ τῆς ἐπιεικείας σπέρματα καταβαλὼν διά τε νόμου καὶ προφητῶν·
C ἀπεφοίτησε δὲ μᾶλλον αὐτὴ τῶν εἰς ἐμὲ δικαίων ὀλιγωρήσασα, καὶ μικροῦ παντελῶς ἀξιώσασα λόγου τὸ εἶναι μετὰ Θεοῦ. Ἐπεὶ ποῖον αὐτῇ δέδοται παρ' ἐμοῦ τῆς ἀποστασίας βιβλίον; Ἐκπέμπει μὲν γὰρ οὐδένα Θεὸς τῆς πρὸς αὐτὸν οἰκειότητος· ἀποσείεται δὲ τῶν ὀρθοποδεῖν εἰωθότων οὐδένα· ἀλλ' οἵπερ ἂν εἶεν γνήσιοί τε πρὸς πίστιν, καὶ ἀγαθουργίας ἁπάσης ἐπιστήμονες, τούτοις ἐφίησι τὸ ἐξεῖναι διὰ παντὸς τὴν πρὸς αὐτὸν οἰκειότητα καταπλουτεῖν ἀραρότως. Ἔξω γε μὴν τῆς τοιαύτης ἔρχεται δόξης ὁ γε τοῖς θείοις αὐτοῦ θεσπίσμασιν ἀσυμφυῆ καὶ ἀσύμβατον τὴν διάνοιαν ἔχων, καὶ φιλήδονος ὢν μᾶλλον, ἢ φιλόθεος. Οὐκοῦν ὡς ἐν ἀνδρὸς τάξει, τῇ τῶν Ἰουδαίων συνοικίσας μητρί· Ποῖον, φησὶ, τὸ βιβλίον τοῦ ἀποστασίου τῆς μητρὸς ὑμῶν, ἐν ᾧ ἐξαπέστειλα αὐτήν;
D Οὐ γὰρ ἄν τις ἐπιδείξειε, φησὶν, ἐμὲ μᾶλλον αὐτὴν ἐξώσαντα, καὶ μεμισηκότα, καταγνώσεται δὲ μᾶλλον αὐτῆς, ὡς αὐτόκλητον ἑλομένης τὴν ἀπόστασιν. Τίνι δὲ ὑπόχρεως ὢν πέπρακα ὑμᾶς; Ἕτερον ἐν τούτοις τὸ σχῆμα τοῦ λόγου. Ὡς γὰρ οἰκέταις δεσπότης διαλέγεται. Ἆρα γὰρ, ὡς ἄνθρωπος, φησὶν, ἐν ἐνδείᾳ χρημάτων πεπιεσμένος, καὶ χρεώσταις περιπεσὼν ἀπεδόμην δεσπόταις ἑτέροις οἰκέτας ὄντας ἐμούς; Καίτοι πῶς τοῦτο οὐκ εὔηθες παντελῶς, ἢ νοεῖν, ἢ φράσαι; Πέρα γὰρ ἀνάγκης τὸ Θεῖον, καὶ οὐδὲν ἐπέκεινα τὸ σύμπαν αὐτοῦ. Οὐκοῦν οὐ πέπρακα, φησὶν, οὐδ' ἂν ἐξεδόμην ἑτέροις δεσπόταις, ἀγαπῶντας ἐμὲ, καὶ τῶν ἐμῶν θεσπισμάτων ἀπηρτημένους. Πῶς οὖν ἄρα τὸν τῆς ἑτέρων δουλείας ὑπεμείνατε ζυγόν; Πρόφασις ὑμῖν τοῦ κακοῦ γέγονεν ἡ

ἁμαρτία. Ταύτης γὰρ ἕνεκα κατεκτήσατο πάντας A ὑμᾶς ὁ τῆς ἁμαρτίας πατὴρ, καὶ φαυλότητος πάσης εὑρέτης· καὶ τοὺς τῆς πρὸς Θεὸν οἰκειότητος ἀποπίπτοντας ἁρπάζων εἰς ἑαυτὸν, καὶ τοῖς τῶν κακῶν βόθροις ἐγκαθιεὶς, καὶ εἰς πέταυρον ᾅδου κατακομίζων αὐτούς. Ἕψεται γὰρ πάντως τοῖς ὠλισθηκόσι τῆς πρὸς Θεὸν οἰκειότητος τὸ δεῖν ἀφύκτοις ἐγκαταπείρεσθαι βρόχοις. Δεινὸς γὰρ εἰς πλεονεξίαν ὁ Σατανᾶς, καὶ οὕσπερ ἂν ἴδοι τῶν ἐπὶ γῆς ὀλιγωρεῖν ἑλομένους τοῦ εἶναι μετὰ Θεοῦ, τούτους τοῖς ἰδίοις ὑποφέρει ζυγοῖς, καὶ ἐν τοῖς ἐσχάτοις κατακομίζει κακοῖς, δούλους αὐτοὺς ἀποφαίνων, ἀντ' ἐλευθέρων, καὶ ἐξ ἐνδόξων ἀτίμους. Τοιαῦτα γὰρ ἀεὶ τῆς ἐκείνου σκαιότητος τὰ ὀψώνια.

cidunt, ad se rapit, et in malorum voraginem demittit, et in laqueum orci detrudit. Sequetur enim omnino eos qui lapsi sunt a conjunctione cum Deo, **687** ut inevitabilibus laqueis involvantur. Est enim in occupando vehemens et violentus Satanas: et quos in terra habitantes viderit parviducere esse cum Deo, eos suis jugis subjicit, et in extrema deducit mala, ex liberis eos servos, ex gloriosis inhonoratos reddens. Ejusmodi enim semper sunt ejus sinistræ perversitatis stipendia.

Τί ὅτι ἦλθον, καὶ οὐκ ἦν ἄνθρωπος; Ἐκάλεσα, καὶ οὐκ ἦν ὁ ὑπακούων; Μὴ οὐκ ἰσχύει ἡ χείρ μου τοῦ ῥύσασθαι; Ἰδοὺ τῇ ἀπειλῇ μου ἐξερημώσω B *τὴν θάλασσαν, καὶ θήσω ποταμοὺς ἐρήμους, καὶ ξηρανθήσονται οἱ ἰχθύες αὐτῶν ἀπὸ τοῦ μὴ εἶναι ὕδωρ, καὶ ἀποθανοῦνται ἐν δίψει. Καὶ ἐνδύσω τὸν οὐρανὸν σκότος, καὶ ὡς σάκκον τὸ περιβόλαιον αὐτοῦ.*

VERS. 2, 3. *Quid quoniam veni, et non erat homo? Vocavi, et non erat audiens. Annon poterit manus mea liberare? Ecce comminatione mea desertum faciam mare, et ponam flumina deserta, et arefient pisces eorum, eo quod non sit aqua, et siti morientur. Et induam cœlum tenebris, et quasi cilicium ponam operimentum ejus.*

Τὰ τῆς Σιὼν τέκνα, τουτ' ἔστι, τοὺς ἐξ αἵματος Ἰσραὴλ, καὶ αὐτὴν δὲ τὴν Σιὼν, τὴν ἐπίγειον Ἱερουσαλὴμ δηλονότι, ταῖς σφῶν αὐτῶν ἁμαρτίαις καταπεπρᾶσθαι τε καὶ ἐκβεβλῆσθαι τῆς πρὸς αὐτὸν οἰκειότητος εὖ μάλα διειρηκὼς, ὑπὸ μῶμον ἄγει, καὶ γραφὴν τῆς εἰς λῆξιν ἀπονοίας τε ὁμοῦ καὶ ἀμαθίας. Ἐπιλάμψαντος γὰρ τοῦ Μονογενοῦς μετὰ σαρκὸς τοῖς ἐπὶ τῆς γῆς, καὶ ἐν εἴδει τῷ καθ' ἡμᾶς πεφηνότος, ἀμνημονήσαντες ἀνοσίως, καὶ νόμου, καὶ προφητῶν, C σκληροὶ καὶ ἄτεγκτοι μεμενήκασι, καὶ ἀσχέτως νοσοῦντες τὸ ἐξῄνιον. Οὐ γὰρ ἤθελον εἰδέναι τὸν Λυτρωτὴν, τῆς σωτηρίας τὸν πρύτανιν, τὸν δικαιοῦντα τὸν ἀσεβῆ, καὶ ἁπάσης αἰτίας ἀπαλλάξαι δυνάμενον τοὺς ταῖς ἀνθρωπίναις ἀσθενείαις ἐνειλημμένους. Ἦλθον τοίνυν, φησὶ, τουτ' ἔστιν, ἐνηνθρώπησά τε καὶ ἐπέφανα τοῖς ἐξ Ἰσραὴλ, καὶ οὐκ ἦν ἄνθρωπος ἐν αὐτοῖς, νουνεχὴς δηλονότι, καὶ τὸν τῆς λυτρώσεως καιρὸν εἰδέναι δυνάμενος. Ἐκάλεσα, καὶ οὐκ ἦν ὁ ὑπακούων. Ὡς γὰρ αὐτός που πάλιν φησὶν ὁ προφήτης Ἡσαΐας ἐκ προσώπου τοῦ πάντων ἡμῶν Σωτῆρος Χριστοῦ· «Εὑρέθην τοῖς ἐμὲ ζητοῦσιν, ἐμφανὴς ἐγενόμην τοῖς ἐμὲ μὴ ἐπερωτῶσιν. Εἶπα, Ἰδοὺ εἰμι, τῷ ἔθνει, οἳ οὐκ ἠπίσταντό με. Ὅλην τὴν ἡμέραν ἐξεπέτασα τὰς χεῖράς μου πρὸς λαὸν ἀπειθοῦντα, καὶ ἀντιλέγοντα.» D Ἐν δέ γε τοῖς εὐαγγελικοῖς συγγράμμασι πλειστάχου τὸν Κύριον εὑρήσομεν καλοῦντα πρὸς πίστιν τοὺς ἰδίους [Humfred. legit Ἰουδαίους]· «Δεῦτε πρός με πάντες οἱ κοπιῶντες, καὶ πεφορτισμένοι, κἀγὼ ἀναπαύσω ὑμᾶς. Ἄρατε τὸν ζυγόν μου ἐφ' ὑμᾶς.» Ποτὲ δὲ πάλιν· «Ὁ ἀκολουθῶν ἐμοὶ οὐ μὴ περιπατήσῃ ἐν τῇ σκοτίᾳ, ἀλλ' ἕξει τὸ φῶς τῆς ζωῆς.» Ναὶ μὴν καὶ τὸ πιστεύειν αὐτοῖς ἔγκαρπόν τε καὶ ἐπωφελὲς ἀποφαίνων· «Ἀμὴν λέγω, φησὶν, ὑμῖν, ὅτι ὁ πιστεύων ἔχει ζωὴν αἰώνιον.» Πλείστας δ' ἂν καὶ ἑτέρας φωνὰς ἐπισωρεύσειέ τις τὴν ἴσην ἐχούσας δύναμιν, εἴπερ ἕλοιτο μακρηγορεῖν. Οὐκοῦν ἐκάλεσα, καὶ οὐκ ἦν ὁ ὑπακούων, φησίν. Ἀλλ' ἴσως ἐκεῖνο ἐροῦσιν οἱ διὰ

Liberos Sion, id est, sanguine Israelitico oriundos, ipsamque Sion, terrestrem videlicet Jerusalem, suis ipsorum peccatis divenditos, et ejectos a conjunctione cum ipso, perpulchre disseruit: vocat nunc in reprehensionem et crimen insignis amentiæ simul et inscitiæ. Nam quando Unigenitus illuxit terræ incolis in carne, et in specie nobis simili apparuit, impie et legem et prophetas oblivioni tradiderunt, duri et præfacti manserunt, et intemperanter effrenes fuerunt. Non enim volebant Redemptorem salutis principem agnoscere, qui justificat impium, qui omni crimine liberare potest eos qui humanis impediti sunt infirmitatibus. Veni igitur, inquit, id est, humanitatem indui, et apparui Israelitis: et non erat inter illos homo, videlicet cordatus, et qui redemptionis tempus scire posset. Vocavi, et non erat audiens. Etenim sic iterum ipse Isaias propheta, in persona omnium nostrum Servatoris Christi inquit: «Inventus sum his qui me non quærunt, conspicuus factus sum his qui me non interrogant. Dixi, Ecce adsum genti quæ mihi non credidit. Toto die expandi manus meas ad populum incredulum et contradicentem [31].» In evangelicis etiam scriptis, sæpe inveniemus Dominum vocantem ad fidem Judæos: «Venite ad me, omnes qui laboratis et onerati estis, et ego reficiam vos. Tollite jugum meum super vos. [32]» Rursus alibi: «Qui sequitur me, non ambulabit in **688** tenebris, sed habebit lucem vitæ [33].» Certe illis fructuosum et utile esse declarat ut credant, inquiens: «Amen dico vobis quia qui credit, habet vitam æternam [34].» Et complura alia congerere quis poterit in eamdem sententiam, si quidem voluerit prolixe rem persequi. Itaque vocavi, inquit, sed non erat audiens. Cæterum illud fortassis dicent, qui sic ex insigni amentia offenderunt, duro et præfracto pectore, non valere manum meam orbem terrarum liberare. Atqui vere hic non

[31] Isa. LXV, 1, 2 [32] Matth. XI, 28, 29. [33] Joan. VIII, 12. [34] Joan. VI, 47.

sentiunt. Erat enim, ut dixi, in specie nostri, quamvis Deus esset, Verbum, hominem siquidem induit, carnis propagatione ortum habens ex muliere. Sed qui hoc noverunt, et divinorum ejus mysteriorum profunditatem non ignorarunt, illum omnia posse sciverunt, Deum natura exsistentem, et ad redemptionem orbis terrarum satis habuisse virium. At infideles et inscii accesserunt ad eum, velut ad hominem promiscuum et communem, adeo ut insultarent et dicerent: « De bono opere non lapidamus te, sed propter blasphemiam: quia homo cum sis, tu facis teipsum Deum [35]. » Illis consentaneum erat et cogitare et dicere non valuisse manum ejus terræ incolis subvenire, nec liberare eos qui a diabolo et peccato victi sunt. Sed quando hæc, inquit, reputaveritis, etiam aliquid melius cogitate: non enim sum vestri similis, homo simpliciter, sed Deus potius, factus ad similitudinem ac speciem vestram, dispensationis causa, ut vos a morte et peccato eximerem. Ipse enim qui loquor adsum, qui quondam per Moysem edidi miracula, et ineffabili potentia mare, videlicet Rubrum, divisi. Nam aquis velut murus inductus est, et trajecerunt redempti, et qui Ægyptiacæ servitutis jugum exuerunt. Desertum faciam mare hic dicit, pro, exsiccabo. Ponam autem flumina deserta. Ponam rursus, pro posui, intelligendum. Consistere enim fecit Jordanem, eumque reddit aquis vacuum, dum Jesus traduxit Israelem, et in terram promissionis introduxit. Quod autem ait in aquis pisces exsiccari, intellige ad significandum totum exarefactum esse Jordanem, hoc assumi. Hujus adeo illustris et magni miraculi fecit mentionem etiam divinus David, dicens alicubi: « Quid est tibi,
689 mare, quod fugisti? et tu, Jordanis, quod conversus es retrorsum [36]? » Alibi rursus: « Noverunt te aquæ, Deus, noverunt te aquæ, et timuerunt; turbatæ sunt abyssi, multitudo sonitus aquarum [37]. » De Jordane iterum sic dicit: Tu exsiccasti flumina Ethem, id est, australia. Meminit etiam alterius miraculi, et inquit: Induam cœlum tenebris, et ponam ut saccum operimentum ejus; et rursus, Induam, intelligendum est, pro indui. Meminimus enim sapientissimum Moysen scripsisse: Triduanæ et profundæ Ægyptiacæ regionis tenebræ dispersæ sunt: at nulla res omnino detrimentum Israelitis attulit: quibus erat dies et lux. Quod mirabile est et nulla oratione dici aut explicari potest. Cum igitur, inquit, ille ego sim qui et in carne apparui, et olim mare desertum feci, sive exsiccavi, illudque etiam in fluminibus effeci, et tenebris ingens cœlum amicivi, multisque experimentis planum reddidi, me universorum Dominum esse, nihil non meis viribus præstari: quidni ridiculus sit, vel potius impietatis crimini affinis, si quis velit sentire et dicere non posse manum meam liberare?

A μακρᾶς οὕτω ἀπονοίας προσκεκρουκότες, οἱ σκληρὰν καὶ ἄθραυστον τὴν διάνοιαν ἔχοντες, ὡς οὐκ ἂν ἰσχύσειεν ἡ ἐμὴ χεὶρ ῥύσασθαι τὴν ἐπ' οὐρανόν. Πεφρονήκασι δὲ κἂν τούτῳ τῶν ἀληθῶν οὐδέν. Ἦν μὲν γὰρ, ὡς ἔφην, ἐν εἴδει τῷ καθ' ἡμᾶς, καίτοι Θεὸς ὢν ὁ Λόγος. Ἐνηνθρώπησε δὲ τὴν κατὰ σάρκα ὑπομείνας γέννησιν ἐκ γυναικός. Ἀλλ' οἱ μὲν τοῦτο εἰδότες, καὶ τῶν θείων αὐτοῦ μυστηρίων οὐκ ἀγνοοῦντες τὸ βάθος, ᾔδεσαν ὅτι πάντα δύναται Θεὸς ὢν φύσει, καὶ ἦν ἱκανὸς εἰς λύτρωσιν τῆς ὑπ' οὐρανόν. Οἵ γε μὴν ἄπιστοί τε καὶ ἀμαθεῖς ὡς ἀνθρώπῳ προσῄεσαν κοινῷ, ὥστε καὶ ἐπιπηδῶντάς τε καὶ λέγοντας· « Περὶ καλοῦ ἔργου οὐ λιθάζομέν σε, ἀλλὰ περὶ βλασφημίας, ὅτι σὺ ἄνθρωπος ὢν ποιεῖς σεαυτὸν Θεόν. » Τούτοις ἂν πρέποι καὶ τὸ οἴεσθαί τε, καὶ λέγειν, ὡς B κἂν ἰσχύσειεν ἡ αὐτοῦ χεὶρ ἐπαμῦναι τοῖς ἐπὶ τῆς γῆς, καὶ ῥύσασθαι τοὺς κεκρατημένους ὑπό τε τοῦ διαβόλου, καὶ τῆς ἁμαρτίας. Ἀλλ' ὅταν ταῦτα λογισθήσεσθε, φησὶ, προσενθυμήθητέ τι τῶν ἀμεινόνων· οὐ γάρ εἰμι καθ' ὑμᾶς ἄνθρωπος ἁπλῶς, Θεὸς δὲ μᾶλλον ἐν εἴδει τῷ καθ' ὑμᾶς γεγονὼς οἰκονομικῶς, ἵνα ὑμᾶς ἐξέλωμαι, καὶ θανάτου, καὶ ἁμαρτίας. Αὐτὸς γὰρ ὁ λαλῶν, πάρειμι ὁ πάλαι θαυματουργήσας διὰ Μωσέως, καὶ ἀφράστῳ δυνάμει διελὼν τὴν θάλασσαν, δῆλον δὲ ὅτι τὴν Ἐρυθράν. Ἐπάγη γὰρ ὡς τοῖχος τὰ ὕδατα, καὶ διέβησαν οἱ λελυτρωμένοι, καὶ τῆς ἐν Αἰγύπτῳ θητείας ἀποδυσάμενοι τὸν ζυγόν. Τὸ ἐξερημώσω τὴν θάλασσαν, ἐνθάδε φησὶν, ἀντὶ τοῦ ξηρὰν αὐτὴν ἀπέφηνα. Θήσω δὲ καὶ ποταμοὺς ἐρήμους. Τὸ δέ γε Θήσω πάλιν ἀντὶ τοῦ Τέθεικα νοητέον. Ἔστησε C γὰρ τὸν Ἰορδάνην, καὶ ὑδάτων ἔρημον ἀπέφηνεν αὐτὸν διαβιβάζοντος τοῦ Ἰησοῦ τὸν Ἰσραὴλ, καὶ εἰς τὴν γῆν τῆς ἐπαγγελίας εἰσκομίζοντος. Εἰ δὲ δή φησιν ἀποξηρανθήσεσθαι ἐν τοῖς ὕδασιν ὄντας ἰχθύας, σύνες, ὅτι πρὸς δήλωσιν τοῦ εἰσάπαν κατεξηράνθαι τὸν Ἰορδάνην, παρελήφθη καὶ τοῦτο. Τῆς οὕτω λαμπρᾶς, καὶ μεγάλης θαυματουργίας διαμνημονεύει λέγων καὶ ὁ θεσπέσιος Δαβὶδ ποτὲ μέν· « Τί ἐστί σοι, θάλασσα, ὅτι ἔφυγες, καὶ σὺ, Ἰορδάνη, ὅτι ἐστράφης εἰς τὰ ὀπίσω; » ποτὲ δὲ πάλιν· « Εἴδοσάν σε ὕδατα ὁ Θεὸς, εἴδοσάν σε ὕδατα, καὶ ἐφοβήθησαν. Ἐταράχθησαν ἄβυσσοι, πλῆθος ἤχου ὑδάτων. » Περὶ δὲ τοῦ Ἰορδάνου πάλιν ὧδέ φησι· Σὺ ἐξήρανας ποταμοὺς Ἠθὰμ, τουτέστι, τοὺς ἐν τῷ νότῳ. Διαμέμνηται καὶ ἑτέρας θαυ- D ματουργίας, καί φησιν, ὅτι Ἐνδύσω τὸν οὐρανὸν σκότος, καὶ θήσω ὡς σάκκον τὸ περιβόλαιον αὐτοῦ· καὶ τὸ Ἐνδύσω πάλιν ἀντὶ τοῦ, ἐνέδυσα, νοητέον. Διαμεμνήμεθα γὰρ γεγραφότος τοῦ Μωσέως τοῦ πανσόφου, ὅτι τριήμερος, καὶ βαθὺς τῆς Αἰγυπτίων χώρας κατεσκεδάσθη σκότος, ἠδίκησε δὲ παντελῶς οὐδὲν τοὺς ἐξ Ἰσραήλ. Ἦν γὰρ αὐτοῖς, καὶ ἡμέρα, καὶ φῶς. Παράδοξον δὲ καὶ τοῦτο, καὶ πέρα λόγου παντός. Ὅτε τοίνυν αὐτὸς, φησὶν, ἐκεῖνός εἰμι, καὶ ἐν σαρκὶ πεφηνὼς, ὁ πάλαι τὴν θάλασσαν ἐρημώσας, ἤτοι ξηρὰν ἀποφήνας, ἐργασάμενος δὲ τοῦτο καὶ εἰς ποταμοὺς, καὶ σκότῳ περιβαλὼν τὸν παμμεγέθη τοῦτον οὐρανὸν, καὶ διὰ πείρας αὐτῆς καταστήσας ἐμφανὲς ὅτι τῶν ὅλων εἰμὶ Δεσπότης, ἀνήνυτον δὲ ταῖς δυνάμεσι ταῖς ἐμαῖς παντελῶς οὐδέν,

[35] Joan. x, 33. [36] Psal. cxiii, 5. [37] Psal. lxxvi, 17.

πῶς οὐκ ἂν ὀφείλει γέλωτα, μᾶλλον δὲ δυσσεβείας ὑπομεῖναι γραφὴν, εἴπερ τις ἕλοιτο φρονεῖν τε καὶ λέγειν, οὐκ ἰσχύει ἡ χείρ μου τοῦ ῥύσασθαι;

Κύριος δίδωσί μοι γλῶσσαν παιδείας, τοῦ γνῶναι ἡνίκα δεῖ εἰπεῖν λόγον. Ἔθηκέ με πρωῒ προσέθηκέ μοι ὠτίον ἀκούειν, καὶ ἡ παιδεία Κυρίου ἀνοίγει μου τὰ ὦτα.

Οὐκ ἀπίθανον εἴη ἂν, μᾶλλον δὲ τοῖς τῆς ὀρθότητος λόγοις οὐκ ἀπεοικὸς, τὸ ἐφαρμῶσαι τῷ χορῷ τῶν ἁγίων ἀποστόλων τὰς προκειμένας φωνὰς, ἤγουν ἅπασι τοῖς πιστεύσασιν εἰς τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν τὸν Χριστὸν, καὶ σεσοφισμένοις διὰ τοῦ πνεύματος, καὶ τὸν παρ' αὐτοῦ φωτισμὸν εἰς νοῦν, καὶ διάνοιαν ἐσχηκόσιν ἀμφιλαφῶς, οἳ καὶ ἐν μεθέξει γεγόνασι θείων χαρισμάτων, καὶ τῆς θεοπνεύστου Γραφῆς τὸ βάθος, καθαροῖς διανοίας ὄμμασιν ἴσχυσαν κατιδεῖν, εἴσω τε γεγόνασιν εὐζωΐας εὐαγγελικῆς εὐτεχνίας, καὶ συνέσεως ἁγιοπρεποῦς. Οὗτοι δὴ οὖν χαριστηρίους ᾠδὰς ἀνατείνοντες δεδόσθαι φασὶν ἐν ἑαυτοῖς γλῶσσαν παιδείας, τοῦτ' ἔστι, τὸ εὐπαιδεύτως δύνασθαι λαλεῖν, καὶ ἀνεπιπλήκτως τὰ θεῖα διατρανοῦν μυστήρια, πηνίκα τε καὶ ὅπως προσήκει κεχρῆσθαι τοῖς τῆς παρακλήσεως λόγοις. Ὃ δὴ καὶ ἔπραττον οἱ θεσπέσιοι μαθηταὶ κατασωρεύσαντες μὲν εἰς νοῦν, καὶ καρδίαν, ὑγιᾶ καὶ ἀμώμητον τὴν τῆς εἰς Χριστὸν πίστεως γνῶσιν, ἑκάστῳ γε μὴν τῶν προσιόντων τοῖς θείοις κηρύγμασι τὸν αὐτῷ πρέποντα καὶ κατάλληλον προϊσχόμενοι λόγον. Τοῖς μὲν γὰρ ἔτι νηπίοις οἷον ἐν τάξει γάλακτος τὸν τῆς ἁπλῆς κατηχήσεως εὖ μάλα προσάγονται λόγον, τοῖς γε μὴν εἰς ἄνδρα τέλειον καταντήσασιν, ἀφιγμένοις δὲ καὶ εἰς μέτρον ἡλικίας τοῦ πληρώματος τοῦ Χριστοῦ τὸν στερεὸν καὶ τροφιμώτατον. Γλῶσσα δὴ οὖν αὕτη παιδείας, καὶ χάρισμα τοῦ γνῶναι, ἡνίκα δεῖ εἰπεῖν λόγον. Τεθεῖσθαι δὲ αὐτούς φασιν καὶ πρωῒ, τοῦτ' ἔστιν, εἰς νοῦν, καὶ καρδίαν ἡμέρας διαύγασμα, ἔλλαμψιν θείου καὶ νοητοῦ φωτὸς ἀνατολὴν ἑωσφόρου. Καὶ τοῦτο πάλιν εἰσόμεθα τοῦ μακαρίου Παύλου γεγραφότος ὡδί· «Εὐχαριστοῦντες τῷ Θεῷ καὶ Πατρὶ, ὃς ἐῤῥύσατο ἡμᾶς ἐκ τῆς ἐξουσίας τοῦ σκότους, καὶ μετέστησεν εἰς τὴν βασιλείαν τοῦ Υἱοῦ τῆς ἀγάπης αὐτοῦ ἐν τῷ φωτί.» Ὁ μὲν γὰρ Θεὸς τοῦ αἰῶνος τούτου ἐτύφλωσε τὰ νοήματα τῶν ἀπίστων εἰς τὸ μὴ διαυγάσαι τὸν φωτισμὸν ἐν αὐτοῖς τοῦ Εὐαγγελίου τοῦ Χριστοῦ. Ἡμῖν δὲ ὁ τῆς δικαιοσύνης ἀνέσχεν ἥλιος, φωτὶ τῷ θείῳ περιαστράπτων τὸν νοῦν, ὥστε καὶ υἱοὺς ἡμᾶς φωτὸς καὶ ἡμέρας εἶναί τε καὶ ὀνομάζεσθαι. Εἶτά φησι, Προσέθηκέ μοι ὠτίον τοῦ ἀκούειν, καὶ ἡ παιδεία Κυρίου ἀνοίγει μου τὰ ὦτα. Προσηκάμενοι γὰρ τὴν πίστιν τὴν εἰς Χριστὸν, καὶ τὸν παρ' αὐτοῦ πλουτήσαντες φωτισμὸν, ἐσχήκαμεν ὠτίου προσθήκην, τοῦτ' ἔστιν, ἀκοῆς δύναμιν ἀσυνήθους, ἢ πάλαι. Ἰουδαῖοι μὲν γὰρ τὸν νόμον ἀναγινώσκοντες, οὐχ ὑπερτρέχουσι τὴν σκιὰν, ἀλλ' ἐνιζάνουσι τοῖς τύποις ψιλοῖς τε καὶ μόνοις. Ψυχικὸς γὰρ ἄνθρωπος οὐ δέχεται τὰ τοῦ πνεύματος τοῦ Θεοῦ, καθὰ γέγραπται. Ἡμεῖς γὰρ τὸν νόμον παιδαγωγὸν εἶναι πιστεύοντες, ἡνίκα ἂν τὰ διὰ Μωσέως εἰς οὖς δεξώμεθα, συνίεμεν ἑτέραις

A Vers. 4, 5. *Dominus dat mihi linguam disciplinæ, ut sciam quando oporteat me loqui verbum. Posuit mihi summo mane, apposuit mihi aurem ad audiendum, et disciplina Domini aperit mihi aures.*

Non est dissentaneum, imo rectissimæ orationi valde consentaneum est, ut choro sanctorum apostolorum hæc applicemus, vel etiam omnibus qui in Dominum nostrum Jesum Christum credunt, et qui spiritu eruditi sunt, et inde animum et mentem copiose illustratam habent, quique divinorum charismatum participes facti sunt, et Scripturæ divinitus inspiratæ profunditatem puris animi oculis valuerunt contemplari; et qui rectam evangelicamque vivendi rationem, qui prudentiam, qui cognitionem consecuti sunt sanctis accommodam. Hi
B ergo odas gratulatorias cantantes, dicunt sibi linguam disciplinæ esse datam, id est, ut scienter loqui possint, et inculpate divina explicare mysteria: quando et quomodo consolationis sermonibus uti oporteat. Quod quidem fecerunt divini discipuli,
690 animos et corda, sana et immaculata fidei christianæ cognitione quasi complentes, et cumulantes, unicuique eorum, qui ad divinam prædicationem accesserunt, sermonem alium atque alium, prout sibi conveniebat, ingerentes. Nam parvulis adhuc tanquam lac simplicis institutionis, seu catecheseos sermonem optime proposuerunt: in virum autem perfectum occurrentibus, et ad mensuram ætatis plenitudinis Christi pervenientibus, cibum dede-
C runt solidum, et ad nutriendum aptissimum. Hæc itaque fuit lingua disciplinæ, et donum scientiæ, quando oportet sermonem loqui, additum sibi aiunt mane, id est, in animo et corde diei splendorem, divinæ et intelligibilis lucis illustrationem, luciferi ortum. Idque rursus intelligemus, beato Paulo scribente sic: « Gratias agentes Deo et Patri, qui eripuit nos a potestate tenebrarum, et transtulit ad regnum cœlestis charitatis suæ, in luce[37]. » Deus enim sæculi hujus excæcavit sensus infidelium, ne illuminatio Evangelii Christi illis resplenderet: nobis autem sol justitiæ exortus est, mentes divina luce circumfulgens, ut nos filii lucis et diei simus et nominemur. Deinde addit: Apposuit mihi aures ad audiendum, et disciplina Domini aperit meas aures.
D Nam ubi fidem in Christum admiserimus, et illuminatione ab illo ditati fuerimus, auris appositionem habemus, id est, facultatem ac virtutem auditus, insoliti nec usitati. Judæi enim legem olim legentes, umbram non transgrediuntur, sed typis assident, nudis et solis. Animalis enim homo non capit ea quæ sunt spiritus divini, sicuti scriptum est. Nos enim legem pædagogum esse credentes, cum illa Mosaica in aurem admittimus, eadem aliis auribus intelligimus, transferimusque figuras ad veritatem, et umbram in spiritualis contemplatio-

[37] Colos. i, 12.

nis occasionem vertimus. Habemus igitur aurium appositionem. Disciplina enim per Christum, id est, prædicatio evangelica et ejus mystagogia, docet legem spiritualiter intelligere, et aperit velut aures eorum qui in illum crediderunt, cum hoc Israelitæ non haberent. Alloquitur itaque eos Dominus noster Jesus Christus: « Scrutamini Scripturas, quia in illis putatis vos æternam vitam habere, et illæ sunt quæ testificantur de me: nec voluistis ad me **691** venire, ut vitam habeatis [37**]. » Scribitque de illis sapientissimus Paulus: « Quando legitur Moyses, velamentum eorum cordibus imponitur, neque detegetur quod per Christum abolebitur [38]. »

A ἀκοαῖς αὐτὰ, μεθιστάντες τοὺς τύπους εἰς ἀλήθειαν, καὶ πνευματικῆς θεωρίας πρόφασιν ποιούμενοι τὴν σκιάν. Ἐσχήκαμεν οὖν ὠτίων προσθήκην. Ἡ γὰρ διὰ Χριστοῦ παιδεία, τοῦτ' ἔστι, τὸ κήρυγμα τὸ εὐαγγελικὸν, καὶ ἡ δι' αὐτοῦ μυσταγωγία, πνευματικῶς ἀναπείθει νοεῖν τὸν νόμον. Ἀνευρύνει ὥσπερ τὰ ὦτα τῶν πιστευσάντων εἰς αὐτὸν, οὐκ ἐχόντων τοῦτο τῶν ἐξ Ἰσραήλ. Ἔφη γοῦν ὁ μὲν Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς πρὸς αὐτούς· « Ἐρευνᾶτε τὰς Γραφὰς, ὅτι ἐν αὐταῖς δοκεῖτε ὑμεῖς ζωὴν αἰώνιον ἔχειν, καὶ αὗταί εἰσιν αἱ μαρτυροῦσαι περὶ ἐμοῦ, καὶ οὐ θέλετε ἐλθεῖν πρός με ἵνα ζωὴν ἔχητε. » Γράφει δὲ περὶ αὐτῶν ὁ πάνσοφός τε καὶ θεσπέσιος Παῦλος, ὅτι « Ἡνίκα ἀναγινώσκηται Μωσῆς, κάλυμμα ἐπὶ τὴν καρδίαν αὐτῶν κεῖται, μὴ ἀνακαλυπτόμενον, ὅτι ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ Κυρίῳ ἡμῶν καὶ Λυτρωτῇ καταργεῖται. »

ORATIO V.

VERS. 6, 7. *Ego autem non renuo, neque contradico. Dorsum meum præbui ad flagella, ac genas meas ad alapas, neque faciem meam averti ab ignominia sputorum, et Dominus auxiliator mihi factus est. Propterea non sum confusus, sed posui faciem meam sicut firmam petram, et novi quoniam non confundar, quia prope est qui justi. cat me.*

Ex his quæ supra jam lecta sunt et excussa, plurimum invectus est in Judæorum inobedientiam. Dixit enim: Veni, et non erat homo: et vocavi, nec erat audiens. Interim persona eorum qui fidem amplexati sunt interjecta est, qui dixerunt: Dominus mihi dat linguam disciplinæ, ut sciam quando oporteat sermonem loqui, et quæ post hæc illata sunt, qui etiam gratulabundas voces resonabant. Rursus intercurrit persona ipsius Christi, suam obedientiam Judæorum contumaciæ opponentis, ut omnino eos Dei hostes esse convincat, eosque qui superbum et durum collum tollunt, ad salutem vocantis. Ego enim vocavi, inquit, nec erat audiens. Desides facti sunt, ad obediendum tardi, et ignari, atque inepti ad intelligendum quid ipsis in rem futurum sit: quibusque modis verisimile erat posse eos, et quidem nullo labore, cum tyrannidem peccati, tum diabolicæ perversitatis insidias effugere: sed hi renuerunt. Ego autem non renui, nec contradico. Nam cum Deus et Pater vellet summatim comprehendere omnia in me, tum cœlestia, tum etiam terrestria: demisi me ut exinanirem meipsum, et ad humanæ mendicitatis descendi mensuram, homo apparens, ut obediens essem usque ad mortem, et quidem mortem crucis. **692** Præbui igitur tergum meum ad verbera, et genas meas ad alapas. Faciem autem meam non averti ab ignominia sputorum. Hoc enim ei contigit pati, cum et Judæorum ignorantia in illum debaccharetur, et Pilatus plagis laceraret, et ex impiis ministris unus contumeliose tractaret, cæderetque, et reliqui despuerent. Verum hic unicus

B

ΛΟΓΟΣ Ε'.

Ἐγὼ δὲ οὐκ ἀπειθῶ, οὐδ' ἀντιλέγω. Τὸν νῶτόν μου δέδωκα εἰς μάστιγας, τὰς δὲ σιαγόνας μου εἰς ῥαπίσματα, τὸ δὲ πρόσωπόν μου οὐκ ἀπέστρεψα ἀπὸ αἰσχύνης ἐμπτυσμάτων, καὶ ὁ Κύριος ἐγενήθη βοηθός μου. Διὰ τοῦτο οὐκ ἐνετράπην, ἀλλ' ἔθηκα τὸ πρόσωπόν μου ὡς στερεὰν πέτραν, καὶ ἔγνων ὅτι οὐ μὴ αἰσχυνθῶ, ὅτι ἐγγίζει ὁ δικαιώσας με.

Διὰ τῶν ἤδη προανεγνωσμένων, ἤτουν προεξητασμένων, πλείστην ὅσην πεποίηται τῆς Ἰουδαίων ἀπειθείας τὴν καταβοήν. Ἔφη γὰρ ὅτι Ἦλθον καὶ οὐκ ἦν ἄνθρωπος, ἐκάλεσα, καὶ οὐκ ἦν ὁ ὑπακούων, παρεισβεβληκότος δὲ μεταξὺ τοῦ προσώπου τῶν προσ-
C ηκαμένων τὴν πίστιν, καὶ λέγοντος· Κύριος δίδωσί μοι γλῶσσαν παιδείας τοῦ γνῶναι ἡνίκα δεῖ εἰπεῖν λόγον, καὶ τὰ τούτοις ἐπενηνεγμένα, καὶ χαριστηρίους ἀνατεινάντων φωνάς. Εἰστρέχει πάλιν τὸ αὐτοῦ πρόσωπον τοῦ Χριστοῦ, τὴν ἰδίαν ὑπακοὴν ταῖς Ἰουδαίων ἀπονοίαις ἀντιπαρατιθέναι σπουδάζοντος, ἵν' ὁλοτρόπως αὐτοὺς θεομισεῖς ὄντας ἐλέγξῃ, γαῦρόν τε καὶ ἀπηνῆ τῷ καλοῦντι πρὸς σωτηρίαν ὑψοῦντας αὐχένα. Ἐγὼ μὲν γὰρ κέκληκα, φησὶ, καὶ οὐκ ἦν ὁ ὑπακούων. Ὀκνηροὶ γεγόνασι πρὸς εὐπείθειαν, βραδεῖς καὶ ἀσύνετοι παντελῶς εἴς γε τὸ χρῆναι νοεῖν τὸ τελοῦν εἰς ὄνησιν αὐτοῖς, καὶ τὰ δι' ὧν ἦν εἰκὸς διαδρᾶναι δύνασθαι, καὶ λίαν ἀμογητὶ, καὶ τῆς ἁμαρτίας τὴν τυραννίδα, καὶ τῆς διαβολικῆς σκαιότητος τὰς ἐπιβουλάς. Ἀλλ' αὐτοὶ μὲν ἠπείθησαν, ἐγὼ δὲ οὐκ
D ἀπειθῶ. Ἐθελήσαντος γὰρ τοῦ Θεοῦ, καὶ Πατρὸς ἀνακεφαλαιώσασθαι τὰ πάντα ἐν ἐμοὶ, τά τε ἐν τῷ οὐρανῷ καὶ ἐπὶ τῆς γῆς, καθῆκα πρὸς κένωσιν ἐμαυτὸν, καὶ ἐν τοῖς τῆς ἀνθρωπίνης πτωχείας καταπεφοίτηκα μέτροις, ἄνθρωπος πεφηνὼς ἵνα ὑπήκοος γένωμαι, καὶ μέχρι θανάτου, θανάτου δὲ σταυροῦ. Δέδωκα τοίνυν τὸν νῶτόν μου εἰς μάστιγας, τὰς δὲ σιαγόνας μου εἰς ῥαπίσματα. Τὸ δὲ πρόσωπόν μου οὐκ ἀπέστρεψα ἀπὸ αἰσχύνης ἐμπτυσμάτων. Ταυτὶ γὰρ αὐτῷ συνέβη παθεῖν, τῆς Ἰουδαίων ἀπαιδευσίας ἐμπαροινούσης αὐτῷ, καὶ Πιλάτου μὲν μάστιξι καταξαίνοντος, ἑνὸς δὲ τῶν ἀνοσίων ὑπηρετῶν ὑβρίσαντος,

[37**] Joan. v, 39, 40. [38] II Cor. III, 15, 16.

καὶ ῥαπίσαντος, καὶ κατεμπτυόντων ἑτέρων. Ἀλλ' ἦν A εἷς ὁ σκοπὸς τῷ πάσχοντι τὸ εἰς πέρας διεξαγαγεῖν τὸ ἀγαθὸν θέλημα τοῦ Πατρός. Καὶ γοῦν ἔφη που Χριστὸς, ὅτι «Καταβέβηκα ἐκ τοῦ οὐρανοῦ, οὐχ ἵνα ποιῶ τὸ θέλημα τὸ ἐμὸν, ἀλλὰ τὸ θέλημα τοῦ πέμψαντός με Πατρός.» Τοῦτο δὲ τὸ θέλημά ἐστι τοῦ πέμψαντός με, «Ἵνα πᾶν ὃ δέδωκέ μοι, μὴ ἀπολέσω ἐξ αὐτοῦ, ἀλλὰ ἀναστήσω αὐτὸν ἐν τῇ ἐσχάτῃ ἡμέρᾳ.» Οὐκοῦν ὑπέρ γε τοῦ κατορθῶσαι τοῖς εἰς αὐτὸν πιστεύουσι τὴν ζωὴν, οὐχ ὕβρεις, οὐ μάστιγας, οὐκ ἐμπτυσμάτων πεῖραν ἀπόβλητον ἐποιήσατο, καίτοι Θεὸς ὢν φύσει, καὶ Κύριος ἀληθινός. Εἶτά φησιν ὡς ἄνθρωπος, Καὶ Κύριος βοηθός μου ἐγενήθη, διὰ τοῦτο οὐκ ἐνετράπην, ἀλλ' ἔθηκα τὸ πρόσωπόν μου ὡς στερεὰν πέτραν, καὶ ἔγνων ὅτι οὐ μὴ αἰσχυνθῶ ὅτι ἐγγίζει ὁ δικαιώσας με. Διαλέγεται μὲν οὖν ἀνθρω- B πίνως, ὡς ἔφην, καὶ κατ' οὐδένα τρόπον ἀπεοικότως τοῖς τῆς κενώσεως μέτροις. Πλὴν ἔοικεν ὑπαινίττεσθαι διὰ τούτων τῶν λόγων τὴν τοῖς λόγοις ἐγκατασκήψασαν δίκην, τῆς εἰς αὐτὸν δυσσεβείας ἕνεκα. Γέγονε γάρ, φησὶ, Κύριος βοηθός μου. Ὅμοιον, ὡς εἰ λέγοι, Δόντος μου τὸν νῶτον εἰς μάστιγας, τὰς δὲ σιαγόνας μου εἰς ῥαπίσματα, πεπονθότος δὲ καὶ τὰ ἐπὶ τῷ σταυρῷ πάθη, γέγονε βοηθὸς ὁ Πατήρ. Ἐπήμυνε γάρ, καὶ οὐ συγκεχώρηκεν εἰς τὸ παντελὲς ἐντραπῆναι τὸν ἴδιον Υἱὸν, οὔτε μὴν καὶ καταισχυνθῆναι. Τετιμώρηνται γάρ, καὶ τῶν εἰς ἐμὲ πλημμελημάτων ἐκτετίκασι δίκας οἱ θεομαχῆσαι τολμήσαντες. Ἐπενεγκὼν δὲ ὅτι Ἐγγίζει ὁ δικαιώσας με, C πάλιν ὑπέφηνεν ἀστείως, οὐκ εἰς μακρὰν, οὐδ' εἰς ἀνάβλησιν τὰ τῆς δίκης δραμεῖται τῶν εἰς αὐτὸν πεπαρῳνηκότων, ἀλλ' οἷον ἐγγὺς, καὶ κατὰ πόδας βαδιεῖται τῶν ἐγχειρημάτων. Δεδικαιῶσθαι δέ φαμεν τὸν Υἱὸν κατὰ τοιόνδε τινὰ τρόπον. Ἐπειδὴ γὰρ ὄντα δίκαιον, καὶ κατ' οὐδένα τρόπον, ὡς ἔνοχον γεγονότα πταίσμασιν ἀποκτεῖναι τετολμήκασι, τετιμώρηνται, καθάπερ ἔφην, καὶ ἡ τῶν πεπονθότων κόλασις τὸ ἀνεύθυνον παντελῶς μεμαρτύρηκε τῷ παρ' αὐτῶν ἀνοσίως ἐξυβρισμένῳ. Ἔφη τι τοιοῦτον ὁ Θεὸς καὶ Πατήρ «Καὶ δώσω τοὺς πονηροὺς ἀντὶ τῆς ταφῆς αὐτοῦ, καὶ τοὺς πλουσίους ἀντὶ τοῦ θανάτου αὐτοῦ.» Πλουσίους δὲ καὶ πονηρούς, τοὺς τῶν Ἰουδαίων καθηγητὰς ὀνομάζει. Φιλοχρηματίαν γὰρ νοσοῦντες ἐσχάτην, κατεκομίσθησαν δι' αὐτῆς, εἰς τὴν ἐπ' αὐτῷ πονηρίαν. Καίτοι γὰρ ἐπεγνωκότες αὐτὸν ἔφασκον· «Οὗτός ἐστιν ὁ κληρονόμος· δεῦτε, ἀποκτείνωμεν, καὶ σχῶμεν ἑαυτοῖς τὴν κληρονομίαν αὐτοῦ.»

erat scopus patientis, ut voluntatem bonam Patris exsequeretur. Siquidem Christus dixit: «Descendi de cœlo, non ut faciam voluntatem meam, sed voluntatem ejus qui misit me: ut ex omni quod dedit mihi, nihil perdam, sed resuscitem illud in extremo die [38].» Itaque quo procuraret his qui in ipsum credunt vitam, non contumelias recusavit, non verbera, non sputorum tentationem, quantumvis Deus esset natura et verus Dominus. Ait deinde ut homo: Dominus mihi adjutor factus est. Propterea non sum confusus, sed posui faciem meam sicut firmam petram. Et cognovi me nulla ignominia affectum iri, quia prope est qui me justificat. Disserit igitur, uti dixi, humano more, et semper exinanitionis mensuræ congruenter. Verum his verbis subindicare videtur supplicium quod illis impietatis in ipsum ergo incumbit. Factus est enim, inquit, Dominus mihi auxiliator. Perinde est ac si dicat: Cum darem tergum meum ad verbera, et genas meas ad alapas, et passionem crucis paterer, factus est auxiliator Pater. Succurrit enim, neque concessit ut Filius suus prorsus rubore afficeretur ac pudefieret. Nam supplicio affecti sunt, et delictorum suorum in me pœnas solverunt, qui ausi sunt cum Deo pugnare. Cum adjungit: Prope est qui me justificat, eleganter rursus innuit pœnam in illum bacchantium non abesse procul, nec deinde procrastinandam, sed velut prope esse, et ipsorum factorum comitem fore quasi et pedisequam. Justificari autem dicimus Filium, quodammodo: Cum enim justum et nullo modo criminibus affinem occidere ausi fuissent, ut dixi, supplicio affecti sunt; et punitio eorum qui passi sunt, illius testatur innocentiam qui ab illis contumeliose exagitatus est et impie. Cujusmodi est quod dixit Deus et Pater: «Et dabo malos pro **693** sepultura ejus, et divites pro morte ejus [39].» Divites et malos, Judæorum duces nominat. Etenim cupiditate incredibili ardentes, propterea in hanc detrusi sunt malitiam. Nam licet agnovissent illum, dixerunt: «Hic est hæres: venite, occidamus eum, et occupemus nobis ipsis hæreditatem ejus [39*].»

Τίς ὁ κρινόμενός μοι; ἀντιστήτω ἅμα. Τίς ὁ D *κρινόμενός μοι; ἐγγισάτω μοι.*

Vers. 8. *Quis est qui litigat mecum? resistat mihi simul. Et quis mecum litigat? appropinquet mihi.*

Ὅτι μὲν δίκαιος, καὶ ἀθῷος ὢν παντελῶς· οὐ γὰρ ἐποίησεν ἁμαρτίας· τὰς ἐκ τῶν Ἰουδαίων ὑπέστη παροινίας, πιστώσεται λέγων καὶ αὐτὸς ὁ θεσπέσιος προφήτης περὶ αὐτοῦ· «Ἴδετε ὡς ὁ δίκαιος ἀπώλετο, καὶ οὐδεὶς ἐκδέχεται τῇ καρδίᾳ.» Καὶ πάλιν ὡς ἐκ προσώπου τῶν Ἰουδαίων περὶ αὐτοῦ· «Δήσωμεν τὸν δίκαιον, ὅτι δύσχρηστος ἡμῖν ἐστι.» Καὶ αὐτὸ δὲ τὸ χρῆμα διαβοήσειεν ἄν. Τὴν γάρ τοι θείαν, καὶ ἀκήρατον τοῦ λόγου φύσιν, πῶς ἦν ἐφικτὸν ἁμαρ-

Quod justus et plene insons sit, nec fecerit illa peccata quæ Judæi ex debacchatione illi impegerunt, confirmabit ipsemet etiam divinus propheta Isaias, dicens de eo: «Videte quia justus periit, et nemo attendit [40].» Et iterum velut in persona Judæorum de eo: «Ligemus justum, quia inutilis est nobis [41].» Hoc etiam res ipsa clamat. Etenim divina et sincera verbi natura, ut ab eo quod decorum ipsique conveniens est aberret, delicti-

[38] Joan. vi, 38, 39. [39] Isa. liii, 9. [39*] Matth. i, 38. [40] Isa. lvii, 1. [41] Sap. ii, 12.

que maculam concipiat, fieri non potest. Dictum siquidem est, de omnium nostrum Servatore Christo: « Peccatum non novit, neque inventus est dolus in ore ejus [62]. » Cum igitur insontem se dicat et justum sustinuisse a Judaica Synagoga insidias, necessario eos qui vel omnino ignorarunt ejus innocentiam, vel nihil in illum indigne factum esse, sed juste ea in cruce perpessum esse existimarunt, alloquitur et inquit: Quis est qui litigat mecum? resistat mihi simul. Simile huic est quod ab ipso Christo dictum est diserte, Scribis et Pharisæis: « Quis ex vobis arguet me de peccato? Si veritatem loquor, quare vos non creditis mihi [63]? » Quamvis enim factum fuerit sicuti nos, unigenitum Dei Verbum, eamdemque prorsus induerit similitudinem, tamen hac quoque ratione creditur is solus naturam habere nostra sublimiorem. Cum namque omnes homines subjecti sint offensis et delictis, nemoque sit cujus vita reprehensione omni ex parte careat: hic solus etiam, cum homo factus est, divinam sibi retinuit dignitatem. Nam Dei natura merito censeri potest major quam ut possit delinquere. Itaque etiam dixit: « Venit princeps hujus mundi, et in me non inveniet quidquam [64]. » Nam qui **694** factus est similis nostri, ut nos a peccati laqueis eximeret, quomodo ille nobiscum peccati convinceretur, vel quomodo in reprehensione omnes in ipsum credentes vindicat? « Deus enim est qui justificat, quis est qui condemnet [65]? »

A τῆσαι τοῦ πρέποντός τε καὶ ἐοικότος αὐτῇ, καὶ μῶμον ὑποστῆναι πλημμελήματος; Εἴρηται γοῦν περὶ τοῦ πάντων ἡμῶν Σωτῆρος Χριστοῦ, ὅτι « Ἁμαρτίαν οὐκ ἐποίησεν, οὐδὲ εὑρέθη δόλος ἐν τῷ στόματι αὐτοῦ. » Οὐκοῦν ἐπειδήπερ ἀθῷον ἑαυτὸν ὄντα, καὶ δίκαιόν φησιν, ὑπομεῖναι τὰς ἐκ τῆς Ἰουδαίων Συναγωγῆς ἐπιβουλὰς, ἀναγκαίως τούτοις οὐκ εἰδόσιν αὐτοῦ τὸ εἰσάπαν εἰλικρινὲς ἢ τάχα που, καὶ οἰηθεῖσιν, ὅτι πέπρακταί τι τῶν ἀτόπων αὐτῷ, πέπονθε δὲ, καὶ ἐν δίκῃ, τὰ ἐπὶ τῷ σταυρῷ, προσδιαλέγεται, καί φησι· Τίς ὁ κρινόμενός μοι; ἀντιστήτω μοι ἅμα. Ἔοικε τούτῳ τὸ παρ' αὐτοῦ τοῦ Χριστοῦ σαφῶς εἰρημένον τοῖς Γραμματεῦσι, καὶ Φαρισαίοις· « Τίς ἐξ ὑμῶν ἐλέγξει με περὶ ἁμαρτίας; Εἰ ἀλήθειαν λέγω, διὰ τί ὑμεῖς οὐ πιστεύετέ μοι; » Καίτοι γὰρ
B γεγονὼς καθ' ἡμᾶς ὁ μονογενὴς τοῦ Θεοῦ Λόγος, καὶ τὴν κατὰ πᾶν ὁτιοῦν ὁμοίωσιν ὑποδὺς, κατ' αὐτὸ δὴ οὖν τουτὶ καὶ μόνον ἐπέκεινα τῆς καθ' ἡμᾶς φύσεως γενέσθαι πεπίστευται. Ὑποκειμένου γὰρ ἀνθρώπου παντὸς πταίσμασί τε καὶ πλημμελήμασι, καὶ οὐδενὸς τὸ παράπαν ἀμώμητον ὁλοτρόπως ἐσχηκότος τὴν ζωήν· μόνος αὐτὸς, καὶ ὅτε γέγονεν ἄνθρωπος τὸ θεοπρεπὲς ἀξίωμα τετήρηκεν ἑαυτῷ. Θεοῦ γὰρ φύσις τοῦ πλημμελεῖν ἐπέκεινα νοοῖτο ἂν εἰκότως. Τοιγαροῦν καὶ ἔφασκεν, ὅτι « Ἔρχεται ὁ ἄρχων τοῦ κόσμου τούτου, καὶ ἐν ἐμοὶ εὑρήσει οὐδέν. » Ὁ γὰρ γενόμενος καθ' ἡμᾶς, ἵνα ἡμᾶς ἐξέληται τῶν τῆς ἁμαρτίας βρόχων, πῶς ἂν αὐτὸς ἥλω μεθ' ἡμῶν, ἢ πῶς γέγονεν ὑπὸ μῶμον καὶ γραφὴν, ὁ γραφῆς ἀπαλλάττων καὶ μώμου πάντας τοὺς πιστεύσαν-
C τας εἰς αὐτόν; « Θεὸς γὰρ ὁ δικαιῶν, τίς ὁ κατακρίνων; »

VERS. 9. *Ecce Dominus adjuvabit me: quis male afficiet me? Ecce omnes vos sicut vestimentum veterascetis, et quasi tinea comedet vos.*

Ἰδοὺ Κύριος βοηθεῖ μοι· τίς κακώσει με; Ἰδοὺ πάντες ὑμεῖς ὡς ἱμάτιον παλαιωθήσεσθε, καὶ ὡς σὴς καταφάγεται ὑμᾶς.

Duo hoc uno docere vult eos qui impia hac et injusta contra illum laborabant invidia: tum utilia, tum necessaria. Primum, irritum fore prorsus consilium contra eum nefariumque facinus; deinde, acerbas et intolerandas pœnas eos qui in illum deliquerunt, esse daturos. Putarunt enim posse se morti tradere, ducem vitæ Dominum. Cæterum, ut Psaltes ait: « Consultarunt consilium quod non poterunt stabilire [66]. » Etenim fieri non potuit, cum vita ipse esset, eum a morte vinci. Excitatus est igitur potentia Dei et Patris, quemadmodum scriptum est, nec est infirmus, in quantum intelligitur Verbum et Deus, ut non possit, inquam, carnis suæ corruptionem abjicere; sed quia homo factus est, idque visus est a Patre accepisse. Omnia enim homini a Deo data sunt. Nam quod Deus et Pater per ipsum mortis imperium abolevit, ex resurrectione a mortuis perspicuum esse potest, cum dicit Judæorum turbæ: « Solvite templum hoc, et in tribus diebus excitabo illud [67]. » At quia quod supra manum et naturam est hominis, id in more est personæ Patris attri-

Δύο κατὰ ταυτὸν διδάξαι βούλεται χρήσιμά τε καὶ ἀναγκαῖα τοὺς τὸν δυσσεβῆ, καὶ ἄδικον κατ' αὐτοῦ νοσήσαντας φθόνον. Πρῶτον μὲν ὅτι πάντῃ τε καὶ πάντως ἀπρακτήσειεν ἂν ἡ κατ' αὐτοῦ σκέψις, καὶ τὸ μιαιφόνον ἐγχείρημα. Εἶτα ὅτι πικράς τε καὶ ἀφορήτους τῶν εἰς αὐτὸν πεπλημμεληκότων πραχθήσονται δίκας· ᾠήθησαν μὲν γὰρ δύνασθαι θανάτῳ περιβαλεῖν ἀρχηγὸν ὄντα ζωῆς τὸν Κύριον. Ἀλλ' ὡς ὁ Ψάλλων φησὶν, « Ἐβουλεύσαντο βουλὴν, ἣν οὐ μὴ
D δύνωνται στῆσαι. » Καὶ γὰρ ἦν ἀμήχανον ζωὴν ὄντα αὐτὸν κρατεῖσθαι θανάτου. Ἐγήγερται οὖν τῇ δυνάμει τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς, καθὰ γέγραπται, καὶ οὐκ ἀτονήσας αὐτὸς, καθὸ νοεῖται Λόγος καὶ Θεὸς, εἴς γε τὸ δύνασθαί φημι τῆς ἑαυτοῦ σαρκὸς ἀποσοβῆσαι τὴν φθορὰν, ἀλλ' ὅτι γέγονεν ἄνθρωπος, καὶ τοῦτο δέχεσθαι δοκῶν παρὰ τοῦ Πατρός. Πάντα γὰρ ἀνθρώπῳ θεόσδοτα. Ὅτι γὰρ ὁ Θεὸς, καὶ Πατὴρ δι' αὐτοῦ κατήργηκε τὸ τοῦ θανάτου κράτος, διὰ τῆς ἐκ νεκρῶν ἀναστάσεως αὐτοῦ, σαφὲς ἂν γένοιτο λέγοντος αὐτοῦ ταῖς τῶν Ἰουδαίων ἀγέλαις· « Λύσατε τὸν ναὸν τοῦτον καὶ ἐν τρισὶν ἡμέραις ἐγερῶ αὐτόν. » Ἐπειδὴ δὲ τὰ ὑπὲρ ἀνθρώπου χεῖρά τε καὶ φύσιν, ἔθος αὐτῷ

[62] I Petr. II, 22. [63] Joan. VIII, 46. [64] Joan. XIV, 30. [65] Rom. VIII, 34. [66] Psal. XX, 12. [67] Joan. II, 19.

τῷ προσώπῳ τοῦ Πατρὸς ἀνατιθέναι μᾶλλον, ταύτῃτοι κἀνθάδε φησὶν ἀνθρωπίνως· Ἰδοὺ Κύριος βοηθεῖ μοι, τίς κακώσει με; Ἐπαμύνοντος γάρ, φησὶ, τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς, καὶ πᾶσαν ὑμῶν ἐπήρειαν ἀφανίζοντος, καὶ τὴν ἐμὴν ἱστῶντος δόξαν, τίς ἔσται τοσοῦτος ἐν ὑμῖν, ὡς ἀντιτάξασθαι τῇ ἀνικήτῳ βουλῇ, καὶ κακῶσαι δύνασθαι τὸν παρ' αὐτοῦ βοηθούμενον; Οὐκοῦν εἴπερ τινὲς ἦσαν νουνεχεῖς οἱ Γραμματεῖς τε καὶ Φαρισαῖοι, ἀπέσχοντο ἂν τῶν κατ' αὐτοῦ σκεμμάτων τε καὶ ἐπιχειρημάτων, διὰ προφητῶν τῶν ἁγίων προεγνωκότες, ὡς οὐκ ἂν ἰσχύσειαν ἀδικῆσαι Χριστὸν Θεὸν ὄντα, καὶ Κύριον, καὶ Υἱὸν ἀληθινὸν τοῦ Πατρός· αὐτοὶ δὴ μᾶλλον τὴν κατά γε σφῶν αὐτῶν δεινήν τε καὶ τομωτάτην ἕλκουσι δίκην. Καὶ τοῦτο διδάσκει προσεπενεγκών· Ἰδοὺ πάντες ὑμεῖς ὡς ἱμάτιον παλαιωθήσεσθε, καὶ ὡς σὴς καταφάγεται ὑμᾶς, τοῦτ' ἔστιν, εἰς παλαίωσιν, καὶ σῆψιν, καὶ εἰς ἀφανισμὸν οἰχήσεσθε, πολλοῖς καὶ ἀφύκτοις ἐντετηγμένοι κακοῖς, καὶ οἷον σητὸς δίκην ἐκδαπανώσης ὑμᾶς ἀνηκέστου συμφορᾶς. Τοῦτο πάλιν καὶ ἑτέρωθί πού φησιν ὁ προφήτης Ἡσαΐας· «Τί ἔτι πληγῆτε προστιθέντες ἁμαρτίας; Πᾶσα κεφαλὴ εἰς πόνον, καὶ πᾶσα καρδία εἰς λύπην· ἀπὸ ποδῶν ἕως κεφαλῆς, [οὐκ ἔστιν ἐν αὐτῷ ὁλοκληρία,] οὔτε τραῦμα, οὔτε μώλωψ, οὔτε πληγὴ φλεγμαίνουσα, οὐκ ἔστι μάλαγμα ἐπιθεῖναι, οὔτε ἔλαιον, οὔτε καταδέσμους. Ἡ γῆ ὑμῶν ἔρημος, αἱ πόλεις ὑμῶν πυρίκαυστοι, τὴν χώραν ὑμῶν ἐνώπιον ὑμῶν ἀλλότριοι κατεσθίουσιν αὐτὴν, καὶ ἠρήμωται κατεστραμμένη ὑπὸ λαῶν ἀλλοτρίων.» Ἱκανὴ σφόδρα, καὶ τῶν οὕτως ἀπευκτῶν ἡ πρόῤῥησις ἠρεμεῖν ἀναπεῖσαι τοὺς Ἰουδαίους, καὶ κατὰ μηδένα τρόπον προσκρούειν ἑλέσθαι Θεῷ, εἴπερ ἔμελλεν, ὡς ἔφην, ἀπρακτήσειν μὲν αὐτῶν ἡ ἐπιβουλὴ, τῶν δὲ ἀνηνύτων ἐπιχειρημάτων αὐτοὶ πραχθήσεσθαι δίκας, καὶ εἰς ὄλεθρον καὶ ἀπώλειαν πεσεῖσθαι παντελῆ.

A buere: Idcirco hic quoque loquitur humano more: Ecce Dominus succurrit mihi, quis malo afficiet me? Etenim, inquit, Deo et Patre subveniente, omnemque vestram delente improbitatem, meamque stabiliente gloriam: quis in vobis erit tantus ut immutabili ejus consilio resistat, eumque qui ab eo adjuvatur, malo afficere possit? Itaque Scribæ et Pharisæi, siquidem fuissent cordati, abstinuissent a consiliis et conatibus in illum moliendis, cum ante ex prophetis sanctis legerant, neminem Christo nocere valuisse, Deo, et Domino et vero Patris Filio: at ipsi sibi hoc dirum et audacissimum contraxerunt supplicium. Idque docet, cum supra **695** adjecit: Ecce omnes vos sicut vestimentum inveterascetis, et quasi tinea comedet vos; id B est, in vetustatem, in corruptionem et interitum abibitis, multis malis confecti et inevitabilibus, et vos consumet quasi tinea insanabilis calamitas. Hoc iterum dicit illis alibi propheta Isaias: «Quid adhuc percutiemini, adjicientes peccatum? Omne caput languet, et omne cor mœret: a pedibus ad caput usque, non est in eo integra valetudo: neque vulnus, neque livor, neque plaga tumens: non licet fomentum apponere, neque oleum, neque ligaturas. Terra vestra deserta, civitates vestræ igne consumptæ sunt. Regionem vestram coram vobis alieni devorant, et desolata est, eversa a populis alienis [48-49].» Satis esset vehemens horum prædictio ad persuadendum Judæis ut quiescerent, nulloque modo Deum offenderent: siquidem, ut dixi, ina- C nes forent eorum insidiæ, et frustraneorum conatuum daturi erant pœnas, omninoque in interitum ac perniciem recasuri.

Τίς ἐν ὑμῖν ὁ φοβούμενος τὸν Κύριον; ἀκουσάτω τῆς φωνῆς τοῦ Παιδὸς αὐτοῦ.

Ὡς ἱμάτιον παλαιωθήσεσθαι λέγων τοὺς, οἵπερ ἂν ἕλοιντο πονεῖν ἀνηνύτως, καὶ ταῖς παρ' αὐτοῦ παροινίαις ἐντρυφᾷν (ἔφη γάρ, Ἰδοὺ πάντες ὑμεῖς ὡς ἱμάτιον παλαιωθήσεσθε, καὶ ὡς σὴς καταφάγεται ὑμᾶς), προτείνει λοιπὸν τοῖς ἐπιεικέσι τὴν φιλανθρωπίαν, καὶ τὴν τῆς σωτηρίας αὐτοῖς καταδείκνυσι τρίβον· πλεῖστοι γὰρ ὅσοι πεπιστεύκασι τῶν ἐξ Ἰσραὴλ, καθὼς καὶ ἐν ταῖς Πράξεσι τῶν ἀποστόλων διηγορεύθη σαφῶς. Σέσωσται γὰρ τὸ κατάλειμμα, οὗ καὶ πρωτόλειον ὥσπερ τι καὶ ἀπαρχὴ γεγόνασιν οἱ θεσπέσιοι μαθηταί. Οὐκοῦν τοῖς ἑτοιμοτέροις πρὸς πίστιν τὰ ἐξ ἡμερότητος προΐσχεται λέγων· Τίς ἐν ὑμῖν ὁ φοβούμενος τὸν Κύριον; ἀκουσάτω τῆς φωνῆς τοῦ Παιδὸς αὐτοῦ. Ἑαυτὸν δὲ παῖδα Θεοῦ λέγων ἐφίησι νοεῖν, ὅτι καὶ ἄνθρωπος γεγονὼς Υἱός ἐστιν ἀληθινὸς τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρός. Καὶ τὸ ἀκοῦσαι τῆς φωνῆς αὐτοῦ οὐ νόμου παράβασις ἦν, ἀλλὰ βεβαίωσις νόμου, διὰ τύπου καὶ σκιᾶς προαναγράφοντος τὴν ἀλήθειαν, ἥτις ἐστὶν ὁ Χριστὸς καὶ τὰ αὐτοῦ θεσπίσματα. Ταύτῃτοι καὶ ὁ πάνσοφος

Quis est inter vos qui timeat Dominum? Audiat vocem Pueri ipsius.

A dixisse videtur Judæorum turbæ. Accesserunt ad ejus baptisma, quod erat pœnitentiæ, et in pretio habuerant: quos ut acerbissimos homines et sævos reprehendit, dicens: « Progenies viperarum, quis monstravit vobis ut fugeretis a futura ira? Facite igitur fructus dignos pœnitentia, et ne sitis ea opinione ut dicatis apud vos: Patrem habemus Abraham [72]. » [(2) Certe quoque Servator idem persecutus est, et affatus est eos obnixe semper hoc prætendentes dicentesque: « Nos patrem habemus Abraham [73].] Ille vero: « Si patrem, inquit, haberetis Abraham, fecissetis opera Abrahæ. » Beatus est igitur, inquit, non si quis sit filius Abrahæ, sed qui custodit hæc. Quænam? Judicium, justitiam, et præterea qui custodit illa, et efficit ac retinet, id B est, qui non leviter aut remisse, sed omni velut studio ac viriliter ea aggreditur, ut ea diligenter retineat, et custodit, Sabbata ut non profanet ea. Ut rursus illud intelligas: non licebat in Sabbato laborum et studiorum ad carnem pertinentium curam aliquam agere. Sed otiari potius oportebat, divina lege hoc sanciente: otiantes tamen stata sacrificia Deo offerebant: legali littera ænigmatice subinnuente, carnis cura abstinentes debere spirituales hostias, in odorem bonæ fragrantiæ intelligibilis, **788** Deo prudenter ministrare. Hujus igitur cessationis in Sabbato virtus otium et cessationem a peccato et carnis cupiditatibus figurabat. Sic eamdem curam nos suscipere debemus, ne Sabbata violemus. Supersedentes enim, ut dixi, omni cura ter- C rena et carnali, intelligibiliter sabbatizamus: non per sanguinem et fumos celebrantes sacrificia, sed studiis sanctis illum exhilarantes, et in odorem suavitatis nosmet offerentes. Talibus enim sacrificiis placatur Deus, sicuti scriptum est [73*]. Oportet itaque Sabbata non violare, sed ad hæc manus puras servare. Quomodo autem, ipsemet docuit, inquiens: Ne faciant injuriam. Nec enim custodire judicium, nec colere justitiam possunt hi qui injuriam volunt inferre, et manum peccati sordibus inquinare. Manum autem non simpliciter eam quæ est corporis, sed pro manu actuosam quamdam vim intelliges, per quam ad res quasque gerendas accedimus.

D VERS. 3-5. *Ne dicat alienigena qui appositus est Domino: Separabit me utique Dominus a populo suo. Neque dicat eunuchus: Ego sum lignum aridum. Hæc dicit Dominus eunuchis: Quicunque custodierint Sabbata mea, et elegerint quæ ego volo, et tenuerint testamentum meum, dabo illis in domo mea et intra parietes meos locum celebrem, meliorem filiis ac filiabus, nomen æternum dabo illis, et non deficiet.*

Aliud supercilium Israelitarum et arrogantiæ

[72] Matth. III, 7-9. [73] Joan. VIII, 39. [73*] Hebr. XIII, 16.

(1) LXX, κρείττω.
(2) Quæ uncis inclusa sunt, Græcus codex non habet.

causam putidam et frivolam Deus insectatur. Altum enim, uti dixi, sapiebant, dicentes: « Patrem habemus Abraham [74], » et: Populus sanctus sumus electus, atque in sortem divinam asciti sumus. Fugerunt etiam orbitatem, utpote cum primus pater Abraham loco benedictionis accepisset a Deo, semen suum in immensam multitudinem propagandum, quod Deus promisit stellas numero æquaturum [74*]. Dixitque illis per sapientissimum Moysem: « Non erit in vobis orbus, neque sterilis [75]. » Quod autem magna et præclara res censeretur ab illis fecunditas prolis, e sanctis prophetis quidam probabit: « Gloria eorum ex partubus, et parturitionibus, et conceptionibus [76]. » Propheta **789** item Isaias dicit septem mulieres apprehensuras unum virum, quæ dicant: « Panem nostrum comedemus, et vestimentis nostris amiciemur; verumtamen vocetur nomen tuum super nos: aufer opprobrium nostrum [77]. » Non enim volebant, ut dixi, tanquam liberis orbæ et steriles notari. Quia igitur videbantur Israelitæ propter carnalem nobilitatem et sobolis fecunditatem elato esse animo, eos necessario ab hac ignorantia abducit, inquiens: Ne dicat alienigena, qui appositus est ad Dominum: Separabit me Dominus a populo suo. Non enim, quia est alienigena, id est, non ex sanguine Israel, propterea non erit ejus donorum et conjunctionis cum ipso, videlicet spiritualis, particeps; sed si Domino adhæreat, omnino inter domesticos et notos collocabitur, et ad gentem sanctam, ad regium sacerdotium, in sortem Dei cooptabitur, et in filiis Abraham numerabitur. Non enim omnes qui sunt ex Israel, hi Israel, sicuti sapientissimus Paulus ait, nec quia semen Abrahæ, omnes filii, sed filii promissionis reputantur in semine [78]. Data est autem Abrahæ promissio a Deo, non solum propter eos qui secundum carnem ab eo sunt, sed propter omnes per fidem genitos. Sic enim Abraham justificatus est. Ergo qui insistunt vestigiis fidei Abrahamiticæ, his omnino dabitur ut filiis accenseantur. Non igitur proselytum separabit a populo suo: at semel additum et vocatum per fidem suscipiet, populumque sanctum nominabit. Quin etiam si quis, inquit, sit eunuchus, id est carens liberis et sobole, ne dicat apud seipsum: Ego sum lignum aridum, id est, ne moleste ferat orbitatem. Apud Deum enim nihil istud est, nec eum rejiciet. Nam quæ virtus est, cujus præclari facinoris splendor, prolis fecunditas? Carnis enim opera sunt hæc, nec reprehensione nec laude digna. Etsi enim aliquibus benedictionis loco datum sit, ad hoc Deo vocante, at nihil erit non habentibus incommodi. Quid enim contra eos dici potest qui præmature mortui sunt, vel ante nuptias et coitum rebus humanis defuncti, liberos non susceperunt? Quomodo etiam juvabit peccatis in hac vita addictos, quod multorum filiorum et filiarum patres exsistant? Neque dicat, inquit, qui liberos non habet: Ego sum

A ἀλαζονείας πρόφασιν, σαθράν τε καὶ ἕωλον κατασύρει Θεός· ἐφρόνουν μὲν γάρ, ὡς ἔφην, μέγα, λέγοντες, « Πατέρα ἔχομεν τὸν Ἀβραάμ, » καὶ μὴν ὅτι Λαὸς ἅγιός ἐσμεν ἐξειλεγμένος, τετάγμεθα δὲ καὶ εἰς κλῆρον Θεοῦ. Ἔφευγον δὲ καὶ τὴν ἀπαιδίαν, ἅτε δὴ τοῦ προπάτορος Ἀβραὰμ ἐν εὐλογίας τάξει λαβόντος παρὰ Θεοῦ τὸ εἰς πληθὺν ἐκταθήσεσθαι τὴν ἀμέτρητον τὸ σπέρμα αὐτοῦ· ἰσάριθμον γὰρ τοῖς ἄστροις ἐπηγγέλλετο Θεὸς ἀναδείξειν αὐτό. Εἴρητο δὲ πρὸς αὐτοὺς καὶ διὰ τοῦ πανσόφου Μωϋσέως τό· « Οὐκ ἔσται ἐν ὑμῖν ἄγονος οὐδὲ στεῖρα. » Ὅτι δὲ μέγα τι χρῆμα καὶ ἐξαίρετον ἡ πολυπαιδία νενόμιστο παρ' αὐτοὺς, πληροφορήσει τις λέγων τῶν ἁγίων προφητῶν· « Αἱ δόξαι αὐτῶν ἐκ τόκων καὶ ὠδίνων, καὶ συλλήψεων. » Ἑπτὰ δὲ γυναῖκας ἐπιλήψεσθαι ἑνὸς

B ἀνδρὸς, ὁ προφήτης φησὶν Ἡσαΐας· εἰπόν τε ὅτι « Τὸν ἄρτον ἡμῶν φαγόμεθα, καὶ τὰ ἱμάτια ἡμῶν περιβαλούμεθα, πλὴν τὸ ὄνομα τὸ σὸν κεκλήσθω ἐφ' ἡμᾶς, ἄφελε τὸν ὀνειδισμὸν ἡμῶν. » Οὐ γὰρ ἤθελον, ὡς ἔφην, ὡς ἄγονοί τε καὶ στεῖραι κατονειδίζεσθαι. Οὐκοῦν ἐπειδήπερ ἐπ' εὐγενείᾳ σαρκικῇ, καὶ προσέτι τῇ πολυπαιδίᾳ μέγα φρονεῖν ἐδόκει τοῖς ἐξ Ἰσραὴλ, ἀναγκαίως αὐτοὺς καὶ ταύτης ἐξίστησι τῆς ἀμαθίας, εἰπών· Μὴ λεγέτω ὁ ἀλλογενὴς ὁ προσκείμενος πρὸς Κύριον, Ἀφοριεῖ με ἄρα Κύριος ἀπὸ τοῦ λαοῦ αὐτοῦ. Οὐ γὰρ ἐπείπερ ἀλλογενὴς, τουτέστιν, οὐκ ἐξ αἵματος Ἰσραὴλ, διὰ τοῦτο καὶ ἀμέτοχος τῶν παρ' αὐτοῦ χαρισμάτων, ἤγουν τῆς πρὸς αὐτὸν οἰκειότητος, δηλονότι πνευματικῆς· ἀλλ' εἰ προσκέοιτο τῷ Κυρίῳ,

C τάξεται πάντως ἐν οἰκείοις, καὶ ἐγνωσμένοις, καὶ εἰς ἔθνος ἅγιον, καὶ εἰς βασίλειον ἱεράτευμα, καὶ εἰς κλῆρον Θεοῦ· τελέσει δὲ καὶ ἐν τέκνοις Ἀβραάμ. *Οὐ γὰρ πάντες οἱ ἐξ Ἰσραὴλ οὗτοι Ἰσραὴλ*, καθά φησιν ὁ πάνσοφος Παῦλος, οὐδὲ ὅτι εἰσὶ σπέρμα Ἀβραὰμ, πάντες τέκνα, ἀλλὰ τὰ τέκνα τῆς ἐπαγγελίας λογίζεται εἰς σπέρμα. Δέδοται δὲ τῷ Ἀβραὰμ ἡ ἐπαγγελία παρὰ Θεοῦ, οὐκ ἐπὶ μόνοις τοῖς ἐξ αὐτοῦ κατὰ σάρκα, ἀλλὰ γὰρ καὶ ἅπασι τοῖς διὰ τῆς πίστεως· ἐδικαιώθη γὰρ οὕτως Ἀβραάμ. Οὐκοῦν τοῖς στοιχοῦσι τοῖς ἴχνεσι τῆς πίστεως Ἀβραὰμ δοθήσεται πάντως τὸ τελεῖν ἐν τέκνοις. Οὐκ ἀφοριεῖ τοιγαροῦν τὸν προσήλυτον ἐκ τοῦ λαοῦ αὐτοῦ, τὸν δὲ ἅπαξ προστεθέντα καὶ κεκλημένον ἐν πίστει προσδέξεται, καὶ λαὸν ἅγιον ὀνομάσει. Ἀλλ' εἴ τις εὐνοῦχός ἐστι, φησὶν, τουτέστιν,

D ἄπαις ἢ ἄγονος, μὴ λεγέτω καθ' ἑαυτὸν, ὅτι Ἐγώ εἰμι ξύλον ξηρὸν, τουτέστι, μὴ λυπείσθω διὰ τὴν ἀπαιδίαν. Οὐδὲν γὰρ τοῦτο παρὰ Θεῷ, οὔτε μὴν ἀπόβλητον ἀποφαίνει. Ὁποῖος γὰρ τρόπος ἀρετῆς, ἢ ποίων κατορθωμάτων λαμπρότης, ἡ πολυπαιδία, Σαρκὸς ἔργα ταυτὶ μώμου τε καὶ ἐπαίνου μακράν. Εἰ γὰρ καὶ δέδοταί τισιν ἐν εὐλογίας τάξει τὸ χρῆμα, καιροῦ καλοῦντος εἰς τοῦτο, ἀλλ' οὐκ ἀδικήσειεν ἂν οὐδὲν τοὺς μὴ λαχόντας αὐτό. Ἐπεὶ ποῖος ἂν γένοιτο καταῤῥήσεως τρόπος τοῖς τεθνεῶσι πρὸ ὥρας, ἢ πρὸ γάμου καὶ μίξεως, τῶν καθ' ἡμᾶς πραγμάτων ἀποδημήσασιν, οἷς παίδων οὐχ ὑπῆρξε γονή; ὀνήσει δὲ τρόπον τινὰ τοὺς φιλαμαρτήμονας ἐν τῷδε τῷ βίῳ,

[74] Joan. VIII, 39. [74*] Gen. XV, 5. [75] Exod. XXIII, 26. [76] Ose. IX, 11. [77] Isa. IV, 1. [78] Rom. IX, 6-8.

πολλῶν πατέρας υἱῶν καὶ θυγατέρων; Μηδὲ λεγέτω, φησὶν, ὁ παῖδας οὐκ ἔχων, ὅτι Ἐγώ εἰμι ξύλον ξηρόν. Λυπεῖ δὲ οὐδὲν, μᾶλλον δὲ ἀναγκαῖον εἶναί φημι διαμνημονεῦσαι καὶ νῦν τῶν εὐνουχισάντων ἑαυτοὺς διὰ τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν, κατὰ τὴν τοῦ Σωτῆρος φωνὴν, οἷς ἂν ἐφαρμόσειέ τις, καὶ μάλα εἰκότως, τὸν ἔν γε τούτοις παρὰ Θεοῦ λόγον. Δώσω γὰρ αὐτοῖς, φησὶν, ἐν τῷ οἴκῳ μου, καὶ ἐν τῷ τείχει μου τόπον ὀνομαστόν. Οἶκον δὲ καὶ τεῖχος, ἤτοι τὸν περίβολον καὶ ἀσφάλειαν ἀποκαλεῖν ἔοικε τὴν Ἐκκλησίαν, τὴν ἄνω που τάχα καὶ ἐν οὐρανοῖς, ἤγουν τὴν ἐπὶ γῆς, εἰς ἣν διαπρέπουσιν ἄνδρες ἁγνείᾳ καὶ σεμνότητι σύντροφοι, καὶ τὸ τῆς ἐγκρατείας ἀναδούμενοι καύχημα, καὶ πολυπαιδίας κρείττονα τὴν ἐπὶ τούτῳ δόξαν ἡγούμενοι, καὶ τό γε ἧκον εἰς σεμνότητα πολιτείας εὐνούχων οὐδὲν διαφέροντες. Οὗτοι δέχονται παρὰ Θεοῦ δόξαν αἰώνιον· δηλοῖ δὲ τοῦτο τοὔνομα, καὶ οὐκ ἂν ἐκλείψοι ἐν αὐτοῖς ἡ παρ' αὐτοῦ χάρις· ἐξαίρετα γὰρ τῆς ἐγκρατείας τὰ γέρα, πλὴν οὐχ ἁπλοῖς εὐνούχοις τὴν τῶν οὕτω λαμπρῶν ἀξιωμάτων ἐπαγγέλλεται χορηγίαν, ἀλλὰ τοῖς φυλάττουσι τὰ Σάββατα αὐτοῦ, Χριστοῦ δὲ δηλονότι· ἕτερα δὲ, ὡς ἔφην, τὰ αὐτοῦ Σάββατα παρὰ τοῦ νόμου. Τὰ μὲν γὰρ ἦν ἐν τύποις, τὰ δὲ τῷ τῆς ἀληθείας καταφαιδρύνεται κάλλει. Καὶ ἐπεὶ τοῖς ἐπιλεξαμένοις [ἅπερ] αὐτὸς βούλεται, καὶ ἀντεχομένοις τῆς διαθήκης αὐτοῦ. Βούλεται δὲ Χριστὸς οὐ τὰ ἐν σκιαῖς καὶ γράμματι νομικῶς, ἀλλὰ καὶ τὰ ἐν τῇ διαθήκῃ τῇ παρ' αὐτοῦ· δῆλον δὲ ὅτι τῇ νέᾳ τε καὶ εὐαγγελικῇ.

A **790** lignum aridum. Nihil autem nocet, imo vero necesse esse dico, ut mentionem faciamus nunc eorum qui se propter regnum cœlorum eunuchos reddiderunt [79], juxta vocem Servatoris: quibus oratio a Deo hoc loco habita non abs re accommodari potest. Dabo enim illis, inquit, in domo mea et intra murum meum locum celebrem. Domum et murum, vel munitionem et securitatem, appellare videtur Ecclesiam, superam et cœlestem, vel hanc quæ in terris versatur: in qua resplendent viri sanctimoniæ et gravitati quasi innutriti, et qui continentiæ corona redimiti sunt, ac gloriam hanc potiorem fecunditate existimant, et quoad gravitatem ac sanctitatem conversationis ab eunuchis nihil differunt. Hi accipiunt a Deo gloriam æternam, hoc B enim illustre illis nomen est, illosque gratia ipsius non deficiet. Eximia sunt enim continentiæ præmia. Verum non simpliciter eunuchis hanc adeo illustris dignitatis subministrationem pollicetur, sed observantibus Sabbata ejus, Christi videlicet. Alia vero sunt, uti dixi, ejus Sabbata, quam legis. Hæc namque in typis erant sita, illa veritatis pulchritudine illustrantur. Addit, qui elegerint quæ ipse vult, ac tenuerint testamentum suum. Christus autem vult non quæ in umbris et litteris legalibus consistunt, sed quæ ad testamentum suum pertinent, novum scilicet et evangelicum.

Καὶ τοῖς ἀλλογενέσι τοῖς προσκειμένοις Κυρίῳ δουλεύειν αὐτῷ, καὶ ἀγαπᾷν τὸ ὄνομα Κυρίου, τὸ εἶναι αὐτῷ εἰς δούλους καὶ δούλας, καὶ πάντας τοὺς φυλασσομένους τὰ Σάββατά μου μὴ βεβηλοῦν, καὶ ἀντεχομένους τῆς διαθήκης μου, εἰσάξω αὐτοὺς εἰς τὸ ὄρος τὸ ἅγιόν μου, καὶ εὐφρανῶ αὐτοὺς ἐν τῷ οἴκῳ τῆς προσευχῆς μου. Τὰ ὁλοκαυτώματα αὐτῶν, καὶ αἱ θυσίαι αὐτῶν ἔσονται δεκταὶ ἐπὶ τὸ θυσιαστήριόν μου. Ὁ γὰρ οἶκός μου οἶκος προσευχῆς προκληθήσεται πᾶσι τοῖς ἔθνεσιν, εἶπε Κύριος ὁ συνάγων τοὺς διεσπαρμένους Ἰσραήλ.

C Vers. 6-8. *Et alienis, qui addicti sunt Domino, servire ei, et diligere nomen Domini, ut sint ei in servos et ancillas, et quicunque custodiunt Sabbata mea, ne profanent ea, et qui tenent testamentum meum, inducam eos in montem sanctum meum, et exhilarabo eos in domo orationis meæ: holocausta eorum et victimæ eorum erunt acceptabiles super altare meum. Domus enim mea domus orationis vocabitur cunctis gentibus, dicit Dominus, qui congregat dispersos Israel.*

Συναπτέον τοῖς ἀνόπιν καὶ ταῦτα, ἵν' ᾖ τοιοῦτον τὸ λεγόμενον· Τάδε λέγει Κύριος τοῖς εὐνούχοις, καὶ τοῖς ἀλλογενέσι τοῖς προσκειμένοις Κυρίῳ δουλεύειν αὐτῷ. Οὐκοῦν διαλέγεται τοῖς ἐξ ἐθνῶν, καὶ οὔτι που μόνοις τοῖς ἐξ αἵματος Ἰσραὴλ, οἳ τὴν ὀφρὺν ἀνασπῶντες ὑψηλὴν κατεπεφύοντο τῶν ἀλλογενῶν, μερίδα καὶ κλῆρον Θεοῦ καὶ λαὸν ἅγιον ἑαυτοὺς ὀνομάζοντες· φάσκοντες τὸ, « Μακάριοί ἐσμεν Ἰσραὴλ, ὅτι τὰ ἀρεστὰ Κυρίῳ γνωστὰ ἡμῖν ἐστι. » Πρόδηλον οὖν, ὅτι οὐ σαρκικῆς εὐγενείας δύναμις συνάπτει Θεῷ· οὐ γὰρ ὅτι γεγόνασιν ἐξ Ἀβραὰμ, κλῆρος Θεοῦ μεμενήκασι, καταλογισθεῖεν δ' ἂν εἰς λαὸν αὐτοῦ διὰ συναφείας τῆς πνευματικῆς οἱ αὐτῷ προσκείμενοι, κἂν εἴ τινες εἶεν ἀλλογενεῖς, προσκείμενοι δὲ διὰ πίστεώς τε, καὶ τὴν ὑπ' αὐτῷ δουλείαν ἡγεῖσθαι καύχημα, καὶ ἀγαπᾷν τὸ ὄνομα αὐτοῦ· ἀγαπᾷν δὲ

Adnectenda sunt hæc quoque superioribus, ut tale quid dicatur: Hæc dicit Dominus eunuchis, et alienigenis, addictis Domino, ut serviant ei. Habet ergo D sermonem cum gentibus, non cum solis Israelitis, **791** qui altum supercilium erigebant, et alienigenas impetebant, se portionem et sortem Dei, et populum sanctum nominantes, ac dictitantes: « Beati sumus Israel, quia quæ sunt accepta Domino, nota sunt nobis [80]. » Constat ergo carnalis nobilitatis virtutem nos Deo non conjungere; nec enim quod nati sunt Abrahamo, sors Dei manserunt; sed populo Dei annumerandi sunt, qui spirituali copula ipsi adhærent, etiamsi alienigenæ sint, modo per fidem ei sint addicti, ejusque servitutem gloriæ sibi ducant, ac nomen ejus diligant, et ita diligant, ut per submissionem in omnibus, regni illius jugum semper

[79] Matth. xix, 12. [80] Baruch. iv, 4.

subeant, non ad ea quæ fas non est digredientes, nec præcipiti impetu ad alienorum deorum cultum recurrentes, sed fixam ac immotam mentem habentes, et ita Sabbata ejus, videlicet Christi, observantes, ut ea non violent. Sabbatum enim colunt Judæi ex legis præscripto, carnem omni labore vacuam servantes, et otium veluti in negotiis corporalibus agentes. Sed hic sabbatismus a Deo rejectus est. Qui vero in requiem Christi ingreditur, et mente sabbatizat, a suis feriatur operibus. Sic nimirum scribit sapientissimus Paulus. Itaque inducturum se pollicetur alienigenas in montem suum sanctum, et lætitia affecturum in domo orationis suæ. Hic mihi vide, umbram legis eversam esse, et litteræ vetustatem jam inefficacem quodammodo. Omnia enim facta sunt in Christo nova; præterierunt vetera [81]. Vetuit lex alienigenas domum Dei ingredi; nam ait: « Non intrabit Ammonita et Moabita in Ecclesiam Domini [82]. » At universorum Servator et Dominus, rebus nostris in novitatem spiritualem commutatis, alienigenas in domum sanctam suam inducturum se pollicetur. Montem enim sanctum nullum alium esse dicit quam suam Ecclesiam: in quam ingressi, exhilarantur, donis ejus affluentes, et spe sanctorum ditati. Quod autem pure et integre versaturi sint, et Deum universorum placabilem ac propitium habituri, significavit inquiens: « Holocausta eorum et victimæ eorum erunt acceptabiles **792** super altare meum. » Oratio autem hæc tanquam ab exemplo et typo legalis cultus sumpta est. Nam olim arietes et hircos incendere, ac sacrificia offerre solebant Israelitæ. Sed quoniam, ut dixi, umbra transiit, non per sanguines aditum sibi faciunt, ex gentibus vocati; sed veluti seipsos Deo sacrificant, mundo morientes, justitiæ viventes, sicuti scriptum est [82*]. Erunt autem accepti, et in odorem suavitatis, tum hi qui totam quasi vitam sanctam reddunt, velut holocautomata, tum etiam hi qui particulare sacrificium offerunt: qualis est vita eorum qui nuptias in Domino contraxerunt, divisi quodammodo Deo et mundo. Animantia enim in sacrificium seu hostiam oblata, non integra, sed dimidia vel ex parte aris imponebantur. Accepti sunt ergo alienigenæ, seipsos in fragrantiam spiritualem offerentes. Quod autem non solis Israelitis tributum sit divinum templum, seu domus orationis Dei qui est supra omnes, sed omnibus per orbem terrarum, conversione et fide ad agnitionem ipsius vocatis patefactum, perspicuum facit, inquiens: Domus mea domus orationis vocabitur omnibus gentibus. Quis est ergo qui hæc promisit? Num divinus propheta Isaias, velut ex sua sententia? Minime. Dixit enim Dominus, inquit, qui congregat dispersos Israel. Hæ sunt igitur orationes, hæ voces commiserantis. Natura enim bonus cum sit, omnes homines salvos fieri vult, et ad agnitionem veritatis venire [82**]. Cæterum clementiæ magnitudinem non in solis gentibus apparuisse

A οὕτως ὡς διὰ τῆς εἰσάπαν ὑποταγῆς τῆς αὐτοῦ βασιλείας ὑποτρέχειν ἀεὶ τὸν ζυγὸν, μὴ ἐξισταμένους ἐφ' ἃ μὴ θέμις, μήτε μὴν εὐπαραφόρως ἔχοντας εἰς τὸ ἑλέσθαι παλινδρομεῖν ἐπί γε τὸ δεῖν προσκεῖσθαι θεοῖς ἑτέροις, ἐρηρεισμένην δὲ μᾶλλον καὶ ἀκράδαντον ἔχοντας διάνοιαν, οὕτω τε φυλασσομένους τὰ Σάββατα αὐτοῦ, ὥστε μὴ βεβηλοῦν αὐτὰ, Χριστοῦ δὲ δηλονότι. Σαββατίζουσι γὰρ Ἰουδαῖοι κατὰ τὸν νόμον, τὴν σάρκα τηροῦντες ἔξω πόνου παντὸς, καὶ ἀργίαν ἐπιτηδεύοντες τὴν ὡς ἐν ἔργοις σωματικοῖς. Ἀλλ' ὁ τοιοῦτος σαββατισμὸς ἀπόβλητος ἦν παρὰ Θεῷ· ὁ δὲ εἰσελθὼν εἰς τὴν κατάπαυσιν τοῦ Χριστοῦ, καὶ νοητῶς σαββατίζων, κατέπαυσεν ἀπὸ τῶν ἰδίων ἔργων. Γράφει γοῦν οὕτως ὁ πάνσοφος Παῦλος. Τοὺς νῦν ἀλλογενεῖς εἰσάξειν ἐπαγγέλλεται εἰς τὸ ὄρος τὸ ἅγιον **B** αὐτοῦ, καὶ κατευφραίνειν αὐτοὺς ἐν τῷ οἴκῳ τῆς προσευχῆς αὐτοῦ. Ἐνταῦθά μοι βλέπε τὴν τοῦ νόμου σκιὰν ἀνατετραμμένην, καὶ τὴν παλαιότητα τοῦ γράμματος ἀπρακτοῦσαν ἤδη πως. Πάντα γὰρ γέγονεν ἐν Χριστῷ καινὰ, τὰ ἀρχαῖα παρῆλθεν. Ἀπείργε μὲν ὁ νόμος τοῦ δεῖν εἰς οἶκον ἰέναι Θεοῦ τοὺς ἀλλογενεῖς· ἔφη γάρ· « Οὐκ εἰσελεύσεται Ἀμμονίτης καὶ Μωαβίτης εἰς Ἐκκλησίαν Κυρίου. » Ὁ δέ γε τῶν ὅλων Σωτὴρ καὶ Κύριος εἰς καινότητα τὴν πνευματικὴν τὰ καθ' ἡμᾶς μεθιστὰς, εἰσάξειν εἰς τὸν οἶκον τὸν ἅγιον ἑαυτοῦ κατεπαγγέλλεται τοὺς ἀλλογενεῖς. Ὄρος γὰρ ἅγιον οὐδὲν ἕτερον εἶναί φησι, πλὴν ὅτι τὴν ἑαυτοῦ Ἐκκλησίαν, εἰς ἣν εἰσελάσαντες κατευφραίνονται τοῖς παρ' αὐτοῦ χαρίσμασιν, ἐντρυφῶντες δηλονότι, **C** καὶ τὴν τῶν ἁγίων πλουτοῦντες ἐλπίδα· ὅτι δὲ πολιτεύσονται καθαρῶς, εὐμενῆ τε καὶ ἵλεω τὸν τῶν ὅλων ἕξουσι Θεὸν, διαμεμήνυκεν εἰπὼν, ὅτι *Τὰ ὁλοκαυτώματα αὐτῶν, καὶ αἱ θυσίαι αὐτῶν ἔσονται δεκταὶ ἐπὶ τὸ θυσιαστήριόν μου.* Γέγονε δὲ ὁ λόγος ὡς ἐκ παραδείγματος καὶ τύπου τῆς κατὰ νόμον λατρείας. Πάλαι μὲν γὰρ κριοὺς καὶ ταύρους ὁλοκαυτοῦν ἔθος ἦν τοῖς ἐξ Ἰσραὴλ, θυσίας τε προσάγειν. Ἐπειδὴ δὲ, ὡς ἔφην, παρελήλακεν ἡ σκιὰ, οὐ τὴν δι' αἱμάτων ποιοῦνται πρόσοδον οἱ ἐξ ἐθνῶν κεκλημένοι, ἀλλ' οἷον ἑαυτοὺς ἱερουργοῦσι τῷ Θεῷ, κόσμῳ μὲν ἀποθνήσκοντες, ζῶντες δὲ τῇ δικαιοσύνῃ, καθὰ γέγραπται. Ἔσονται δὲ δεκτοὶ, καὶ εἰς ὀσμὴν εὐωδίας, οἱ μὲν ὅλην ἑαυτῶν τὴν ζωὴν ὥσπερ ἱερὰν ἀποφαίνοντες, ὡς ἐν τάξει νοεῖσθαι τῶν ὁλοκαυτωμάτων· οἱ δὲ ὡς **D** θυσίαν μερικὴν, ὁποία τίς ἐστιν ἡ τῶν ἐν Κυρίῳ γεγαμηκότων ζωὴ, μεμερισμένων τρόπον τινὰ Θεῷ τε καὶ κόσμῳ. Τὰ γὰρ εἰς θυσίας προσφερόμενα τῶν ζώων οὐχ ὁλόκληρα τοῖς θυσιαστηρίοις ἐναπετίθετο μᾶλλον, ἀλλ' ἐξ ἡμισείας, ἤγουν ἐκ μέρους. Δεκτοὶ τοιγαροῦν οἱ ἀλλογενεῖς, ἑαυτοὺς ἀνατιθέντες εἰς εὐοσμίαν πνευματικήν. Ὅτι δὲ οὐχὶ μόνοις τοῖς ἐξ Ἰσραὴλ ὁ θεῖος ἐκνενέμηται νεὼς, ἤγουν ὁ οἶκος τῆς προσευχῆς τοῦ ἐπὶ πάντας Θεοῦ, αἰνεῖται δὲ μᾶλλον τοῖς ἀνὰ πᾶσαν τὴν γῆν δι' ἐπιστροφῆς καὶ πίστεως καλουμένοις εἰς ἐπίγνωσιν αὐτοῦ, καθίστησιν ἐναργὲς εἰπὼν, ὅτι Ὁ οἶκός μου οἶκος προσευχῆς κληθήσεται πᾶσι τοῖς ἔθνεσι. Τίς οὖν ἄρα ἐστὶν ὁ ταῦτα

[81] II Cor. v, 17. [82] Deut. xxiii, 3. [82*] Conf. Galat. vi, 14; I Petr. ii, 24. [82**] I Tim. ii, 4.

προϋπισχνούμενος; Ἆρ' ὁ θεσπέσιος προφήτης Ἡσαΐας ὡς ἀπὸ γνώμης ἰδίας; Οὐ μὲν οὖν. Εἶπε γὰρ ὁ Κύριος, φησὶν, ὁ συνάγων τοὺς διεσπαρμένους Ἰσραήλ. Οὗτοι τοιγαροῦν οἱ λόγοι, καὶ τοῦ κατοικτείροντος αἱ φωναί· φύσει γὰρ ὑπάρχων ἀγαθὸς πάντας ἀνθρώπους θέλει σωθῆναι, καὶ εἰς ἐπίγνωσιν ἀληθείας ἐλθεῖν. Πλὴν ὅτι τὸ τῆς ἡμερότητος μέγεθος οὐκ ἐπὶ μόνοις ὤφθη τοῖς ἐξ ἐθνῶν, ἐπιλάμψαντος τῷ κόσμῳ Χριστοῦ, ἀλλὰ γὰρ καὶ ἐπὶ τοὺς ἐξ αἵματος Ἰσραὴλ, σαφὲς ἂν γένοιτο διειπόντος αὐτοῦ τὸ, Εἶπεν ὁ Κύριος ὁ συνάγων τοὺς διεσπαρμένους Ἰσραήλ. Ἦσαν οὖν ἄρα καὶ αὐτοὶ κατεσκεδασμένοι, καὶ οὐχὶ μᾶλλον σωματικῶς, ἤγουν ἔξω που τῆς Ἰουδαίας ἀπενηνεγμένοι, καὶ εἰς πόλεις ὄντες ἑτέρας ἢ χώρας, ἀλλ' ὡς τῆς ἐννόμου πολιτείας ἀποφοιτήσαντες, καὶ τῆς εἰς Θεὸν ἀγάπης ἀποπηδήσαντες· οὐ γὰρ τετηρήκασι τὴν B δοθεῖσαν ἐντολήν· εὑρήσομεν δὲ πλεισταχοῦ, καὶ ταῖς τῶν εἰδώλων θεραπείαις προσνενευκότας αὐτοὺς, καὶ χείλεσι μὲν τιμῶντας Θεὸν, ἀπεσχοινισμένην δὲ αὐτῶν τὴν διάνοιαν ἔχοντας, καὶ μάτην αὐτὸν σεβομένους, διδάσκοντάς τε διδασκαλίας, ἐντάλματα ἀνθρώπων. Οὐκοῦν μὴ καυχάσθω τῶν ἀλλογενῶν ὁ δυσάγωγος Ἰσραήλ· ἠλέηνται γὰρ ἐν ἴσῳ τρόπῳ καὶ αὐτοὶ παρὰ Θεοῦ· κατελήφθησαν γὰρ, οὐκ ἀκράδαντον ἔχοντες τὸ γνήσιον, οὔτε μὴν ἀμώμητον εἰσάπαν τὸ εὐπαθὲς, κατεσκεδασμένοι δὲ μᾶλλον καὶ ἐσπαρμένοι, καθάπερ ἔφην ἀρτίως.

A postquam mundo Christus illuxerat, sed etiam ex sanguine Israelitico oriundis, planum esse potest, ipso dicente : Dixit Dominus qui congregat dispersos Israel. Erant proinde et hi dissipati, non solum corpore tenus extra Judæam abducti, et ad alias civitates seu regiones evagati, sed tanquam qui a vita justa recesserant, et a dilectione in Deum resilierant. Non enim mandatum sibi datum servarunt : at sæpenumero eos inveniemus et in idolorum cultum prolapsos esse, et labiis Deum honorare, animum autem alienatum **793** habere, ac eum frustra colere, doctrinasque et præcepta hominum docere. Ne itaque glorietur contra alienigenas refractarius Israel. Æqualem enim a Deo misericordiam et ipsi consecuti sunt; atque deprehensi sunt illi non satis ingenui ac stabiles, nec in omni genere obedientiæ inculpabiles, sed dissipati ac sparsi, quemadmodum jam dixi.

Ὅτι συνάξω ἐπ' αὐτὸν συναγωγήν. Πάντα τὰ θηρία τὰ ἄγρια, δεῦτε, φάγετε, πάντα τὰ θηρία τοῦ δρυμοῦ. Ἴδετε ὅτι πάντες ἐκτετύφλωνται, καὶ οὐκ ἔγνωσαν φρονῆσαι. Πάντες κύνες ἐνεοὶ οὐ δυνάμενοι ὑλακτεῖν, ἐνυπνιαζόμενοι κοίτην, φιλοῦντες νυσταγμὸν, καὶ ὡς κύνες ἀναιδεῖς τῇ ψυχῇ, οὐκ εἰδότες πλησμονὴν, καὶ εἰσὶ πονηροὶ οὐκ εἰδότες σύνεσιν, πάντες ἐν ταῖς ὁδοῖς αὐτῶν ἐξηκολούθησαν, ἕκαστος κατὰ τὸ αὐτό.

VERS. 9-12. *Quia congregabo ad eum congregationem. Omnes bestiæ feræ, venite, comedite, omnes feræ sylvæ. Videte quia omnes excæcati sunt, non norunt sapere. Omnes canes muti, non valentes latrare, somniantes in lecto, amantes dormitationem, et quasi canes impudentes, animo nescientes satietatem : et mali sunt, nescientes intelligentiam :* C *omnes vias suas secuti sunt, unusquisque in unum et idem.*

Διχῇ τοῖς γεγραμμένοις προσβαλεῖς· ἢ γὰρ θηρία φησὶν ἀτίθασσά τε καὶ ἀνήμερα, τοὺς ἐξ ἐθνῶν, ἅτε δὴ καὶ ὑπὸ τυράννῳ τεθραμμένα τοιούτῳ, τῷ διαβόλῳ φημὶ, καὶ οἷον ἐκτεθηριωμένοι, καὶ ζῶντες οὐκ ἀνθρωπίνως· ἤγουν θηρία καλεῖν ἔοικε τοὺς καταδῃώσαντας τὸν Ἰσραὴλ, καὶ ὅλῳ τῷ στόματι φαγόντας αὐτὸν διὰ τὴν εἰς Χριστὸν ἀσέβειαν. Καὶ εἰ μὲν τῶν ἐθνῶν ὡς θηρίων διαμέμνηται, φαμὲν αὐτοῖς προσπεφωνῆσθαι παρὰ Θεοῦ τὸ, Δεῦτε, φάγετε. Σημαίνει δὲ τοῦτο πᾶσαν αὐτοῖς ἀμφιλαφίαν δεδόσθαι παρ' αὐτοῦ τῶν ἱερῶν χαρισμάτων, καὶ παρατεθεῖσθαι τράπεζαν τὴν ζωοποιόν· κατεδηδόκασι γὰρ καὶ αὐτοὶ τὸν ἄρτον τῆς ζωῆς, μέτοχοι γὰρ γεγόνασι τοῦ Χριστοῦ, καὶ σύσσωμοι τῶν ἁγίων, ὥστε καὶ χαίροντας λέγειν· « Κύριος ποιμαίνει με, καὶ οὐδέν με ὑστερήσει, εἰς τόπον χλόης ἐκεῖ με κατεσκήνωσεν, ἐπὶ ὕδατος ἀναπαύσεως ἐξέθρεψέ με, τὴν ψυχήν μου ἐπέστρεψεν. Ἡτοίμασας ἐνώπιόν μου τράπεζαν. » Ἔφη δὲ καὶ δι' ἑνὸς τῶν ἁγίων προφητῶν· « Φάγετε, πίετε, καὶ μεθύσθητε, οἱ πλησίον. » Μακρὰν γὰρ ὄντες Θεοῦ γεγόνασιν ἐγγὺς διὰ τῆς πίστεως, οἱ ποτὲ πλανώμενοι καὶ τῆς ἱερᾶς ἐμπέπληνται τροφῆς· γέγραπται γὰρ, ὅτι « Ἄρτος στηρίζει καρδίαν ἀνθρώπου. » Εἰ δὲ δὴ θηρία νοοῖντο πρὸς

Dupliciter intelligas quæ scripta sunt. Vel enim feras indomitas et immites appellat gentes, utpote sub tali tyranno, diabolo, inquam, educatas, et quasi efferatas, ac non humano more viventes : vel dicere videtur feras eos qui Israelem vastarunt, et propter impietatem in Christum toto ore devorarunt. Si gentium ut ferarum meminit, dicimus illis hoc dictum esse a Deo : Venite, comedite : quo omnem sanctorum charismatum affluentiam illis datam esse significat, et mensam esse appositam quæ vivificat. Ederunt enim et ipsi panem vitæ : nam D panis Christi participes facti sunt, et ejusdem cum sanctis corporis, adeo ut gaudentes dicant : « Dominus pascit me, et nihil mihi deerit, in loco pascuæ ibi me collocavit. Super aquam refectionis educavit me, animam meam convertit. Parasti in conspectu meo mensam [83]. » Dixit etiam per unum e sanctis prophetis : « Edite, bibite, et inebriamini, vicini [84]. » Qui enim procul aberant a Deo, propinqui per fidem facti sunt : qui quondam errabant, et sacro cibo repleti sunt. Scriptum enim est : « Panis roborat cor hominis [84*]. » Sin feræ intelligantur a nobis, qui devorant Israelem, illud : Venite, edite, est tantum non objicientis illis eos qui impie egerunt, quibusque

[83] Psal. XXII, 1-5. [84] Cant. V, 1. [84*] Psal. CIII, 15.

merito contigit ut id patiantur, quippe **794** qui principem vitæ interfecerunt, fidem non admiserunt, ac longe abacti sunt qui prope erant, nec amplius Dei populus, sed odio habiti sunt, utpote dominicidæ. Ne autem sine causa punire videatur Deus, et de re nihili pœnas exigere, statim illis crimina apponit, quibus implicati, dati sunt in exitium hostibus, vel in esum bestiis. Videte enim,' inquit, quia omnes excæcati sunt, non norunt sapere. Vere enim cæci Israelitæ fuerunt, et præ aliis maxime Scribæ ac Pharisæi, et præfecti Synagogæ. Nec enim veram lucem admiserunt, nec Christum scire voluerunt, licet aperte clamantem, nunc : « Ego sum lux mundi [84**]; » nunc iterum : « Ego lux in mundum hunc veni : qui sequitur me, in tenebris non ambulabit, sed habebit lucem vitæ [85]. » Cum ergo liceret, fide suscepta, luce ditari, id quidem non fecerunt, ut et propheta inquit : Exspectantibus illis lucem, factæ sunt tenebræ : et exspectantes splendorem, in caligine versati sunt. Et ipse Servator dixit de illis et de populo illorum manui commisso : « Cæci sunt, et cæcorum duces [85*]. » Omnes igitur, inquit, excæcati sunt, neque sapere norunt. Erat enim vere hominum prudentum et intelligentium, celeriter præsens salutis tempus apprehendere. Ad quod et divinus David eos cohortatus est, dicens : « Apprehendite disciplinam, ne quando irascatur Dominus, et pereatis a via justa, cum cito exarserit furor ejus in vos [85**]. » Quoniam vero hanc per Christum disciplinam non apprehenderunt, exarsit in eos furor, et de via justa perierunt, id est, alieni facti sunt a conversatione evangelica, per quam et quidem solam modus justitiæ Deo gratæ elucet. Præterquam quod, inquit, cæci sint, etiam canes muti erant, non valentes latrare, somniantes in lecto, dediti somno. De illis velut ab exemplo manifesto verba facit. Qui enim gregem sequuntur canes, undique circumeuntes semper, nec somno nec dormitatione vincuntur. Si quod enim animal efferatum conspiciatur, allatrant fortiter, et omnibus viribus a pecore arcere satagunt, atque hoc eorum est officium. Hos imitari necesse est gregis **795** ratione præditi præfectos, duces videlicet et doctores, ut curam habeant subditorum, et omnibus modis eos abigant, qui injuriam parant, quique a dilectione in Deum abducunt, persuadentes reverentiam quæ erga illum habenda est, parvi facere, et ad quod ipsis placet attrahentes. Sed tales esse nolebant Judaicæ Synagogæ præpositi : imo canes erant muti, dormitationem amantes, et in lecto somniantes. Etenim licet populo suo utilia præcipere, ac contra docentium impetus propulsare deberent, id quidem non præstiterunt, sed ipsi potius eos in voraginem interitus præcipitarunt. Quod docebit universorum Deus, inquiens : « Sacerdotes tui non dixerunt : Ubi est Dominus? et qui tenent legem meam, non sciverunt me, ac pastores in me egerunt impie, et prophetæ

A ἡμῶν οἱ καταφαγόντες τὸν Ἰσραήλ, τὸ Δεῦτε, φάγετε, μονονουχὶ παραῤῥιπτοῦντός ἐστιν αὐτοῖς τοὺς ἠσεβηκότας, καὶ οἷς τὸ παθεῖν πρέπει, καὶ μάλα εἰκότως· ἀπεκτόνασι γὰρ τὸν ἀρχηγὸν τῆς ζωῆς, τὴν πίστιν οὐ προσηκάμενοι, καὶ γεγόνασι μακρὰν οἱ ἐγγὺς, καὶ λαὸς οὐκέτι Θεοῦ, κατεστυγημένοι δὲ μᾶλλον ὡς Κυριοκτόνοι. Ἵνα δὲ μὴ φαίνηται Θεὸς κολάζων εἰκῆ, καὶ δίκας αἰτῶν τὰς ἐπ' οὐδενὶ, παρατίθησιν εὐθὺς τὰς αἰτίας, αἷς δὴ καὶ ἔνοχοι γεγονότες δέδονται πρὸς ὄλεθρον τοῖς ἐχθροῖς, ἤτοι τοῖς θηρσὶ πρὸς κατάβρωμα. Ἴδετε γάρ, φησὶν, ὅτι πάντες ἐκτετύφλωνται, οὐκ ἔγνωσαν φρονῆσαι. Τυφλοὶ γὰρ ὄντως οἱ ἐξ Ἰσραὴλ, μάλιστα δὲ τῶν ἄλλων οἱ Γραμματεῖς τε καὶ οἱ Φαρισαῖοι, καὶ οἱ καθηγεῖσθαι λαχόντες τῆς Συναγωγῆς. Οὐ γὰρ παρεδέξαντο φῶς τὸ ἀληθινὸν, B οὔτε μὴν ἠθέλησαν γνῶναι Χριστὸν, καίτοι βοῶντα σαφῶς ποτὲ μὲν, ὅτι « Ἐγώ εἰμι τὸ φῶς τοῦ κόσμου, » ποτὲ δὲ πάλιν, « Ἐγὼ φῶς εἰς τὸν κόσμον τοῦτον ἐλήλυθα· ὁ ἀκολουθῶν ἐμοὶ, οὐ μὴ περιπατήσῃ ἐν τῇ σκοτίᾳ, ἀλλ' ἕξει τὸ φῶς τῆς ζωῆς. » Ἐξὸν οὖν ἄρα καταπλουτῆσαι τὸ φῶς προσηκαμένους τὴν πίστιν, τοῦτο μὲν οὐ πεπράχασιν, ὡς δὲ ὁ προφήτης φησὶν, Ὑπομεινάντων αὐτῶν φῶς, ἐγένετο αὐτοῖς σκότος, μείναντες αὐγὴν ἐν ἀωρίᾳ περιεπάτησαν. Ἔφη δὲ καὶ αὐτὸς ὁ Σωτὴρ περί τε αὐτῶν καὶ τῶν ὑπὸ χεῖρα λαῶν, ὅτι « Τυφλοί εἰσι καὶ τυφλῶν ὁδηγοί. » Ἅπαντες τοίνυν ἐκτετύφλωνται, φησὶ, καὶ οὐκ ἔγνωσαν φρονῆσαι. Καὶ γὰρ ἦν κατὰ τὸ ἀληθὲς ἀνδρῶν ἐμφρόνων καὶ συνετῶν, τὸ ἐπιδράξασθαι γοργῶς τοῦ τῆς σωτηρίας παρόντος καιροῦ· προέτρεπε γοῦν αὐτοὺς C εἰς τοῦτο λέγων ὁ θεσπέσιος Δαβίδ· « Δράξασθε παιδείας μήποτε ὀργισθῇ Κύριος, καὶ ἀπολεῖσθε ἐξ ὁδοῦ δικαίας, ὅταν ἐκκαυθῇ ἐν τάχει ὁ θυμὸς αὐτοῦ ἐφ' ὑμᾶς. » Ἐπειδὴ δὲ οὐκ ἐπεδράξαντο τῆς διὰ Χριστοῦ παιδείας, ἐξεκαύθη κατ' αὐτῶν ὁ θυμὸς, καὶ ἀπολώλασιν ἐξ ὁδοῦ δικαίας, τουτέστιν, ἔξω γεγόνασι πολιτείας εὐαγγελικῆς, δι' ἧς καὶ μόνης οἱ τῆς ἀρεσκούσης Θεῷ δικαιοσύνης ἐκλάμπουσι τρόποι. Πρὸς δέ γε τὸ εἶναι τυφλοὶ, φησὶ, καὶ κύνες ἦσαν ἐννεοὶ, οὐ δυνάμενοι ὑλακτεῖν, ἐνυπνιαζόμενοι κοίτην, φιλοῦντες νυσταγμόν· ὡς ἐκ παραδείγματος ἐναργοῦς τοὺς περὶ αὐτῶν ποιεῖται λόγους. Οἱ μὲν γὰρ ταῖς ποίμναις ἑπόμενοι κύνες κύκλῳ περινοστοῦντες ἀεὶ, κρείττους εἰσὶ καὶ ὕπνου καὶ νυσταγμοῦ. Εἰ γάρ πού τι τῶν ἀτιθάσσων ὀφθείη θηρίων, D καθυλακτοῦσιν εὐτόνως, καὶ παντὶ σθένει χρώμενοι τῶν θρεμμάτων ἀποσοβεῖν ἐπείγονται, καὶ τοῦτο ἔργον αὐτοῖς. Τούτοις ἐοικέναι χρὴ τοὺς τῶν λογικῶν ποιμνίων προεστηκότας, καθηγητὰς δηλονότι καὶ διδασκάλους, ὥστε κήδεσθαι καὶ τῶν ὑπεζευγμένων, καὶ ἀπελαύνειν τοὺς καθ' ὁντιναοῦν τρόπον ἀδικεῖν ἐθέλοντας, καὶ ἀποφέροντας μὲν τῆς εἰς Θεὸν ἀγάπης, κατολιγωρεῖν ἀναπείθοντας τῆς εἰς αὐτὸν αἰδοῦς, εἰς δὲ τὸ αὐτοῖς δοκοῦν ἁρπάζοντας. Ἀλλ' οὐκ ἤθελον εἶναι τοιοῦτο τῆς Ἰουδαίων Συναγωγῆς οἱ προεστηκότες· μᾶλλον γὰρ ἦσαν κύνες ἐννεοὶ, νυσταγμὸν φιλοῦντες, καὶ κοίτην ἐνυπνιαζόμενοι.

[84**] Joan. VIII, 12. [85] Joan. XII, 46. [85*] Matth. XV, 10. [85**] Psal. II, 12, 13.

Καίτοι γὰρ δέον τοῖς ὑπὸ χεῖρα λαοῖς εἰσηγεῖσθαι A τὰ χρήσιμα, καὶ τῶν ἑτεροδιδασκαλεῖν εἰωθότων τὰς ἐφόδους ἀποσοβεῖν, τοῦτο μὲν οὐκ ἔδρων, αὐτοὶ δὲ μᾶλλον αὐτοὺς τοῖς τῆς ἀπωλείας ἐνίεσαν βόθροις. Καὶ τοῦτο διδάξει λέγων ὁ τῶν ὅλων Θεός· « Οἱ ἱερεῖς σου οὐκ εἶπαν· Ποῦ ἐστι Κύριος; καὶ οἱ ἀντεχόμενοι τοῦ νόμου οὐκ ἠπίσταντό με, καὶ οἱ ποιμένες ἠσέβουν εἰς ἐμὲ, καὶ οἱ προφῆται ἐπροφήτευον τῇ Βάαλ. » Οὐκοῦν ὥσπερ κύνες καθυλακτεῖν μὲν τῶν ταῖς ποίμναις ἐπηρεαζόντων οὐκ ἤθελον, ἐμιμοῦντο δὲ τὴν κυνῶν τὴν ἀναισχυντίαν, καὶ τὸ μὴ εἰδέναι πλησμονήν. Φιλόπλουτοι γὰρ ὄντες, καὶ λημμάτων αἰσχρῶν ἡττώμενοι, καὶ δωροδοκίαις ἐπιγαννύμενοι παρηνόμουν, οἳ καὶ αἰσχυνόμενοι ψῆφον ἄδικον καταφέροντες ἔσθ' ὅτε τῶν ἀδικούντων μηδὲν, δικαιοῦντες δὲ τὸν ἀσεβῆ, οὐ γὰρ ᾔδεισαν πλησμονὴν, τουτέστι, B κόρον λημμάτων αἰσχρῶν δηλονότι· καὶ ἐπὶ τούτοις αὐτοὺς καὶ αὐτὸς ὁ Σωτὴρ ᾐτιᾶτο λέγων· « Οὐαὶ ὑμῖν, Γραμματεῖς καὶ Φαρισαῖοι ὑποκριταὶ, ὅτι ἀποδεκατοῦτε τὸ ἡδύοσμον, καὶ τὸ ἄνηθον, καὶ τὸ κύμινον, καὶ ἀφήκατε τὰ βαρύτερα τοῦ νόμου, τὴν κρίσιν, καὶ τὸν ἔλεον καὶ τὴν πίστιν. » Ἔφη δὲ περὶ αὐτῶν καὶ ὁ θεσπέσιος προφήτης Ἡσαΐας· « Πῶς ἐγένετο πόρνη πόλις πιστὴ Σιὼν, πλήρης κρίσεως, ἐν ᾗ δικαιοσύνη ἐκοιμήθη, νῦν δὲ φονευταί; Τὸ ἀργύριον ὑμῶν ἀδόκιμον, οἱ κάπηλοί σου μίσγουσι τὸν οἶνον ὕδατι, οἱ ἄρχοντές σου ἀπειθοῦσι, κοινωνοὶ κλεπτῶν, ἀγαπῶντες δῶρα, διώκοντες ἀνταπόδομα, ὀρφανοῖς οὐ κρίνοντες, καὶ κρίσει χήρας οὐ προσέχοντες. » Ναὶ μὴν καὶ ὁ θεσπέσιος Ἀββακοὺμ, ἐπ' αὐτῷ δὴ τούτῳ, μονονουχὶ καὶ δεδακρυμένως, προσεφώνει C πρὸς Θεόν· « Ἕως τίνος, Κύριε, Κύριε, κράξομαι καὶ [οὐκ] εἰσακούσῃ; βοήσομαι πρὸς σὲ ἀδικούμενος, καὶ οὐ σώσεις; Ἱνατί μοι ἔδειξας κόπους, καὶ πόνους, ἐπιβλέπειν ταλαιπωρίαν, καὶ ἀσέβειαν; ἐξ ἐναντίας μου γέγονε κρίσις, καὶ ὁ κριτὴς λαμβάνει. Διὰ τοῦτο διεσκέδασται νόμος, καὶ οὐ διεξάγεται εἰς τέλος κρίμα, ὅτι ὁ ἀσεβὴς καταδυναστεύει τὸν δίκαιον. Ἕνεκεν τούτου ἐξελεύσεται τὸ κρίμα διεστραμμένον. » Οὐκοῦν τὸ μὲν φιλογρήγορον τῶν ἐν ἀγέλαις κυνῶν ζηλοῦν οὐκ ἤθελον, ἀπεμιμοῦντο δὲ μόνον αὐτοὺς κατά γε τὸ εἶναι καταφρονητὰς μὲν ἁπάσης αἰδοῦς, ἐγχεῖσθαι δὲ ἀκορέστως ταῖς τῶν λημμάτων συλλογαῖς. Καὶ πρός γε τούτῳ, πονηροὺς αὐτοὺς εἶναί φησι, καὶ οὐκ εἰδέναι σύνεσιν. Οὐκοῦν ἀσύνετος ὁ πονηρός· ἡ γὰρ D σύνεσις πρέποι ἂν μάλιστα τοῖς εἰωθόσιν ἀγαθουργεῖν, πονηρία δὲ φρενὸς ἀπέστω τῆς ἀγαθῆς. Ἴσον γὰρ ἰδεῖν ψώραν τε καὶ ἕλκος ἐν σώματι, καὶ πονηρίαν εἰς νοῦν· ἀσύνετον γὰρ αὐτὸν ἀποφαίνει καταφέρουσα πρὸς σκαιότητα, καὶ ἀποτελοῦσα δύστροπον. Ἐπειδὴ δὲ πονηροὶ γεγόνασι καὶ ἀσύνετοι, ταύτης ἕνεκα τῆς αἰτίας, Πάντες, φησὶν, ἐν ταῖς ὁδοῖς αὐτῶν ἐξηκολούθησαν ἕκαστος κατὰ τὸ αὐτό· ἀφέντες γὰρ ὥσπερ τὸ εὐθὺ φέρεσθαι παντὸς ἀγαθοῦ, καὶ τὸ δεῖν ἕπεσθαι τοῖς τεθεσπισμένοις, τοῖς σφῶν θελήμασιν ὅλας ὥσπερ ἀφέντες ἡνίας, ἔπραττον τὸ καθ' ἡδονὴν, καὶ οὐ καθ' ἕνα μόνον, ἀλλὰ γὰρ καὶ κατὰ τὸ αὐτὸ, τουτέστιν, ὁμοῦ καὶ κατὰ πληθύν. Εὑρήσομεν δὲ τοὺς τῶν Ἰουδαίων καθηγητὰς ἔκτοπά

prophetarunt Baal [86]. » Itaque nolebant ceu canes contra infestantes gregem latrare, sed canum impudentiam imitabantur, et voracitatem satietatis nesciam. Nam pecuniæ amantes, et turpi lucro addicti, et munerum largitionibus delectati, legem prævaricati sunt : qui etiam cum pudore interdum injustum calculum ferebant in eos qui injuriam nullam fecerant, impiumque justificabant. Non enim noverunt satietatem, id est, satiari nequibant, turpi quæstu videlicet. His etiam de causis eos accusavit Servator ipse, dicens : « Væ vobis, Scribæ et Pharisæi hypocritæ : decimatis mentham, et anethum, et cuminum, et quæ graviora legis sunt omisistis, judicium, misericordiam et fidem [87]. » De illis autem dixit divinus propheta Isaias : « Quomodo facta est meretrix civitas fidelis, Sion, plena judicio, in qua justitia dormivit, nunc autem homicidæ? Argentum vestrum adulteratum : caupones tui miscent vinum aqua, principes tui non obediunt, socii furum, diligentes munera, persequentes retributionem, orphanis non judicantes, et judicio viduæ non attendentes [88]. » Quin et divinus Abbacum, eadem de re, tantum non illacrymans, appellabat Deum : « Quousque, Domine, Domine, clamabo, et non exaudies? vociferabor ad te, injuria afflictus, et non servabis? Quare mihi ostendisti labores et molestias, ut viderem miseriam et impietatem? Adversum me factum est judicium, et judex accipit. Propterea dissipata **796** est lex, et non deducitur in finem judicium. Impius enim valet contra justum. Idcirco egreditur judicium perversum [89]. » Itaque vigilantiam, quæ est in grege canum, noluerunt æmulari : sed in eo solum imitati sunt, quod sint contemptores omnis verecundiæ, incumbantque prædis coacervandis insatiabiliter. Ad hæc eos malos esse dicit, et nescire intelligentiam. Itaque stultus est malus : nam intelligentia iis convenit maxime qui bene facere solent : at malitia a mente bona absit. Perinde est enim scabiem et ulcus videre in corpore, ac in animo malitiam. Stultum enim ipsum reddit, ad agrestem ruditatem adducens, et ferocem efficiens. Quia vero mali fuerunt et stulti, hinc etiam, Omnes, inquit, vias suas secuti sunt, quisque in unum et idem. Nam cum recta ad omne bonum ferri, et quæ oraculis prodita sunt, sequi desisterent : suæ voluntati totas habenas laxarunt, et fecerunt pro animi sui libidine; nec solum singulatim, sed in unum et idem, id est, simul ac gregatim. Inveniemus enim præfectos Judæorum fœda et divinis legibus dissentientia in collegiis ac consessibus suis et consultasse et fecisse. Ita enim lapsi sunt in dominicidii crimen, et aliis atque aliis modis quisque ad viam suam aversi sunt. Voluptatum enim amantiores erant quam Dei, et vitæ hujus occupationibus magis oblectabantur, vita honesta et præclara in totum neglecta.

[86] Jer. II, 8. [87] Matth. XXIII, 23. [88] Isa. I, 21-23. [89] Habac. I, 2-4.

τε καὶ τοῖς θείοις ἀπᾴδοντα νόμοις, καὶ ἐν συλλόγοις αὐτῶν, καὶ συνεδρίοις βουλευομένους, καὶ πράττοντας. Πεπτώκασι γὰρ οὕτω καὶ εἰς τὰ τῆς Κυριοκτονίας ἐγκλήματα, ἐτράποντο δὲ καὶ ἑτέρως ἕκαστος εἰς τὴν ὁδὸν αὐτοῦ. Φιλήδονοι γὰρ ἦσαν μᾶλλον ἢ φιλόθεοι, κα τοῖς τοῦ παρόντος βίου περισπασμοῖς ἐφήδοντο μᾶλλον, τῆς ἐννόμου τε καὶ ἀρίστης ζωῆς εἰσάπαν ὀλιγωρήσαντες.

Cap. LVII. Vers. 1, 2. *Videte ut justus periit, et nemo excipit corde, et viri justi tolluntur, et nemo animadvertit. A facie enim injustitiæ sublatus est justus. Erit in pace sepultura ejus, sublatus est e medio.* A

Cum ostenderit eos canes mutos fuisse, et insatiabili avaritia præditos, his verbis porro demonstrat eos socordes esse et contemptores, adeo ut in extremis flagitiis obdurescerent, et resipiscere ne in animum quidem inducere parati essent. Periit enim justus, inquit, et nemo excipit corde, et homines justi tolluntur, et nemo animadvertit. Quibus verbis subindicare videtur nefarios ausus Judaici gregis contra Christum, **797** et quæcunque fecerunt contra sanctos apostolos. Occiderunt enim Jesum, B tantum non propheticum illud clamantes, et dicentes : « Ligemus justum, quia incommodus nobis est[90] ; » et quantum ad ipsorum animum consiliumque attinet, periit justus ille, id est, qui peccatum non novit : nec enim justis de causis eum interfecerunt, et viros justos divinum illis et evangelicum sermonem largientes, et ad crudelitatis suæ agnitionem ac resipiscentiam vocantes, in periculum immisericordes adduxerunt. Sublatus hinc est ab illis divinus Stephanus, cum prolixum ad eos sermonem habuisset, et quibus rebus eos illaqueari par erat ad resipiscentiam, his ipsis ad offensionem exacuebantur. Tolluntur ergo, inquit, viri justi, et nemo excipit corde, id est, nemo dignatur animo reponere impietatis magnitudinem. Sublatus est etiam a facie C injustitiæ justus, id est, injusti oppugnabant justos, ac mali obtinuerunt contra eum qui non novit delinquere. Erit igitur in pace sepultura ejus, sublatus est de medio. Observa mihi iterum orationis figuram. Scopum enim et propositum eorum qui sustulerunt, non revera ipsius rei exitum ostendit, quasi ita se haberet ut dicitur. Non enim sublatus est de medio Christus : nec hi qui ejus legatione functi sunt, justi etiam ipsi, utpote ab ipso justificati. At quodam modo exterminati sunt e medio, quantum, inquam, ad conatum ac institutum eorum qui occiderunt, attinet. Accusationem autem hanc in omnes occisores cadere et incurrere, et neminem Judæorum extra culpam esse, insinuat, cum inquit : Erit in pace sepultura ejus. Sepulturam vocat mortem. D Illud, in pace, adjectum insinuat neminem prorsus in tribubus Judaicis, impiis eorum conatibus restitisse, vel se opposuisse, et impie agere volentes increpasse, sed uno omnes consensu et conjunctis animis contra Christum audax hoc facinus suscepisse, et pace inter seipsos facta, eum interfecisse.

Ἴδετε ὡς ὁ δίκαιος ἀπώλετο, καὶ οὐδεὶς ἐκδέχεται τῇ καρδίᾳ, καὶ ἄνδρες δίκαιοι αἴρονται, καὶ οὐδεὶς κατανοεῖ. Ἀπὸ γὰρ προσώπου ἀδικίας ἦρται ὁ δίκαιος, ἔσται ἐν εἰρήνῃ ἡ ταφὴ αὐτοῦ, ἦρται ἐκ τοῦ μέσου.

Ἀποφήνας ὅτι κύνες γεγόνασιν ἐννεοὶ, καὶ ἀκόρεστοι πρὸς φιλοκερδίαν, προσαποδείκνυσιν ἐν τούτοις ῥᾳθύμους ὄντας, καὶ καταφρονητὰς, ὡς καὶ ἐπὶ τοῖς ἐσχάτοις τῶν πλημμελημάτων ἀτέγκτως ἔχειν, καὶ τὸ χρῆναι μετανοεῖν οὐδὲ εἰς νοῦν βούλεσθαι προθυμουμένους. Ἀπώλετο γὰρ, φησὶν, ὁ δίκαιος, καὶ οὐδεὶς ἐκδέχεται τῇ καρδίᾳ, καὶ ἄνδρες δίκαιοι αἴρονται, καὶ οὐδεὶς κατανοεῖ. Ἔοικε δὲ διὰ τούτων ὑποδηλοῦν τὰ εἰς Χριστὸν τολμήματα τῆς Ἰουδαίων ἀγέλης, καὶ ὅσα πεπράχασι κατὰ τῶν ἁγίων ἀποστόλων· ἀπεκτόνασι μὲν γὰρ τὸν Ἰησοῦν, μονονουχὶ τὸ προφητικὸν ἐκεῖνο βοῶντες, καὶ λέγοντες· « Δήσωμεν τὸν δίκαιον, ὅτι δύσχρηστος ἡμῖν ἐστι, » καὶ τό γε ἧκον εἰς τὸν ἐνόντα σκοπὸν αὐτοῖς, ἀπώλετο δίκαιος ὤν, τουτέστιν, οὐκ εἰδὼς ἁμαρτίαν· οὐ γὰρ ἐπ' αἰτίαις εὐλόγοις ἀπεκτόνασιν αὐτὸν, ἄνδρας τε ὄντας δικαίους, τοὺς τὸ θεῖον αὐτοῖς καὶ εὐαγγελικὸν πρεσβεύοντας λόγον, καὶ καλοῦντας εἰς μετάγνωσιν τῆς ἐνούσης αὐτοῖς ὠμότητος, εἰς πεῖραν ἐλθεῖν ἀφιλοικτιρμόνως παρεσκεύασαν. Ἀνῄρηται γοῦν παρ' αὐτοῖς ὁ θεσπέσιος Στέφανος μακρὸν πρὸς αὐτοὺς κατατείνας λόγον, καὶ δι' ὧν ἦν εἰκὸς σαγηνεύεσθαι πρὸς μετάγνωσιν, διὰ τούτων αὐτῶν κατεθήγοντο πρὸς τὸ δυσμενές. Αἴρονται τοίνυν ἄνδρες δίκαιοι, φησὶ, καὶ οὐδεὶς ἐκδέχεται τῇ καρδίᾳ, τουτέστιν, εἰς νοῦν ἀξιοῖ βαλέσθαι τῆς δυσσεβείας τὸ μέγεθος· κατηγωνίσαντο τοὺς δικαίους, καὶ κεκρατήκασιν οἱ πονηροὶ τοῦ μὴ εἰδότος πλημμελεῖν. Ἔσται δὴ οὖν ἐν εἰρήνῃ ἡ ταφὴ αὐτοῦ· ἦρται ἐκ τοῦ μέσου. Ἄθρει δή μοι πάλιν τοῦ λόγου τὸ σχῆμα· τὸν γάρτοι σκοπὸν τῶν ἀνῃρηκότων, καὶ οὔτι που πάντως τὸ τοῦ πράγματος οὕτως ἔχον ὡς λέγεται διαδείκνυσι πέρας. Οὐ γὰρ ἦρται ἐκ τοῦ μέσου Χριστὸς, οὔτε μὴν οἱ τὰ αὐτοῦ πρεσβεύοντες, δίκαιοι καὶ αὐτοὶ τυγχάνοντες, ὡς παρ' αὐτοῦ δικαιούμενοι· γεγόνασί γε μὴν οἷον ἐκ μέσου, κατά γέ φημι τὸ τῶν ἀνῃρηκότων ἐγχείρημα· ὅτι δὲ τῶν ἀνῃρηκότων ἁπάντων κατατρέχει τὸ κατηγόρημα, καὶ οὐδεὶς ἦν ἐν τοῖς Ἰουδαίοις, ὃς ἔξω κείσεται τῆς αἰτίας, ὑπέφηνεν, εἰπών· Ἔσται ἐν εἰρήνῃ ἡ ταφὴ αὐτοῦ. Καὶ ταφὴν μὲν ὀνομάζει τὸν θάνατον, τὸ δὲ, ἐν εἰρήνῃ, προστεθεὶς, ὑπέφηνεν ὅτι οὐδεὶς ἦν ὅλως ἐν τοῖς τῶν Ἰουδαίων τάγμασιν ἀνθεστηκὼς ταῖς ἀνοσίαις αὐτῶν βουλαῖς, ἤγουν ἀνθιστάμενος, καὶ τοῖς ἀνοσιουργεῖν ἐθέλουσιν ἐπιτιμῶν· ἐκ μιᾶς γὰρ ἅπαντες βουλῆς καὶ γνώμης τετολμήκασι κατὰ Χριστοῦ, εἰρηνεύοντές τε πρὸς ἀλλήλους ἀπεκτόνασιν αὐτόν.

[90] Sap. II, 12.

Ὑμεῖς δὲ προσαγάγετε ὧδε, υἱοὶ ἄνομοι, σπέρμα μοιχῶν καὶ πόρνης. Ἐν τίνι ἐνετρυφήσατε; καὶ ἐπὶ τίνα ἠνοίξατε τὸ στόμα ὑμῶν; καὶ ἐπὶ τίνα ἐχαλάσατε τὴν γλῶσσαν ὑμῶν; Οὐχ ὑμεῖς ἐστε τέκνα ἀπωλείας, σπέρμα ἄνομον; A

Ἐκ πολλῆς ἄγαν φιλοθεΐας ὁ θεσπέσιος προφήτης ταῖς τῶν Ἰουδαίων ἀθυροστομίαις ἐπιπηδᾷ, καὶ καταλγύνεται λίαν ἐπὶ ταῖς ἀνοσίαις αὐτῶν φωναῖς, ἃς εἰρήκασι κατὰ Χριστοῦ. Διατετελέκασι γὰρ μέχρι παντὸς οἱονεὶ χαλῶντες ἐπ' αὐτῷ τὴν γλῶσσαν, καὶ ὅλοις ὥσπερ ἱστίοις τῆς ἐνούσης ἀνεξικακίας αὐτῷ κατατρέχοντες. Τί γὰρ τῶν ἐκτόπων οὐχ ἁλοῖεν ἂν κατειρηκότες αὐτοῦ; Σαμαρείτην, καὶ οἰνοπότην, καὶ ἐκ πορνείας γεγεννημένον ὠνόμαζον αὐτὸν, καὶ δαιμονᾷν ἔφασκον τὸν ἐπιτιμῶντα δαίμοσι, καὶ ἐν Βεελζεβοὺλ ἐργάζεσθαι τὰς θεοσημίας, τὸν συντρίβοντα τὸν B Βεελζεβούλ. Εἶτα τελευτῶντες Πιλάτῳ προσῆγον, καὶ κατηγόρευον αὐτοῦ, τῶν μὲν ἀληθῶν οὐδὲν, ψευδοεπείαις δὲ μᾶλλον καὶ συκοφαντίαις χρώμενοι. Ἔφασκον γὰρ, ὅτι Οὗτος ἀνασείει τοὺς ὄχλους, καὶ κωλύει φόρους διδόναι Καίσαρι· ἕτερα δὲ πρὸς τούτοις, ἃ τῆς αὐτῶν κεφαλῆς τὴν ἄσβεστον καταντλήσει φλόγα. Ἐπὶ τούτοις αὐτοὺς καὶ αὐτὸς ὁ Σωτὴρ ᾐτιᾶτο, λέγων διὰ φωνῆς Ὠσηέ· « Οὐαὶ αὐτοῖς, ὅτι ἀπεπήδησαν ἀπ' ἐμοῦ· δείλαιοί εἰσιν, ὅτι ἠσέβησαν εἰς ἐμέ. Ἐγὼ δὲ ἐλυτρωσάμην αὐτοὺς, αὐτοὶ δὲ κατελάλησαν κατ' ἐμοῦ ψευδῆ. » Καὶ διά γε τῆς Ἱερεμίου φωνῆς· « Ἐγκαταλέλοιπα τὸν οἶκόν μου, ἀφῆκα τὴν κληρονομίαν μου, ἔδωκα τὴν ἠγαπημένην ψυχήν μου εἰς χεῖρας ἐχθρῶν αὐτῆς. Ἐγενήθη ἡ κληρονομία μου ἐμοὶ, ὡς λέων ἐν δρυμῷ· ἔδωκεν ἐπ' ἐμὲ τὴν φωνὴν C αὐτῆς, διὰ τοῦτο ἐμίσησα αὐτήν. » Πρὸς γὰρ ταῖς ἑτέραις συκοφαντίαις, αἷς πεποίηνται κατ' αὐτοῦ, πλεισταχοῦ τετολμήκασιν εἰπεῖν Πιλάτῳ προσάγοντες· « Αἶρε, αἶρε, σταύρου αὐτόν. » Δεδράκασι τοῦτο μάλιστα τῶν ἄλλων τῆς Ἰουδαίων Συναγωγῆς οἱ προεστηκότες. Καίτοι γὰρ εἰδότες, ὅτι αὐτός ἐστιν ὁ κληρονόμος, εἶπον ἐν ἑαυτοῖς· « Δεῦτε, ἀποκτείνωμεν αὐτὸν, καὶ σχῶμεν αὐτοῖς τὴν κληρονομίαν αὐτοῦ. » Ἀλλ' ἡμάρτανον τῆς ἐλπίδος. Ἀπεκτόνασι μὲν γὰρ, πλὴν οὐ μεμένηκε τῷ θανάτῳ κάτοχος· ἀνεβίω γὰρ, καὶ τὸν ἀμπελῶνα δέδωκε γεωργοῖς ἑτέροις, κακοὺς κακῶς ἀπολέσας τοὺς ἀγνώμονας καὶ Κυριοκτόνους. Ὦ τοίνυν υἱοὶ, φησὶν, ἄνομοι, ὦ σπέρμα μοιχῶν καὶ πόρνης. Καὶ μοιχοὺς μὲν ἐν τούτοις ἀποκαλεῖ τοὺς D καθηγεῖσθαι λαχόντας Γραμματεῖς τε καὶ νομοδιδασκάλους, οἳ μονονουχὶ κατεμοιχῶντο τὴν Συναγωγὴν, καὶ τὰ ἐκ νόμου τοῦ θείου λαλοῦντες αὐτῇ, παρατρέπονται δὲ μᾶλλον ἐφ' ἃ μὴ θέμις, καὶ διδάσκοντες διδασκαλίαν ἐντάλματα ἀνθρώπων. Πόρνη δὲ εἰκότως ἡ τῶν Ἰουδαίων Συναγωγὴ, τὰ τῶν μοιχωμένων δεχομένη σπέρματα, καὶ τὸν τοῦ πανσόφου Μωσέως ἀθετοῦσα νόμον. Ταύτητοι καὶ μάλα εἰκότως υἱοὺς αὐτοὺς ἀποκαλεῖ ἀνόμους. Εἴπατε δὴ οὖν ἐν τίνι, φησὶν, ἐνετρυφήσατε, καὶ ἐπὶ τίνα ἠνοίξατε τὸ στόμα ὑμῶν, καὶ ἐπὶ τίνα ἐχαλάσατε τὴν γλῶσσαν

VERS. 3, 4. *Vos autem accedite huc, filii iniqui, semen adulterorum et meretricis. In quo oblectati estis? et super quem aperuistis os vestrum? et in quem laxastis linguam vestram? Nonne vos estis filii perditionis, semen iniquum?*

798 Ex insigni pietatis studio insultat divinus propheta in effrenatam Judæorum petulantiam, et impiis vocibus quas contra Christum dixerunt valde offenditur. Semper enim laxabant velut in eum linguam, et totis quasi velis insectati sunt ejus patientiam. Quid enim fœdum et prodigiosum in eum debacchati non sunt? Samaritanum, vini potorem et ex scortatione natum eum vocabant: et dæmoniacum esse dicebant eum qui increpabat dæmonas: et in Beelzebul operari signa, qui contrivit Beelzebul. Dein ad extremum Pilato adductum accusabant, nihil veri afferentes, sed mendaciis usi et sycophantiis. Dicebant enim: Iste turbam concitat, vetat dare tributa Cæsari, aliaque præterea quæ in ipsorum caput inexstinctam flammam devolvent. De quibus accusavit eos Servator, voce Oseæ dicens: « Væ illis, quia resilierunt a me; miseri sunt, quia impii exstiterunt in me. Ego redemi eos, illi vero obloculi sunt contra me mendacia [91]. » Et voce Jeremiæ: « Dereliqui domum meam, dimisi hæreditatem meam, dedi dilectam animam meam in manum inimicorum ipsius. Facta est hæreditas mea mihi, ceu leo in silva. Edidit contra me vocem suam: propterea odi eam [92]. » Nam præter alias sycophantias, quas in illum excogitarunt, sæpenumero accedentes ad Pilatum audebant dicere: « Tolle, tolle, cruci affige eum [93]. » Hoc etiam maxime præ aliis fecerunt Judaicæ Synagogæ proceres. Quamvis enim scirent eum hæredem esse, dixerunt tamen apud sese: « Venite, occidamus eum, et occupemus nobis hæreditatem ejus [94]; » sed spe sua frustrati sunt. Occiderunt enim, sed non mansit detentus morte, at revixit, aliisque agricolis dedit vineam, male malos perdens, amentes et dominicidas. O igitur, inquit, filii iniqui, o semen adulterorum et meretricis! Adulteros hic appellat qui præsidebant, Scribas et legis doctores: qui tantum non adulterabant Synagogam, et ei legis præcepta loquentes, sed ad quæ fas non erat detorquentes, et docentes doctrinas mandata hominum. Meretrix autem merito erat Judæorum Synagoga, ut quæ **799** adulterorum semina reciperet, et sapientissimi Mosis legem repudiaret. Hinc eos meritissimo appellat filios iniquitatis. Dicite ergo, inquit, in quo insultastis, et contra quem aperuistis os vestrum, et in quem laxastis linguam vestram? Sæpe, inquit, ludibrio habuistis sanctos prophetas: atqui erant illi germani Dei summi filii, verum et famuli et subditi, et humanæ conditionis: ac in conservos ab ipsis patrata sunt facinora. Nunc autem in quem

[91] Osee, VII, 13. [92] Jer. XII, 7, 8. — [93] Joan. XIX, 15. [94] Matth. XXI, 38.

linguam laxavistis? [Non enim prophetis similis fuit, nostræ conditionis famulus, jugo subditus: at ipse Dominus universorum, etsi quidem formam servilem induerit. Filii itaque, inquit, estis ad interitum destinati (1).] Nec enim voluistis recipere Servatorem; et semen iniquum estis: non enim tulistis eum, qui per evangelica oracula vos ad pietatem instituit.

VERS. 5, 7. *Qui vocatis ad idola subter arbores frondosas, immolantes filios vestros in vallibus per medium petrarum. Hæc pars tua, hæc sors tua, et illis effudisti libamina, et illis obtulisti hostias. Propter hæc ergo non irascar? In monte excelso et præalto est cubile tuum, et illuc ascendere fecisti hostias tuas, et post postes ostii tui posuisti memoriam tuam.*

Dominicidas postquam eos esse ostendit, alium morbum patefacit, quod sint osores Dei, et ad cædem faciendam præcipites, nec id novum aut nuperum in illis sit, sed jampridem ac multis retro sæculis eis inoleverit. Vos enim estis, inquit, qui superioribus temporibus implorastis idola sub arboribus frondosis. Etsi enim lex Mosaica utilia illis præscriberet et diserte diceret: « Dominum Deum tuum adorabis, et ei soli servies, » eo tamen fatuitatis, vel potius impietatis intolerandæ et immoderatæ prolapsi sunt, ut idolorum architecti fierent, illisque sacra facerent, et exhortarentur ac docerent alios sub arboribus frondosis adorare, et ea divinis honoribus ornare. Quod perspicuum facit universorum Deus voce Jeremiæ, dicens: « Vidisti quæ fecit mihi habitatio Israel. Abierunt ad omnem montem excelsum, et subtus omne lignum frondosum, et fornicati sunt ibi [93]. » Occupabant enim montium vertices, et lucos florentissimos, et illic aras ac delubra exstruxerunt, et hostias impuris dæmonibus ac libamina **800** obtulerunt, nec suis liberis pepercerunt. Mactavit exempli causa Jechonias filium suum, non diis. Quod etiam Deus ipse per unum e sanctis prophetis dixit, crudelitatem eorum qui talia patrabant demonstrans: « Sacrificate homines, vituli enim defecerunt [94]. » Vos igitur estis, inquit, qui exhortamini ad idola, sub arboribus densis, mactantes liberos vestros in vallibus, per medium petrarum. Quid tum postea? Hæc tua pars, hæc tua sors. Adorasti enim vana, inquit, talem quoque habebis portionem, et sors tibi erit inanis. Vel illud dicere vult: Mactastis liberos vestros, inquit, in vallibus. Illa ergo est tua pars, hæc tua sors: id est, in eadem deducetis mala, eritque pars ac sors tibi mactatio. Quamobrem? Primum quia liberorum exstitisti interfector: deinde quia impuris dæmonibus et inanimis idolis effudisti libamina, illisque obtulisti hostias. Itaque, inquit, nonne ob hoc irascar? nonne

alicubi : « In via tua vivam. » Alibi rursus : « Viam mandatorum tuorum cucurri, cum dilatasti cor meum [34]. »

A ὁ θεσπέσιος ψάλλει Δαβίδ, ποτὲ μὲν, ὅτι « Ἐν τῇ ὁδῷ σου ζήσομαι, » ποτὲ δὲ πάλιν· « Ὁδὸν ἐντολῶν σου ἔδραμον, ὅταν ἐπλάτυνας τὴν καρδίαν μου. »

TOMUS VI.

VERS. 6, 7. *Ecce tu iratus es, et nos peccavimus. Propterea erravimus, et facti sumus velut immundi omnes nos, et tanquam pannus menstruatæ mulieris omnis justitia nostra. Defluximus autem tanquam folia, propter iniquitates nostras. Sic ventus auferet nos ut pulverem, et non est qui invocet nomen tuum, et cogitet apprehendere te. Quia avertisti faciem tuam a nobis, et tradidisti nos propter peccata nostra.*

ΤΟΜΟΣ Ϛ'.

Ἰδοὺ σὺ ὠργίσθης, καὶ ἡμεῖς ἡμάρτομεν. Διὰ τοῦτο ἐπλανήθημεν, καὶ ἐγενήθημεν ὡς ἀκάθαρτοι πάντες ἡμεῖς, καὶ ὡς ῥάκος ἀποκαθημένης πᾶσα ἡ δικαιοσύνη ἡμῶν· καὶ ἐξεῤῥύημεν ὡς φύλλα διὰ τὰς ἀνομίας ἡμῶν· οὕτως ἄνεμος οἴσει ἡμᾶς ὡς χοῦν (1), *καὶ οὐκ ἔστιν ὁ ἐπικαλούμενος τὸ ὄνομά σου, καὶ ὁ μνησθεὶς ἀντιλαβέσθαι σου, ὅτι ἀπέστρεψας τὸ πρόσωπόν σου ἀφ' ἡμῶν, καὶ παρέδωκας ἡμᾶς διὰ τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν.*

Visum est quibusdam interpretum, alium sensum his verbis apponere. Invertunt enim dictionum ordinem et sententiarum vim, ut ad hunc modum se habeat, quod dictum est : « Ecce nos peccavimus, et tu iratus es nobis. » Non enim, inquiunt, causa illis delinquendi fuit ira divina : at quia illi furiose bacchati sunt, Deus iratus est. Timent enim, ut videtur, necubi peccati auctor divinus furor intelligatur. Illud arbitror dicendum esse, iram divinam condemnari propterea non debere, si qui ei sunt obnoxii, non satis virium habeant ad effugiendum peccati insultum. Quandiu enim Servator in nobis voluptatem capit, peccatum vincimus, et a vitiorum sordibus recedentes, spiritualis fortitudinis insignibus strenue coronamur. At ubi fortitudinis suppeditorem, et roboris ac virium subministratorem exacerbamus, in debilitatem corruimus, et infirmam ac remissam mentem nostram inveniemus. Deus enim est virtutum Dominus [35]. Et quidem Christus ait ; « Sine me non potestis quidquam facere [36]. » Dixitque ei divinus David de omni sancto : « Gloria potentiæ eorum tu es [37]. » Alibi quoque, quod possit boni aliquid præstare, **889** non sibi, sed Dei potentiæ attribuens, psallit et inquit : « Non in arcu meo sperabo, et gladius meus non servabit me. Servasti enim nos ab his qui affligunt [38]. » Ut igitur supernæ clementiæ favor nos reddit fortissimos, et nervosos facit ad resistendum malo : pari ratione cum divinæ iræ subjicimur, tum vitiosis voluptatibus serviliter succumbere, omnino est necesse. Iratus es ergo, eo quod videlicet bacchati crudeliter sumus, et peccatores ac nefarii exstitimus, adeo ut omnis justitia nostra, inquit, panno menstruatæ mulieris esse similis videatur, id est, abominanda sit et impura. Nec enim facile videris justitiam apud Israelitas, maxime nunc post impietatem in Christum, quæ non reprehendatur et irrideatur. Nam qui pectus habent divino et intelligibili lumine omnino nudum et vacuum : qui fieri posset ut semitam recta ad sacras leges deducentem videant? aut quomodo justi

B Ἔδοξε τισὶ τῶν ἐξηγητῶν, καθ' ἑτέραν ἔννοιαν τοῖς προκειμένοις προσβαλεῖν. Ἀναστρέφουσι γὰρ τῶν λέξεων τὴν ἀπόδοσιν, ἤτοι τῶν ἐννοιῶν τὴν δύναμιν, ἵνα τοιοῦτον ᾖ τὸ λεγόμενον· « Ἰδοὺ ἡμεῖς ἡμάρτομεν, ὠργίσθης δὲ σύ. » Οὐ γάρ τοι, φασὶ, παραίτιος αὐτοῖς τοῦ πλημμελεῖν ἡ θεία γέγονεν ὀργή. Ἐπειδὴ δὲ αὐτοὶ πεπαρῳνήκασιν, ὠργίσθη Θεός. Δεδίασι γὰρ κατὰ τὸ εἰκὸς μὴ ἄρα πως ἁμαρτίας πρόξενος ὁ θεῖος νοεῖται θυμός. Οἶμαι δὲ δεῖν ἐκεῖνο εἰπεῖν, οὐ γάρ τοι κατάῤῥησιν ἔχει τῆς θείας ὀργῆς, τὸ τοὺς ὑπ' αὐτῇ γεγονότας ἀνικάνως ἔχειν πρός γε τὸ δύνασθαι διαφυγεῖν τῆς ἁμαρτίας τὴν ἔφοδον. Ἕως μὲν γὰρ ἐφ' ἡμῖν ὁ σώζων εὐφραίνεται, κατευμεγεθοῦμεν τῆς ἁμαρτίας, καὶ τῶν ἐκ φαυλότητος ῥύπων C ἀποφοιτῶντες εὐσθενῶς τοῖς εἰς εὐανδρίαν πνευματικὴν αὐχήμασι στεφανούμεθα. Καταπικραίνοντες δὲ τῆς ἰσχύος τὸν χορηγὸν, καὶ τῆς εὐανδρίας τὸν πρύτανιν, πίπτομεν εἰς τὸ ἄναλκι, καὶ ἀδρανῆ πως, καὶ παρειμένον τὸν ἑαυτῶν εὑρήσομεν νοῦν. Θεὸς γάρ ἐστιν ὁ τῶν δυνάμεων Κύριος. Καὶ γοῦν ἔφη Χριστὸς, ὅτι « Χωρὶς ἐμοῦ οὐ δύνασθε ποιεῖν οὐδέν. » Ἔφη δέ που καὶ ὁ θεσπέσιος Δαβὶδ πρὸς αὐτὸν περὶ παντὸς ἁγίου, ὅτι « Τὸ καύχημα τῆς δυνάμεως αὐτῶν σὺ εἶ. » Καὶ μὴν καὶ ἑτέρωθί που τὸ δύνασθαί τι τῶν ἀγαθῶν κατορθοῦν, οὐχ ἑαυτῷ μᾶλλον, ἀλλὰ καὶ ταῖς τοῦ Θεοῦ δυνάμεσιν ἀνατεθεὶς ψάλλει, καί φησιν· « Οὐκ ἐπὶ τῷ τόξῳ μου ἐλπιῶ, καὶ ἡ ῥομφαία μου οὐ σώσει με. Ἔσωσας γὰρ ἡμᾶς ἐκ τῶν θλιβόντων ἡμᾶς. » Ὥσπερ τοίνυν τὸ τῆς ἄνωθεν ἡμερότη-D τος εὐμενὲς, ἀλκιμωτάτους ἡμᾶς ἀποφαίνει, καὶ διανευροῖ πρὸς ἀντίστασιν τοῦ κακοῦ· κατὰ τὸν ἴσον τουτονὶ τρόπον, ὅταν ὑπὸ θείαν πίπτωμεν ὀργὴν, τὸ τηνικάδε πᾶσά πως ἀνάγκη δουλοπρεπῶς ὑποφέρεσθαι ταῖς εἰς τὸ φαῦλον ἡδοναῖς· ὠργίσθης τοίνυν ἐφ' οἷς δηλονότι πεπαρῳνήκαμεν, καὶ γεγόναμεν ἁμαρτωλοὶ, καὶ βέβηλοι, ὥστε καὶ πᾶσαν ἡμῶν, φησὶ, τὴν δικαιοσύνην ἐοικέναι ῥάκει γυναικὸς ἀποκαθημένης, τουτέστι, βδελυρὰν εἶναι καὶ ἀκάθαρτον. Οὐ γὰρ ἔστι δικαιοσύνην ἰδεῖν παρὰ τοῖς ἐξ αἵματος Ἰσραὴλ, νυνὶ δὴ μάλιστα μετὰ τὴν εἰς Χριστὸν

[34] Psal. CXVIII, 14, 15. [35] Psal. XXIII, 10. [36] Joan. XV, 5. [37] Psal. LXXXVIII, 18. [38] Psal. XLIII, 7, 8.

(1) *Ὡς χοῦν* LXX delent, nec in versione Hunfredi reperitur.

ἀσέβειαν, ἄμωμόν τε καὶ ἀκατάσχοπον· οἱ γὰρ ὅλως φωτὸς τοῦ θείου καὶ νοητοῦ γυμνὴν καὶ ἐρήμην ἔχοντες τὴν καρδίαν, πῶς ἂν εἰδεῖεν τὴν εὐθὺ τῶν ἱερῶν νόμων ἀποφέρουσαν τρίβον; Ἢ πῶς ἂν δίκαιοι κατὰ τὸ ἀληθὲς τῶν εὐαγγελικῶν κηρυγμάτων ἠμοιρηκότες, δι' ὧν ἔστι μαθεῖν τῆς ἀξιαγάστου πολιτείας τὴν ὁδόν; ἀκάθαρτοι δὴ οὖν, κἂν εἰ δοκοῖεν εἶναί τινες χρηστοὶ καὶ ἐπιεικεῖς. Ὥσπερ δὲ φύλλα πεπτώκασιν ἐκ φυτοῦ, καὶ οὐδὲν ἀπεικὸς εἰ τοῦτο παθόντες, καὶ διαῤῥιπτεῖσθαι πανταχοῦ προσδοκῶσιν οἱ τάλανες· εὐπαρακόμιστον γὰρ ἐσχήκασι τὴν καρδίαν, καὶ οἷον παντὶ περιφερομένην πνεύματι, καὶ οὐδείς ἐστι παρ' αὐτοῖς ὁ γνησίως ἐπικαλεῖσθαι Θεὸν εἰδὼς, ἤγουν διὰ μνήμης ἔχων, ὅτι χρὴ τῆς πρὸς αὐτὸν οἰκειότητος ἀντιλαβέσθαι νεανικῶς· πεπτώκαμεν δὲ, φασὶ, πρὸς τοῦτο ταλαιπωρίας, « ὅτι ἀπέστρεψας τὸ πρόσωπόν σου ἀφ' ἡμῶν, καὶ παρέδωκας ἡμᾶς διὰ τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν. » Οὐ γὰρ ἦν εὐπράξαι τοὺς ἀποστροφὴν ὑπομείναντας τὴν παρὰ Θεοῦ, ἀλλ' ἦν πᾶσά πως ἀνάγκη παντὶ περιπείρεσθαι κακῷ τοὺς ταῖς οὕτω πολλαῖς ἁμαρτίαις κατηχθισμένους.

A vere sint, qui evangelica prædicatione carent, unde liceret præclaræ conversationis viam discere? Impuri igitur sunt, etiamsi boni et probi esse videantur. Ac tanquam folia ceciderunt de arbore; nec mirum est si cum hoc illis accidat, etiam abjectum iri se plane sperent miseri. Labilem namque et lubricam mentem habuerunt, quæ omni vento circumfertur [29]. Nec quisquam eorum est qui germane ac genuine sciat Deum invocare, aut qui meminerit, conjunctionem quæ cum ipso est, apprehendendam et amplectendam prompte et quasi juveniliter. Cecidimus autem, inquiunt, eo miseriæ, « quia avertisti faciem tuam a nobis, et tradidisti nos propter peccata nostra. » Non enim beati esse poterant, a Deo rejecti; at omni malo transfigi plane oportet eos, B qui adeo multis peccatis onerati sunt.

Καὶ νῦν, Κύριε, Πατὴρ ἡμῶν σὺ εἶ. Ἡμεῖς δὲ πηλὸς, ἔργα τῶν χειρῶν σου πάντες ἡμεῖς. Μὴ ὀργίζου ἡμῖν σφόδρα, καὶ μὴ ἐν καιρῷ μνησθῇς ἁμαρτιῶν ἡμῶν. Καὶ νῦν ἐπίβλεψον, ὅτι λαός σου πάντες ἡμεῖς, πόλις τοῦ Ἁγίου σου.

VERS. 8, 9. *Et nunc, Domine, Pater noster tu es, nos autem lutum; opera manuum tuarum omnes nos. Ne irascaris nobis nimis, et ne memineris in tempore peccatorum nostrorum. Nunc ergo respice, quia populus tuus omnes nos, civitas Sancti tui.*

Παραιτοῦνται σφόδρα τὸ εἰσάπαν ἀπολισθεῖν τῆς πρὸς αὐτὸν οἰκειότητος. Ἐπειδὴ δὲ διὰ πολλὴν ἁμαρτίαν παρηνέχθησαν εἰς τοῦτο, πλέκουσί πως ἀρίστῃ τέχνῃ τὰς λιτάς· οὐ γὰρ ἔχοντες ἐξ ἔργου καὶ ἐξ ἀμωμήτου ζωῆς ἐκδυσωπῆσαι τὸν σώζοντα, ἐφ' ἕτερόν τι βαδίζουσι. Παρακαλοῦσι γὰρ ὡς Δημιουργὸν ποιημάτων ἰδίων θέσθαι τινὰ λόγον, καὶ νεῖμαι φειδὼ τοῖς παρ' αὐτοῦ παρενηνεγμένοις εἰς τὸ εἶναι, καὶ ζῆν. « Πατὴρ γὰρ ἡμῶν κεχρημάτικας, » φησὶν, « ἐσμὲν δὲ ἡμεῖς τῶν σῶν ἔργα χειρῶν. Οὐκοῦν μὴ ὀργίζου ἡμῖν σφόδρα. » Οὐκ ἀγνοοῦσιν, ὅτι προσκεκρούκασιν, ὁμολογοῦσι δὲ μᾶλλον, ὅτι καὶ δίκης ἀξίους ἑαυτοὺς ἀπέφηναν, πεπαρῳνηκότες ἀγρίως εἰς τὸν Υἱόν· διὰ τοῦτο μονονουχὶ κολάζουσι (1) τὴν λιτὴν, καὶ οὐκ ἐλευθέραν παντελῶς ποιοῦνται τὴν πρόσοδον· βραχὺ δέ πως τὴν παῤῥησίαν συστείλαντες, οὐ τὸ μηδὲ ὅλως ὀργίζεσθαι κατ' αὐτῶν αἰτοῦσιν ἐλεεινῶς τὸν Θεὸν, ἀναπλέκεσθαι δὲ μᾶλλον γαληνότητι τὸν θυμόν. Ἄξιοι μὲν γὰρ ὀργῆς ὁμολογουμένως, φησὶν, οἱ τοῖς οὕτως δεινοῖς ἐνισχημένοι κακοῖς, ἀλλὰ τῆς σῆς ἡμερότητος ἄξιον γένοιτο ἂν τὸ κολοβοῦν ἐφ' ἡμῖν, καὶ τὰ ἐκ δικαίας ὀργῆς. « Ἐν καιρῷ » τοίνυν θλίψεως, φησὶ, « μὴ μνησθῇς τῶν ἁμαρτιῶν ἡμῶν, ἐννοῶν ὅτι ὁ λαός σου πάντες ἡμεῖς, καὶ πόλις τοῦ Ἁγίου σου, » τουτέστιν, ἐν ᾗ τὸ σὸν ἁγίασμα. Σημαίνουσι δὲ διὰ τούτων τὸν νεών.

Valde deprecantur, omnino a conjunctione cum Deo excidere. Quia vero propter multa peccata ad C hoc deducti sunt, **890** preces optimo artificio texunt. Cum enim non possint operibus et inculpata vita Servatorem placare, ad aliud se conferunt. Rogant enim ut Creatorem, ut sui figmenti rationem habeat, et misericordiam conferat in eos qui ab ipso in rerum naturam et vitam producti sunt. « Pater enim noster, » inquit, « nuncuparis, nosque sumus opera manuum tuarum. Itaque ne irascaris nobis graviter. » Non ignorant se offendisse, imo confitentur, quod se pœna dignos effecerint, immaniter debacchati in Filium. Idcirco etiam precationem tantum non conscindunt, nec liberum sibi accessum aditumque faciunt, sed aliquantulum loquendi fiduciam contrahunt, Deumque orant miserabiliter, ne omnino sibi irascatur, sed ut furorem placabilitate D contemperet. Digni quidem, inquit, sumus plane ira, adeo gravibus malis implicati; at tua clementia dignum est iram etiam justam in nos minuere et decurtare. « Tempore » igitur afflictionis, inquit, « ne memineris peccatorum nostrorum, sed cogita populum tuum nos omnes esse, et civitatem Sancti tui, » id est, in qua tuum est sanctuarium. Significant autem his verbis templum.

Ἐγενήθη ἔρημος Σιὼν, ὡς ἔρημος ἐγενήθη Ἱερουσαλὴμ, εἰς κατάραν ὁ οἶκος τὸ ἅγιον ἡμῶν, ἡ δόξα ἣν εὐλόγησαν οἱ πατέρες ἡμῶν, ἐγενήθη πυρίκαυστος, καὶ πάντα τὰ ἔνδοξα

VERS. 10-12. *Facta est deserta Sion; quasi solitudo facta est Jerusalem, exsecratio domus sancta nostra, gloria cui benedixerunt patres nostri, igne combusta est, et omnia gloriosa conciderunt. Et super*

[29] Jac. I, 6.

(1) Hunfred. legisse videtur κολάπτουσι.

his omnibus tu sustinuisti, Domine, et tacuisti, et humiliasti nos valde.

Cum præsignificarint animi mala, prædixerintque se peccatis irretitos, instabiles, et foliorum instar omni flatu huc illuc jactatos esse; commemorant deinceps et externas calamitates quæ illatæ sunt, ac videntur Hierosolymorum vastationem deplorare, templique incendium. Nam post Servatoris crucem, hæc omnia effecta sunt. « Et deserta, » inquit, « facta est Sion, » quæ adeo speciosa fuit aliquando, celebris illa et populosa. « Factaque est exsecratio domus sancta nostra. » Exsecrationem dicunt, pro, contradictione et convicio Deum ignorantibus. Cultores enim dæmoniorum, cum sancti, aut qui aliquo modo adhærent Deo patiuntur supplicium, profuse rident et efferuntur, et majestatem ejus qui servat illos ludibrio habent. **891** Putant enim fortassis manum ejus laborare, nec posse illos servare; nec cogitant eos pœnæ ideo subjectos esse, quod ea patraverint quæ illi displicent. « Exsecratio » igitur « facta est domus sancta nostra. » Sanctum enim fuit apud illos templum. Et igne combustum est, inquit, quod voce sanctorum patrum adeo decantatum, celebratum ac prædicatum est. Concidisse aiunt omnia gloriosa. Nulla enim erat omnino veneratio sacrosanctorum vasorum, quæ in divino templo posita fuerunt, nulla reverentia his qui illa diripiunt et incendunt. « At sustinuisti, » inquit, « in his omnibus et conticuisti, nosque ad solum usque prostravisti. » Quia enim repellere poterat hostilem incursum, permisit tamen eos invalescere, et in ipsum etiam templum irruere : colligunt inde se propter iram et peccata despectos esse, iramque his de causis concipiunt. Qui enim potest injuriam prohibere, prætermittit tamen, et res adversas et asperas ad finem usque progredi et procedere permittit, acerbam iram procul dubio in eos distillasse et effudisse eum, manifestum est; ita ut etiam suam gloriam neglectui habuerit, et ludibria hostium sustinuerit. Quandoquidem bene accidit eos pœnas dare, quos par est ob multa peccata supplicio affici.

CAP. LXV. VERS. 1, 2. *Manifestus factus sum his qui me non quærebant, inventus sum non interrogantibus me. Dixi : Ecce ego genti, quæ non appellavit nomen meum. Expandi manus meas tota die, ad populum incredulum et contradicentem, qui non ambulavit in via vera, sed post peccata sua.*

Necessario jam prædictis hæc inferuntur. Nam quoniam dixerunt : « Quid seduxisti nos, Domine, a via tua? obdurasti corda nostra, ne timeremus te[60]; » adjeceruntque : « Facta est deserta Sion, quasi solitudo facta est Jerusalem, et exsecratio domus sancta nostra : » deinceps necessario Christi ipsius persona inducta est, causas velut referens, cur hæc

[60] Isa. LXIII, 17.

A *συνέχεσε. Καὶ ἐπὶ πᾶσι τούτοις ἠνέσχου, Κύριε, καὶ ἐσιώπησας, καὶ ἐταπείνωσας ἡμᾶς ἕως σφόδρα.*

Τὰς ἐν ψυχῇ ζημίας προαπαγγείλαντες, καὶ ὅτι γεγόνασι ταῖς ἁμαρτίαις εὐάλωτοι προηγορευκότες, εὐπαράφοροί τε καὶ φύλλων δίκην ὑπὸ παντὸς πνεύματος τῇδέ τε κἀκεῖσε διαῤῥιπτούμενοι, διαμνημονεύουσι λοιπὸν καὶ τῶν ἔξωθεν αὐτοῖς ἐπενηνεγμένων συμφορῶν· ἐοίκασι δὲ τὴν τῶν Ἱεροσολύμων πόρθησιν ὀλοφύρεσθαι, καὶ τὸν ἐμπρησμὸν τοῦ ναοῦ· μετὰ γάρ τοι τὸν τοῦ Σωτῆρος σταυρὸν, ταυτὶ δὴ πάντα τετέλεσται· « Ἔρημος δὲ οὖν ἐγενήθη ἡ Σιὼν, » φησὶν, ἡ διαπρεπὴς οὕτως καὶ διαβόητος, καὶ πολυανδροῦσα ποτέ. « Γέγονε δὲ καὶ εἰς κατάραν τὸ ἅγιον ἡμῶν· » τὸ δὲ, κατάραν φασὶν, ἀντὶ τοῦ, εἰς καB τάῤῥησιν καὶ λοιδορίαν τοῖς οὐκ εἰδόσι Θεόν· οἱ γὰρ τῶν δαιμόνων θεραπευταὶ πασχόντων ἁγίων, ἤγουν τῶν καθ' ὁντιναοῦν τρόπον ἀνακειμένων Θεῷ, πλατὺ γελῶσι, καὶ κατεπαίρονται, καὶ τὴν τοῦ σώζοντος αὐτοὺς διασύρουσι δόξαν. Οἴονται γὰρ ἴσως τὴν αὐτοῦ χεῖρα παθεῖν τὸ μὴ ἰσχῦσαι σώζειν αὐτοὺς, καὶ οὐκ ἐννοοῦσιν, ὅτι πεπτώκασιν ὑπὸ δίκην πεπραχότες τινὰ τῶν ἀπᾳδόντων αὐτῷ. « Εἰς κατάραν » τοίνυν « ὁ οἶκος τὸ ἅγιον ἡμῶν. » Ἅγιος γὰρ ἦν παρ' αὐτοῖς ὁ ναὸς, γέγονε δὲ καὶ πυρίκαυστος, φησὶν, ὁ διὰ φωνῆς τῶν ἁγίων πατέρων, ὥστε περιφανὴς, καὶ ἀοίδιμος προαπηγγελμένος· συμπεπτωκέναι δέ φασι πάντα τὰ ἔνδοξα· σέβασμα γὰρ ἦν ὅλως οὐδὲν τῶν ἐν τῷ θείῳ ναῷ κειμένων σκευῶν ἱερῶν, τοῖς διαρπάζουσιν C αὐτὰ, καὶ καταπιμπρᾶσιν· « Ἠνέσχου δὲ, » φησὶν, « ἐπὶ πᾶσι τούτοις, καὶ κατεσίγησας, καὶ κατεχώμισας ἡμᾶς ἕως ἐδάφους. » Ἐπειδὴ γὰρ ἀποσοβῆσαι δυνάμενος τῶν πολεμίων τὴν ἔφοδον, συγκεχώρηκεν ἰσχῦσαι, καὶ καταδραμεῖν, καὶ αὐτοῦ τοῦ νεὼ, διατεκμαίρονται λοιπὸν, ὅτι παρεώρανται δι' ὀργὴν, καὶ ἁμαρτιῶν ἐπίχειρα, τὴν ἐπ' αὐτοῖς δὴ τούτοις σιγὴν ἐσχήκασιν. Ὁ γὰρ ἐνὸν εὐκόλως ἀποστῆσαι τὴν ὕβριν, εἶτα τοῦτο μεθεὶς, καὶ προελθεῖν εἰς πέρας ἐφιεὶς τὰ δεινὰ, δῆλος ἂν εἴη δήπουθεν δριμεῖαν αὐτοῖς ἐπιστάξας ὀργὴν, ὡς καὶ δόξης ἰδίας ὑπεριδεῖν, καὶ ἀνασχέσθαι γέλωτος ἐχθρῶν, ὅταν ἐκβαίνῃ καλῶς τὸ ἐκτιννύναι δίκας τοὺς οἷς ἂν πρέποι κολάζεσθαι διὰ πολλὴν ἁμαρτίαν.

Ἐμφανὴς ἐγενόμην τοῖς ἐμὲ μὴ ζητοῦσιν, D *εὑρέθην τοῖς ἐμὲ μὴ ἐπερωτῶσιν. Εἶπα· Ἰδοὺ εἰμὶ τῷ ἔθνει, οἳ οὐκ ἐπεκαλέσαντο τὸ ὄνομά μου. Ἐξεπέτασα τὰς χεῖράς μου ὅλην τὴν ἡμέραν πρὸς λαὸν ἀπειθοῦντα, καὶ ἀντιλέγοντα, οἳ οὐκ ἐπορεύθησαν ὁδῷ ἀληθείας, ἀλλὰ ὀπίσω τῶν ἁμαρτιῶν αὐτῶν.*

Ἀναγκαίως τοῖς ἤδη προειρημένοις ἐπιφέρεται ταῦτα. Ἐπειδὴ γὰρ ἔφασκον· « Τί ἐπλάνησας ἡμᾶς, Κύριε, ἀπὸ τῆς ὁδοῦ σου; ἐσκλήρυνας ἡμῶν τὰς καρδίας τοῦ μὴ φοβεῖσθαί σε· » προσεπήγαγον δὲ, ὅτι « Ἐγενήθη ἔρημος Σιὼν, ὡς ἔρημος ἐγενήθη Ἱερουσαλὴμ, εἰς κατάραν ὁ οἶκος ὁ ἅγιος ἡμῶν. » λοιπὸν ἀναγκαίως τὸ αὐτοῦ πρόσωπον εἰσβέβηκε τοῦ Χρι-

A στοῦ, τὰς αἰτίας ὥσπερ ἀπαγγέλλων, ἐφ' αἷς εἰκότως ταυτὶ πεπονθότες, οὐχ ἑαυτοῖς μᾶλλον ἐπιγράφουσι τὰς αἰτίας, ἐγκαλοῦσιν, ὥσπερ τῷ τὴν ἰσόῤῥοπον αὐτοῖς ἐπάγοντι δίκην. « Ἐμφανὴς γὰρ γέγονα, » φησὶ, « καὶ τοῖς ἐμὲ μὴ ζητοῦσιν, εὑρέθην τοῖς ἐμὲ μὴ ἐπερωτῶσιν· » αὐτόμολος γὰρ ὁ Σωτὴρ εἰστρέχων ἐν ταῖς συναγωγαῖς, ἐδίδασκεν αὐτοὺς κηρύσσων τὸ εὐαγγέλιον τῆς βασιλείας, καὶ θεραπεύων πᾶσαν νόσον καὶ πᾶσαν μαλακίαν ἐν τῷ λαῷ, καθὰ γέγραπται. Τί γὰρ οὐ πέπρακται παρ' αὐτοῦ τῶν ἐπέκεινα καὶ λόγου καὶ θαύματος; Ἀπηλλάττοντο λεπροὶ, καὶ χειρὸς ἁφῇ, καὶ νεύματι τῷ θεοπρεπεῖ, ἠγέρθησαν ἐκ μνημάτων νεκροὶ, τυφλοὶ τὸ τριπόθητον ἐδέχοντο φῶς, ἀνεσκίρτησαν ὡς ἔλαφοι τῷ ποδὶ λελωβημένοι. Καὶ γοῦν τοῖς ταῦτα τεθεαμένοις B ἔφασκεν ὁ Χριστός· « Εἰ οὐ ποιῶ τὰ ἔργα τοῦ Πατρός μου, μὴ πιστεύετέ μοι· εἰ δὲ ποιῶ, κἂν ἐμοὶ μὴ πιστεύητε, τοῖς ἔργοις μου πιστεύσατε. » — « Εἶπον » τοίνυν, φησὶν, « Ἐγώ εἰμι τῷ ἔθνει, οἳ οὐκ ἐκάλεσαν τὸ ὄνομά μου· » εὑρίσκεται γὰρ ποτὲ μὲν λέγων, « Ἐγώ εἰμι τὸ φῶς τοῦ κόσμου, » ποτὲ δὲ πάλιν, « Εἴ τις διψᾷ, ἐρχέσθω πρός με, καὶ πινέτω. Ὁ πιστεύων εἰς ἐμὲ, καθὼς εἶπεν ἡ Γραφὴ, ποταμοὶ ἐκ τῆς κοιλίας αὐτοῦ ῥεύσουσιν ὕδατος ζῶντος· » ἀλλ' οὐκ ἤθελον ἐπικαλεῖσθαι τὸ ὄνομα αὐτοῦ, καίτοι διαῤῥήδην τὸ « Ἐγώ εἰμι » λέγοντος πλεισταχοῦ. Ὅτι δὲ γεγόνασιν ἀνουθέτητοι καὶ ἐν ἴσῳ τάχα που τοῖς οὐκ ἔχουσιν ὦτα, σκληροί τε καὶ ἀπειθεῖς, διαδείκνυσι λέγων, ὅτι « Ἐξεπέτασα τὰς χεῖράς μου πρὸς λαὸν ἀπειθοῦντα, καὶ ἀντιλέγοντα· » κατειθίσμεθα γὰρ C ἀεὶ πως τοῖς ἀνηκόοις προσδιαλεγόμενοι μετὰ βοῆς τὰς χεῖρας ἁπλοῦν, καὶ πλείστην ὅσην κατ' αὐτῶν ποιεῖσθαι τὴν ἐπίπληξιν· « ἀλλ' οὐκ ἐπορεύθησαν, » φησὶν, « ὁδῷ ἀληθινῇ. » Παρεδέξαντο γὰρ οὐδαμῶς τὸ σωτήριον κήρυγμα, « εἵποντο δὲ μᾶλλον ταῖς ἑαυτῶν ἁμαρτίαις, » τουτέστιν, ἀσχέτῳ φορᾷ κατεφέροντο πρὸς ἀτημελῆ καὶ ἐκνομωτάτην ζωὴν, δίκης τε αὐτοῖς καὶ ὀλέθρου πρόξενον. Τοῦτο πάλιν ὁ Σωτὴρ αὐτοῖς εὑρίσκεται λέγων· « Ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ἐὰν μὴ πιστεύσητε, ὅτι ἐγώ εἰμι, ἐν ταῖς ἁμαρτίαις ὑμῶν ἀποθανεῖσθε. » Ἀντεπράττοντο γὰρ νουθετούμενοι, παρήγγειλον δὲ καὶ τοῖς ὑπὸ χεῖρα λέγοντες· « Δαιμόνιον ἔχει, καὶ μαίνεται, τί αὐτοῦ ἀκούετε; » Ναὶ μὴν κἀκεῖνο πρὸς τούτῳ βοῶντες· « Περὶ καλοῦ ἔργου οὐ λιθάζομέν σε, ἀλλὰ περὶ βλασφημίας, ὅτι σὺ ἄνθρωπος ὢν ποιεῖς σεαυτὸν Θεόν. »

merito passi fuerint. Non sibi causas ascribunt, sed in crimen vocant fere illum qui dignam illis pœnam inducit. « Apparui, » enim, inquit, « me non quærentibus, inventus sum me non interrogantibus. » Sua namque sponte Servator ingressus in synagogas, **892** docuit illos, prædicans Evangelium regni, et curans omnem morbum et omnem infirmitatem in populo [41], sicuti scriptum est. Quid enim non factum est ab eo, quod non superet omnem et orationem et admirationem? Leprosi manus tactu et nutu divino liberati sunt; excitati e monumentis mortui; cæci optatissimam lucem receperunt; exsilierunt velut cervi pede capti [42]. Hæc spectantibus dixit Christus : « Si non facio opera Patris mei, nolite mihi credere; sin facio, etsi mihi non credatis, operibus meis credite [43]. » « Dixi » igitur, inquit : « Ego adsum genti, quæ non appellavit nomen meum. » Invenitur enim dicens nunc : « Ego sum lux mundi [44]; » nunc rursus : « Si quis sitit, veniat ad me, et bibat. Qui credit in me, sicuti dicit Scriptura, flumina de ventre ejus fluent aquæ viventis [45]. » At noluerunt appellare nomen ejus, quantumvis diserte diceret, et quidem sæpe : « Ego sum. » Fuisse autem eos admonitionis impatientes, et similes his qui aures non habent, duros et inobedientes, ostendit cum ait : « Expandi manus meas ad populum inobedientem ac contradicentem. » Solemus enim semper cum refractarios alloquimur, et immorigeros, cum clamore manus extendere et graviter in illos invehi. « Sed non ambulaverunt, » inquit, « in via vera. » Nullo enim modo admiserunt salutarem prædicationem, « sed peccata sua secuti sunt, » id est, effreni impetu ad solutam vitam maximeque legibus contrariam devoluti sunt, quæ pœnam ipsis et interitum accersivit. Hoc rursus Servator illis dicere invenitur : « Amen dico vobis : Si non credideritis quod ego sim, in peccatis vestris moriemini [46]. » Admoniti enim renitebantur, ac denuntiabant subjectis manui suæ : « Dæmonium habet et insanit, quid ipsum auditis [47]? » Illud insuper clamantes : « Non propter bonum opus lapidamus te, sed propter blasphemiam, quia tu homo cum sis, facis teipsum Deum [48]. »

D *Ὁ λαὸς οὗτος ὁ παροξύνων με, ἐνώπιον ἐμοῦ αὐτοὶ διὰ παντός. Θυσιάζουσιν ἐν τοῖς κήποις, καὶ θυμιῶσιν ἐν τοῖς πλίνθοις τοῖς δαιμονίοις, ἃ οὐκ ἔστι. Καὶ ἐν τοῖς μνήμασι, καὶ ἐν τοῖς σπηλαίοις κοιμῶνται δι' ἐνύπνια, οἱ ἐσθίοντες κρέα ὕεια, καὶ ζωμὸν θυσιῶν, μεμολυσμένα πάντα τὰ σκεύη αὐτῶν· οἱ λέγοντες, Πόῤῥω ἀπ' ἐμοῦ, ὅτι καθαρός εἰμι, μὴ ἐγγίσῃς μοι. Οὗτος ὁ καπνὸς τοῦ θυμοῦ μου, πῦρ καίεται ἐν αὐτῷ πάσας τὰς ἡμέρας.*

VERS. 3-5. *Populus hic exacerbans me, in conspectu meo semper. Isti sacrificant in hortis, et adolent incensum super lateres dæmonibus, qui non sunt. Et in monumentis ac speluncis dormiunt propter insomnia; comedunt carnes suillas, et jus hostiarum; polluta omnia vasa eorum : dicunt,* **893** *Longe a me, quia mundus sum, ne appropinques mihi. Iste fumus furoris mei, ignis ardet in eo omnibus diebus.*

Ἀνοσίους ὄντας ἐλέγχει τοὺς ἐξ Ἰσραὴλ, καὶ οὔτι που μόνον κατὰ τὸν τῆς ἐπιδημίας καιρὸν, ἀλλὰ γὰρ

Impios Israelitas arguit, nec solum adventus tempore, sed retro, et velut ab ipsa stirpe et ex patri-

[41] Matth. IV, 23. [42] Matth. XI, 5; Isa. XXXV, 5, 6. [43] Joan. X, 37, 38. [44] Joan. VIII, 12. [45] Joan. VII, 37, 38. [46] Joan. VIII, 24. [47] Joan. X, 20. [48] ibid. 33.

bus, qui divina ejus lege rejecta, et Mosaicis præceptis tantum non vale dicto, idolis servierunt, et falso nuncupatis diis sacrificarunt, et immundorum spirituum cultores exstiterunt. « Hic populus, » inquit, « est qui semper me exacerbat. Sacrificarunt enim indesinenter, » id est, longo tempore, « in conspectu meo. » At quomodo latere poterant, cum Deus omnia inspiciat? Dixit enim per quemdam ex sanctis prophetis : « Deus appropinquans ego sum, dicit Dominus[49], et non Deus e longinquo. An me celabitur quidquam? » Si ergo nihil eum celetur, quomodo latuerunt quidam suffitum facientes in hortis, vel in silvis, montibus et lucis? Quid igitur significat, « In conspectu meo? » Scilicet in ipso temple quod mihi consecratum est. Simile quiddam enim dixit voce Jeremiæ de Jerusalem. « Quam abominationem fecit dilecta in domo mea[50]? » Abominationem nominare consueverunt sacræ Litteræ idolum. Itaque et ob oculos meos « suffitus faciunt, » inquit, « et in hortis, » id est, in montibus, uti dixi, « sub quercu, et populo, et arbore umbrosa[51], » secundum id quod scriptum est. Sacrificabant, ut videtur, Græcorum morem secuti, quibusdam dæmonibus, nymphas illi vocant, hamadryadas, et oreadas. Sed non sunt, inquit, non quod non subsistant exitiosi dæmones; sed quod non sint dii, prout illi qui sacrificant illis opinantur. Sacrificarunt etiam in monumentis et speluncis, necromantica quædam, ut videtur, exercentes. Dormiebant etiam in monumentis, insomniis quibusdam et spectris decepti, et notitiam rerum futurarum indagantes. Ejusmodi sunt enim impietatis Græcorum inventa. Calcasse autem eos quoque legis præcepta, demonstrat inquiens : « Comedunt carnes suillas. » Interdixit enim hæc Israelitis. Absorbebant etiam jus sacrificiorum, omni impuritate repleti, sordes non eluendas habentes, putantes deinde ad summum omnis puritatis gradum se pervenisse, adeo ut dicerent appropinquare volentibus, **894** « Longe a me, ne appropinques mihi, quia purus sum. » Mali enim et impuri dæmones, persuadent his qui se adorant, quod etsi omnia præter æquum et bonum agant, imo etiam res inquinatissimas, futuri sint puri, face illis prælucente, et igne circumeunte, vel etiam aquarum abstersione, et fabulis anilibus incantantibus. Cæterum hæc omnia, inquit, impie et flagitiose ab illis perpetrata, « Fumus sunt furoris mei, et ignis ardet in eo omnibus diebus. » Scimus autem, cum ignis accendendus est, exoriri prius fumos. Itaque ante Servatoris adventum, cum in sordibus versaretur, quem modo diximus, Israel, velut fumi quidam et initia divinæ iræ apparuerunt. Postquam vero prioribus suis impietatibus addiderunt etiam debacchationem in ipsum universorum Servatorem et Redemptorem : interfecerunt enim principem vitæ[52], furor deinde accensus est, et in flammam quodammodo fumi conversi sunt.

ἄνωθεν, καὶ οἷον ἐκ ῥίζης, καὶ ἐκ πατέρων οἱ τὸν θεῖον αὐτοῦ παρωσάμενοι νόμον, καὶ μονονουχὶ τὸ ἐῤῥῶσθαι φθάσαντες ταῖς διὰ Μωσέως ἐντολαῖς, λελατρεύκασιν εἰδώλοις, καὶ τεθύκασι τοῖς ψευδωνύμοις θεοῖς, καὶ πνευμάτων ἀκαθάρτων γεγόνασι θεραπευταί. « Οὗτος ὁ λαὸς ἀεὶ γέγονε, » φησὶ, « παροξύνων με. Τεθύκασι γὰρ ἀκαταλήκτως, » τουτέστιν, ἐν χρόνοις μακροῖς, « ἐνώπιόν μου. » Εἶτα πῶς ἦν δύνασθαι λαθεῖν αὐτοὺς, καίτοι πάντα ἐφορῶντος Θεοῦ; Ἔφη γάρ που, καὶ δι' ἑνὸς τῶν ἁγίων προφητῶν· « Θεὸς ἐγγίζων ἐγώ εἰμι, λέγει Κύριος, καὶ οὐχὶ Θεὸς πόῤῥωθεν, μὴ ἀπ' ἐμοῦ κρυβήσεταί τι; » Οὐκοῦν εἰ μηδὲν ἀπ' αὐτοῦ κρύπτεται, πῶς ἂν ἔλαθον τινὲς θυμιῶντες ἐν κήποις, ἤγουν ἐν δρυμοῖς, ὄρεσί τε καὶ νάπαις; Τί οὖν ἄρα τὸ « ἐνώπιόν μου » δηλοῖ, ἀντὶ τοῦ, καὶ εἰς αὐτὸν τὸν ἀφιερωθέντα μοι νεών. Ἔφη γάρ τοι τοιοῦτον καὶ διὰ φωνῆς Ἱερεμίου περὶ τῆς Ἱερουσαλήμ· « Τί ἡ ἠγαπημένη ἐν τῷ οἴκῳ μου ἐποίησε βδέλυγμα; » Βδέλυγμα δὲ τὸ εἴδωλον ὀνομάζειν ἔθος τοῖς ἱεροῖς Γράμμασιν. Οὐκοῦν κατ' ὀφθαλμοὺς ἐμοὺς « θυμιῶσι, » φησὶ, « καὶ ἐν τοῖς κήποις, » τουτέστιν, ἐν ὄρεσιν, ὡς ἔφην, « ὑποκάτω δρυὸς, καὶ λεύκης, καὶ δένδρου συσκιάζοντος, » κατὰ τὸ γεγραμμένον. Ἔθυον δὲ, κατὰ τὸ εἰκὸς, τοῖς Ἑλλήνων ἀκολουθήσαντες θυμοῖς, δαίμοσι τισὶν, ἃς νύμφας ἐκεῖνοι καλοῦσιν, ἁμαδρυάδας καὶ ὀρειάδας· ἀλλ' οὐκ εἰσι, φησίν, οὐχ ὅτι μὴ ὑπάρχουσιν οἱ ἀλιτήριοι δαίμονες, ἀλλ' ὅτι θεοὶ μᾶλλον οὐκ εἰσι, κατά γε τὰς τῶν θυόντων αὐτοῖς ὑπονοίας. Ἔθυον δὲ καὶ ἐν μνήμασι, καὶ ἐν σπηλαίοις, νεκυομαντείας τὰς καλουμένας ἐπιτηδεύοντες κατὰ τὸ εἰκός. Ἐκοιμῶντο δὲ καὶ ἐν μνήμασιν, ὀνειροπομπείοις τισὶ καὶ φάσμασιν ἀπατώμενοι, καὶ τῶν ἐσομένων πολυπραγμονοῦντες τὴν γνῶσιν. Τοιαῦτα γάρ πώς εἰσι τῆς τῶν Ἑλλήνων ἀνοσιότητος τὰ εὑρήματα. Ὅτι δὲ καὶ τὴν τοῦ νόμου πεπατήκασιν ἐντολὴν, διαδείκνυσιν εἰπὼν, « Ἐσθίοντες κρέα ὕεια· » ἀπείρητο γὰρ τὰ τοιάδε τοῖς ἐξ Ἰσραήλ· ἐξεῤῥόφουν δὲ καὶ ζωμοὺς θυσιῶν, ἁπάσης ἀκαθαρσίας ἀναπιμπλάμενοι, καὶ δυσαπότριπτον ἔχοντες μολυσμόν· εἶτα νομίζοντες, ὅτι καὶ εἰς λῆξιν ἁπάσης ἐληλάκασι καθαρότητος, ὥστε καὶ λέγειν τοῖς ἐγγὺς εἶναι θέλουσιν αὐτῶν· « Πόῤῥω ἀπ' ἐμοῦ, μὴ ἐγγίσῃς μοι, ὅτι καθαρός εἰμι. » Οἱ γὰρ πονηροὶ καὶ ἀκάθαρτοι δαίμονες ἀναπείθουσι φρονεῖν τοὺς προσκυνοῦντας αὐτοῖς, ὅτι πάντα δρῶντες, καὶ τὰ πέρα νόμου, καὶ πάσης ἐπιεικείας, μᾶλλον δὲ τὰ εἰς ἄκρον ἥκοντα μολυσμοῦ, ἔσονται καθαροὶ, δᾳδὸς ἀφθείσης παρ' [al. ἐπ'] αὐτοῖς, καὶ κύκλῳ πυρὸς περιθέοντες, ἢ τάχα που, καὶ ὕδατος ῥαντισμοῦ, καὶ μυθολογίας γραοπρεποῦς ἐπᾳδομένης αὐτοῖς. Ἀλλὰ ταυτὶ σύμπαντα φησὶ, τὰ δυσσεβῶς τε καὶ ἀνοσίως παρ' αὐτῶν γεγονότα· « Καπνός εἰσι τοῦ θυμοῦ μου, καὶ πῦρ καίεται ἐν αὐτῷ πάσας τὰς ἡμέρας. » Ἴσμεν δὲ, ὅτι πυρὸς ἐξάπτεσθαι μέλλοντος προανίσχουσι καπνοί. Οὐκοῦν πρὸ μὲν τῆς τοῦ Σωτῆρος ἐπιδημίας, ἐν μολυσμοῖς ὄντος τοῖς ἀρτίως ἡμῖν εἰρημένοις τοῦ Ἰσραὴλ, καπνοί τινες ὥσπερ, καὶ ἀρχαὶ τῆς θείας ὀργῆς ἀνεφαίνοντο. Ἐπειδὴ δὲ

[49] Isa. LII, 6. [50] Jer. XI, 15. [51] Osee IV, 13. [52] Act. III, 15.

ταῖς προτέραις ἑαυτῶν δυσσεβείαις προσεπήγαγον, καὶ τὴν εἰς αὐτὸν παροινίαν τὸν τῶν ὅλων Σωτῆρα καὶ Λυτρωτήν· ἀπεκτόνασι γὰρ τὸν ἀρχηγὸν τῆς ζωῆς, ἐξήφθη λοιπὸν ὁ θυμὸς, καὶ εἰς φλόγα τρόπον τινὰ μετέστησαν οἱ καπνοί.

A *Ἰδοὺ γέγραπται ἐνώπιόν μου· Οὐ σιωπήσω ἕως ἂν ἀποδῶ, καὶ ἀνταποδώσω εἰς τὸν κόλπον αὐτῶν τὰς ἁμαρτίας αὐτῶν, καὶ τῶν πατέρων αὐτῶν, λέγει Κύριος· οἳ ἐθυμίων ἐπὶ τῶν ὀρέων, καὶ ἐπὶ τῶν βουνῶν αὐτῶν ὠνείδισάν με· ἀποδώσω τὰ ἔργα αὐτῶν εἰς τὸν κόλπον αὐτῶν.*

Ὅμοιον ὡς εἰ λέγοι· Τὰ εἰς λύπην ἐμὴν παρά τε τῶν πατέρων αὐτῶν, καὶ παρ' αὐτῶν ἀνοσίως γεγενημένα, μονονουχὶ καὶ ἐν πίνακι γεγραμμένα θεωρῶ, καὶ ἐν τοῖς ἐμοῖς εἰσιν ὀφθαλμοῖς, ἢ πῶς ἂν ἀνασχοίμην τῶν οὕτω δεινῶν, καὶ ἀπαραβλήτων κακῶν; Ἀποδώσω πάντως εἰς τὸν κόλπον αὐτῶν, δεχόμενος ἐν μνήμαις καὶ τοὺς πατέρας αὐτῶν, οἳ ἐθυμίασαν ἐπὶ τῶν ὀρέων, καὶ ἐπὶ τῶν βουνῶν, ὧν ὠνείδισάν με. Ἐπιτήρησον, ὅτι θυμιᾷν αὐτοὺς ἐν κήποις εἰπὼν ἐπὶ τῶν ὀρέων καὶ τῶν βουνῶν, ἐνθάδε φησὶ κήπους, B οἶμαι, λέγων τοὺς ἐν ὄρεσι δρυμοὺς, καθὰ προειρήκαμεν. Θύοντες δὲ τοῖς ἀκαθάρτοις δαίμοσιν, εἶτα τὴν ὀφειλομένην τῷ Θεῷ δόξαν, ὀλίγου παντελῶς ἀξιοῦντες λόγου, μονονουχὶ καὶ ὠνείδιζον αὐτὸν ὡς οὐκ ὄντα Θεόν. Τὸ γὰρ ὅλως τοῖς οὐκ οὖσι θεοῖς προσκεῖσθαι θέλειν οὐδὲν ἕτερον εἴη ἄν, πλὴν ὅτι τὴν θείαν καὶ ἀνωτάτω περιυβρίζειν δόξαν. « Ἀποδώσω » τοίνυν, φησὶ, « τὰ ἔργα αὐτῶν εἰς τὸν κόλπον αὐτῶν· » ἀποπεπτώκασι γὰρ ἀγαθοῦ παντὸς, δειναῖς τε καὶ ἀφύκτοις ἐνολισθήσαντες συμφοραῖς, κακοὶ κακῶς διολώλασιν.

Οὕτως λέγει Κύριος· Ὃν τρόπον εὑρεθήσεται ῥάξ ἐν τῷ βότρυϊ, καὶ ἐροῦσι· Μὴ λυμήνῃ αὐτὸν, ὅτι εὐλογία ἐστὶν ἐν αὐτῷ· οὕτω ποιήσω ἕνεκεν τοῦ δουλεύοντός μοι. Τούτου ἕνεκα οὐ μὴ ἀπολέσω πάντας. C *Καὶ ἐξαρῶ τὸ ἐξ Ἰακὼβ σπέρμα, καὶ τὸ ἐξ Ἰούδα, καὶ κληρονομήσει τὸ ὄρος τὸ ἅγιόν μου, καὶ κληρονομήσουσιν οἱ ἐκλεκτοὶ, καὶ οἱ δοῦλοί μου, καὶ κατοικήσουσιν ἐκεῖ.*

Ἐπηνέχθη μὲν Ἰουδαίοις τὰ ἐκ θείας ὀργῆς, καὶ ἰσοστάθμους τοῖς ἑαυτῶν πλημμελήμασιν ἐκτετίκασι δίκας, πλὴν οὐκ ἄρδην ἅπαντες, καὶ ἀδιακρίτως διολώλασι. Δίκαιος γὰρ ὁ κριτὴς, καὶ οὐκ ἂν τοῖς ἀσεβέσι συναπολέσαι τοὺς ἀγαθούς· εἰκόνα δὲ ὥσπερ ποιεῖται λαμπρὰν, καὶ ἐν τάξει παραδείγματος δέχεται βότρυν, μιᾶς ἐν αὐτῷ σωζομένης ῥαγὸς, καίτοι τῶν ἄλλων τεθαυμασμένων· εἶτα τὸν γηπόνον, ἤγουν τὸν τοῦ χωρίου δεσπότην εἰσκομίζει λέγοντά τινι· « Μὴ λυμήνῃ αὐτὸν, ὅτι εὐλογία ἐστὶν ἐν αὐτῷ· οὕτω ποιήσω, » D φησὶν, « ἕνεκεν τοῦ δουλεύοντός μοι, » τουτέστιν, ἀκριβείᾳ τοσαύτῃ κεχρήσομαι, ὥστε κἂν ἐν πόλει μιᾷ τῶν ἄλλων ἁπάντων ἀπονευσάντων εἰς τὸ ἐξίτηλον, εἷς καὶ μόνος εὑρίσκηται πιστὸς, καὶ εὐήνιος, οὗτος τεύξεται φειδοῦς, καὶ οὐκ ἂν τοῖς ἑτέροις συγκινδυνεύσειε καθ' ὧν ἂν ἴοι τὸ κρίμα δικαίως. « Οὐ γὰρ μὴ ἀπολέσω πάντας, » φησί. Κατέθορε γὰρ ὥσπερ τῆς Ἰουδαίων ἀλαζονείας ὁ τοῦ Κυρίου θυμὸς, μονονουχὶ καταφλέγων τὸν ἀπειθῆ καὶ δυσάγωγον· ἐσώζετο δὲ προνοίᾳ Θεοῦ, πᾶς εἴ τις ἦν ἐν αὐτοῖς τῆς διὰ Χριστοῦ σωτηρίας ἄξιος· καὶ γοῦν ὁ θεσπέσιος Παῦλος

VERS. 6, 7. *Ecce scriptum est in conspectu meo : Non tacebo, donec reddam et retribuam in sinum eorum peccata sua, et patrum suorum, dicit Dominus. Qui adolebant incensum super montes, et super colles probris affecerunt me. Reddam opera eorum in sinum suum.*

Perinde est ac si dicat : Quæ cum offensione et dolore meo a patribus eorum et ab ipsis impie facta sunt, propemodum in tabula depicta contemplor, et obversantur meis oculis. Quomodo hæc tam gravia et inconsolabilia mala pati potero? Reddam omnino in sinum eorum, memoria etiam tenens patres eorum, qui suffimenta fecerunt in montibus et in collibus, quibus probris affecerunt me. Observa, quod cum dixerit illos suffitus adolere in hortis, hic dicat in montibus et collibus : hortos, arbitror, vocans, silvas in montibus, quemadmodum supra diximus. Sacrificantes autem impuris dæmonibus, deinde gloriam Deo debitam minimi facientes, tantum non probris eum, perinde ac si Deus non esset, affecerunt. Velle enim in totum non diis adhærescere, nihil aliud est, quam divinam et supremam majestatem conspurcare. « Reddam » igitur, inquit, « opera eorum in sinum suum. » **895** Ab omni enim bono deciderunt, illapsique in graves et inevitabiles calamitates, mali male perierunt.

VERS. 8, 9. *Sic dicit Dominus: Quo modo invenietur acinum in botro, et dicent : Ne perdas illud, quia benedictio est in eo : sic faciam propter eum qui servit mihi, cujus causa non perdam omnes. Et tollam ex Jacob semen, et ex Juda, et hæreditabit montem sanctum meum. Et hæreditabunt electi et servi mei, et habitabunt ibi.*

Divina ira Judæis inflicta est, et dignas pro ratione delictorum pœnas dederunt. Verum non funditus omnes et sine discrimine perierunt. Justus enim judex est, nec cum impiis simul perdet bonos. Illustrem autem adhibet quasi imaginem, et exempli loco sumit botrum, uno acino servato, vel aliis admirabilioribus et insignioribus. Deinde agricolam, vel dominum prædii inducit dicentem cuidam : « Ne perdas eum, quia benedictio est in eo : sic faciam, » inquit, « propter eum qui servit mihi, » id est, adeo præcise agam, ut etiamsi in una civitate alii omnes ad ignaviam declinent, si tamen unus solus inveniatur fidelis et sequax, hic consequetur misericordiam, et cum aliis in periculum non vocabitur, quibus juste intentatur judicium. « Non enim perdam omnes, » inquit. Insiliit enim veluti contra Judæorum arrogantiam Domini furor, tantum non comburens inobedientem et refractarium. At providentia Dei servatus est, quisquis inter illos erat salute per Christum dignus. Nimirum divinus Paulus capturam secundum ele-

A ctionem gratiæ factam fuisse dicit, et delectu velut ex omni Judæorum regione habito, reliquias Israelis ad fidem irretitas et illaqueatas [53]. « Non » ergo, inquit, « perdam omnes, sed tollam ex Jacob semen et ex Juda. » « Tollam, » hic intelliges, non, Perdam; sed excelsum et suscipiendum reddam. Tollere namque interdum est, evehere. Tales exstiterunt, quoad gloriam, inquam, divini discipuli sublimes et spectabiles omnibus ubilibet, et tanquam civitas in monte sita, et lucerna super candelabro posita, ac lucens omnibus qui in domo sunt [54], secundum ipsius vocem Servatoris. Hoc igitur est semen ex Jacob et Juda. **896** « Possidebit, inquit, montem sanctum meum, » nempe Ecclesiam. Sic enim eam designat alibi ipse sapientissimus Isaias, loquens de vocatis per fidem B in Christo ad divinæ ejus naturæ participationem sive communionem : « Quia bibent lætitiam, et bibent vinum, ungent unguento in monte isto. » Trade hæc omnia gentibus. Decretum enim hoc ad omnes gentes pertinet. In monte igitur isto, inquit, hæreditas erit meis electis, et inter illos habitabunt omnes, quicunque regni mei jugum subeunt. Nihil absurdi erit, si dicas supremam civitatem cœlestem Jerusalem, montem nominari in quo sanctorum sors est [55], Deo illis distribuente bona, quæ nec mens, nec oratio potest capere. « Oculus » enim, inquit, « non vidit, et auris non audivit, et in cor hominis non ascendit, quæ paravit Deus C diligentibus se [56]. »

VERS. 10. *Et erunt in saltu ovilia gregum, et Achor, in requietem armentorum populo meo, qui quæsivit me.*

Solemne est Scripturæ divinitus inspiratæ, nonnunquam silvis spississimis et floribus densis populosas urbes et regiones comparare. Nam quidam e sanctis prophetis dixit, velut ad Judæorum matrem, Jerusalem, inquam : « Aperi, Libane, fores tuas, et devoret ignis cedros tuas. Ululate, quercus Basan, quia succisus est saltus consitus [57]. » Nemo autem dixerit jubere illum pinus et quercus plorare, est enim id plane ineptum; sed, ut dixi, assimilare dignatur lignis innumerabilem eorum D qui in urbibus sunt et regionibus multitudinem. Ulularunt autem Judæi, cum hostium gladiis subjicerentur, propter impietatem in Christum. Psallitque divinus David, utpote apparituro mox Christo in mundo : « Tunc exsultabunt omnia ligna silvæ, a facie Domini, quia venit ad judicandum terram [58]. » Itaque, « In silva, » inquit, id est, in multitudine gentium, seu in urbibus eorum et regionibus, « ovilia erunt gregum, » Christi videlicet Ecclesiæ : « et vallis Achor requies armentorum populo meo, qui quæsivit me. » Achor hic oriundus est ex semine Israel; deleta autem Jericho, deinde jubente Deo **897** omnia quæ in ea fuerant

λῆμμα κατ' ἐκλογὴν χάριτος γενέσθαι φησὶ καὶ ἀπολογάδην, ὥσπερ ἐξ ἁπάσης τῆς Ἰουδαίων χώρας σαγηνευθῆναι πρὸς πίστιν τὸ κατάλειμμα τοῦ Ἰσραήλ. « Οὐκοῦν οὐ μὴ ἀπολέσω πάντας, » φησὶν, « ἀλλ' ἐξαρῶ τὸ ἐξ Ἰακὼβ σπέρμα, καὶ τὸ ἐξ Ἰούδα. » Τὸ δὲ « ἐξαρῶ, » συνήσεις ἐνταῦθα, οὐ τὸ ἀπολέσω μᾶλλον, ὑψηλὸν δὲ καὶ ἀπόβλεπτον ἀποφανῶ· τὸ γὰρ ἐξαίρειν ἔσθ' ὅτε τὸ ὑψοῦν ἐστι. Γεγόνασι δὲ τοιοῦτοι, κατά γε φημὶ τὴν δόξαν, οἱ θεσπέσιοι μαθηταὶ ὑψηλοὶ καὶ περίοπτοι τοῖς ἁπανταχοῦ, καὶ οἷα πόλις ἐν ὄρει κειμένη, καὶ λύχνος ἐπὶ λυχνίαν κείμενος, καὶ φαίνων πᾶσι τοῖς ἐν τῇ οἰκίᾳ κατὰ τὴν αὐτοῦ τοῦ Σωτῆρος φωνήν. Τοῦτο δὴ οὖν τὸ ἐξ Ἰακὼβ, καὶ ἐξ Ἰούδα σπέρμα· « Κληρονομήσει, » φησὶ, « τὸ ὄρος τὸ ἅγιόν μου· » δῆλον δὲ ὅτι τὴν Ἐκκλησίαν. Οὕτω γὰρ αὐτὴν καὶ ἑτέρωθί που κατασημαίνει λέγων αὐτὸς ὁ πάνσοφος Ἡσαΐας περὶ τῶν διὰ πίστεως τῆς ἐν Χριστῷ κεκλημένων εἰς μέθεξιν, ἤγουν καὶ κοινωνίαν τῆς θείας αὐτοῦ φύσεως· « Ὅτι πίωνται εὐφροσύνην, καὶ πίωνται οἶνον, χρίσονται μύρον ἐν τῷ ὄρει τούτῳ. » Παράδος ταῦτα πάντα τοῖς ἔθνεσιν. Ἡ γὰρ βουλὴ αὕτη ἐπὶ πάντα τὰ ἔθνη. Ἐν τούτῳ δὴ οὖν τῷ ὄρει, φησὶ, κλῆρος ἔσται τοῖς ἐμοῖς ἐκλεκτοῖς, καὶ ἐν αὐτοῖς κατοικήσουσι πάντες, ὅσοι τὸν τῆς ἐμῆς βασιλείας ὑποτρέχουσι ζυγόν· τὸ δὲ ἀπεικὸς οὐδὲν, καὶ τὴν ἄνω πόλιν τὴν ἐπουράνιον Ἱερουσαλὴμ ὄρος ὀνομάζεσθαι λέγειν, ἐν ᾧ τῶν ἁγίων ὁ κλῆρος διανέμοντος Θεοῦ τὰ ὑπὲρ νοῦν καὶ λόγον αὐτοῖς ἀγαθά. « Ὀφθαλμὸς » γὰρ, φησὶν, « οὐκ εἶδε, καὶ οὖς οὐκ ἤκουσε, καὶ ἐπὶ καρδίαν ἀνθρώπου οὐκ ἀνέβη, ἃ ἡτοίμασεν ὁ Θεὸς τοῖς ἀγαπῶσιν αὐτόν. »

Καὶ ἔσονται ἐν τῷ δρυμῷ ἐπαύλεις ποιμνίων, καὶ φάραγξ Ἀχὼρ εἰς ἀνάπαυσιν βουκολίων τῷ λαῷ μου, οἳ ἐζήτησάν με.

Ἔθος τῇ θεοπνεύστῳ Γραφῇ δρυμοῖς παρεικάζειν εὐδενδροτάτοις, καὶ ἄνθεσι τοῖς δασέσι τὰς πολυανδρούσας πόλεις, ἢ χώρας ἔσθ' ὅτε, καὶ γοῦν ἔφη τις τῶν ἁγίων προφητῶν, ὡς πρὸς τὴν τῶν Ἰουδαίων μητέρα, φημὶ δὴ τὴν Ἱερουσαλήμ· « Διάνοιξον, ὁ Λίβανος, τὰς θύρας σου, καὶ καταφαγέτω πῦρ τὰς κέδρους σου· ὀλολύξατε, δρύες τῆς Βασανίτιδος, ὅτι κατεσπάσθη ὁ δρυμὸς ὁ σύμφυτος. » Καὶ οὐ δή που φαίη τις ἂν, ὡς πίτυσί τε καὶ μέντοι δρυσὶν ὀλολύζειν ἐντέλλεται· κομιδῇ γὰρ εὔηθες τὸ χρῆμά ἐστι· ξύλοις δὲ, ὡς ἔφην, ἀφομοιοῦν ἀξιοῖ τὴν ἀριθμοῦ κρείττονα πληθὺν τῶν ἐν ταῖς πόλεσί τε καὶ χώραις. Ὠλόλυζον δὲ ταῖς τῶν πολεμίων μαχαίραις ὑποπίπτοντες Ἰουδαῖοι διὰ τὴν εἰς Χριστὸν ἀσέβειαν. Ψάλλει δέ που καὶ ὁ θεσπέσιος Δαβὶδ, ἅτε δὴ μέλλοντος ἐπιφαίνεσθαι τῷ κόσμῳ Χριστοῦ· « Τότε ἀγαλλιάσονται πάντα τὰ ξύλα τοῦ δρυμοῦ ἀπὸ προσώπου Κυρίου, ὅτι ἔρχεται κρῖναι τὴν γῆν. » Οὐκοῦν, « Ἐν τῷ δρυμῷ, » φησὶ, τουτέστιν, ἐν τῇ τῶν ἐθνῶν πληθύϊ, ἤτοι ταῖς αὐτῶν πόλεσί τε καὶ χώραις, « ἐπαύλεις ἔσονται ποιμνίων, » Ἐκκλησίαι δηλονότι Χριστοῦ, « καὶ φάραγξ Ἀχὼρ εἰς ἀνάπαυσιν βουκολίων τῷ λαῷ μου, οἳ ἐζήτησάν με. » Ἀχὼρ οὗτος, γέγονε μέν τις

[53] Rom. XI, 5. [54] Matth. V, 14, 15. [55] Sap. V, 5. [56] I Cor. II, 9. [57] Zach. XI, 1, 2. [58] Psal. XCV, 12.

τῶν ἐξ αἵματος Ἰσραήλ· πεπορθημένης δὲ τῆς Ἱεριχὼ, εἶτα Θεοῦ προστάξαντος ἀναθεματίσαι πάντα τὰ ἐν αὐτῇ, κέκλοφεν ἐκ τοῦ ἀναθέματος. Ἐπειδὴ δὲ παρεδείχθη παρὰ Θεοῦ, πικρὰς ἐζητήθη δίκας· ἀπόλωλε γὰρ πανοικὶ, καθορίσαντος αὐτοῦ τὴν δίκην Ἰησοῦ τοῦ Ναυῆ. Ἦν οὖν ἄρα εἰς κατάραν ἡ φάραγξ ἡ Ἀχώρ. Τοιαῦται δέ πως καὶ αἱ τῶν ἐθνῶν χῶραι· κεκατηραμέναι γὰρ, καὶ θεομισεῖς, ὡς οὐδενὸς ὄντος ἐν αὐταῖς τοῦ τὸν φύσει Θεὸν εἰδότος· ἀλλ' ἡ ἐπικατάρατος χώρα, φησὶ, κατὰ τοὺς παλαιοὺς εἰς ἀνάπαυσιν ἔσται βουκολίων, τουτέστι, σηκοὶ προβάτων νοητῶν, ὑπὸ χεῖρα Χριστοῦ τοῦ πάντων ἀρχιποιμένος, ὃς τοῖς Ἰουδαίων δήμοις προσπεφώνηκε λέγων περὶ τῶν ἐθνῶν, « Καὶ ἄλλα πρόβατα ἔχω, ἃ οὐκ ἔστιν ἐκ τῆς αὐλῆς ταύτης, κἀκεῖνά με δεῖ ἀγαγεῖν, καὶ γενήσονται μία ποίμνη, εἷς ποιμήν. » Ἐζήτησαν γὰρ B αὐτὸν διὰ τῆς πίστεως οἱ ποτὲ πλανώμενοι, καὶ δὴ καὶ εὑρόντες, οἰκεῖοι γεγόνασιν αὐτοῦ, καὶ συμπολῖται τῶν ἁγίων, καὶ συγκληρονόμοι τῶν ἐπηγγελμένων αὐτοῖς ἀγαθῶν.

A consecrare, furatus est ex anathemate. Manifestatus a Deo, acerbas pœnas dedit: nam cum tota domo periit, pœnam in illum statuente Jesu filio Nave. Itaque exsecrabilis facta est vallis Achor. Cujusmodi erant regiones gentium, exsecrationi devotæ, et Deo invisæ, utpote cum in illis nullus sit, qui natura Deum cognorit. Verum, inquit, hæc regio priscis temporibus exsecranda, requies erit armentorum, id est, stabula ovium intelligibilium, manui Christi principis omnium pastoris subjectarum, qui Judaicum populum allocutus est, dicens de gentibus: « Alias oves habeo, quæ non sunt de ovili hoc: quas etiam oportet me adducere, eritque unum ovile, unus pastor [59]. » Quæsiverunt namque illum per fidem, qui aliquando erraverunt: quo invento, facti sunt ejus domestici, et concives sanctorum et cohæredes promissorum ipsis bonorum.

Ὑμεῖς δὲ, οἱ ἐγκαταλιπόντες με, καὶ ἐπιλανθανόμενοι τὸ ὄρος τὸ ἅγιόν μου, καὶ ἑτοιμάζοντες τῷ δαίμονι τράπεζαν, καὶ πληροῦντες τῇ Τύχῃ κέρασμα· ἐγὼ παραδώσω ὑμᾶς εἰς μάχαιραν, καὶ πάντες ἐν σφαγῇ πεσεῖσθε, ὅτι ἐκάλεσα ὑμᾶς, καὶ οὐχ ὑπηκούσατε· ἐλάλησα, καὶ παρηκούσατε, καὶ ἐποιήσατε τὸ πονηρὸν ἐναντίον μου, καὶ ἃ οὐκ ἐβουλόμην, ἐξελέξασθε.

VERS. 11, 12. *Vos autem qui reliquistis me, et obliti estis montis sancti mei, et parantes dæmoni mensam, et implentes Fortunæ potionem: vos ego tradam in gladium, et omnes cæde cadetis; quia vocavi vos, et non audivistis: locutus sum, et abaudivistis, et fecistis malum in conspectu meo, et quæ non volebam, elegistis.*

Ὥσπερ γέγονεν οὐκ ἀζήμιον τοῖς ἐξ αἵματος Ἰσραὴλ τὸ ἀπειθῆσαι Χριστῷ, δέδονται γὰρ εἰς σφαγὴν, ἐλέῳ Θεοῦ καὶ φιλανθρωπίᾳ σεσωσμένου τοῦ C καταλείμματος, οὕτω καὶ ἐπὶ τῇ τῶν ἐθνῶν κλήσει συνήσεις. Οἱ μὲν γὰρ τὴν διὰ Χριστοῦ σωτηρίαν ἁρπάσαντες, ἔξω γεγόνασι καὶ πυρὸς, καὶ δίκης, καὶ τῶν ἐκ θείας ὀργῆς· οἱ δὲ ταῖς ἑαυτῶν ἀμαθίαις ἐναπομείναντες, καὶ ἀναπόνιπτον ἐσχηκότες τῶν ἀρχαίων αἰτιαμάτων τὸν μολυσμὸν, διὰ τοῦ προσχεῖσθαι θέλειν ταῖς τῶν εἰδώλων λατρείαις, δοθήσονται πρὸς σφαγήν. Κατοιχήσονται γὰρ εἰς ᾅδου, καὶ ἀτελεύτητον ἕξουσι τὴν διὰ πυρὸς ἀκοιμήτου κόλασιν. Ὑμεῖς τοίνυν, φησὶν, οἱ ἐγκαταλιπόντες με, τουτέστιν, οἱ μέχρι παντὸς ἀποστάται, καὶ οἷον εἰς λήθην κατενηνεγμένοι παντελῆ τοῦ ὄρους τοῦ ἁγίου μου. Οὐ γὰρ ἀνέχονταί τινες τῶν πεπλανημένων, καὶ τῶν τῇ κτίσει λελατρευκότων, οὐδ' ὅσον εἰπεῖν εἰδέναι τὸ τῆς Ἐκκλησίας ὄνομα· « οἱ τοῖς δαιμονίοις τραπέζας D τελοῦντες, καὶ κεράσματα πληροῦντες τῇ Τύχῃ. » Ἔδρων δέ τι τοιοῦτον οἱ διαβολικῆς ἀχλύος μεμεστωμένην ἔχοντες τὴν καρδίαν. Εἰς σφαγὴν παραδοθήσεσθε, κἂν εἴ τις ὅτου χάριν τολμήσῃ λέγειν, ἐρῶ πρὸς αὐτόν· Ἐκάλεσα καὶ οὐχ ὑπηκούσατε, ἀλλ' ἔμμονον καὶ ἀναπόβλητον ἔχετε πονηρίαν, μόνα δρῶντες τὰ τοῖς ἐμοῖς ἀπᾴδοντα νόμοις, καὶ καταχιβδηλεύοντες μὲν πάντα τρόπον ἀγαθουργίας, ἀπόλεκτα δὲ ποιεῖσθαι σπουδάζοντες, τὰ δι' ὧν ἄν τις γένοιτο παντὸς ἀνάμεστος ῥύπου.

Cum abunde sermonem suum ad gentes pertexuerit, mystagogiam ad ipsum jam Israelem convertit. Vult enim eos a legali etiam umbra desciscere, sicuti videlicet illos quoque jussit, a pristino errore, seductione et profana vita recedere. Aperte itaque docet, se spiritualem potius cultum æstimare et curare; umbratilem et typicum nihili facere. Vult porro illos et aliud scire, quod supercilium erigant et de re nihili altum sapiant, qui Hierosolymitanum templum excitarunt. Existimarunt enim loco contineri divinitatem, et in manufactis templis circumscripte et B definite habitare: sicut illi falso nuncupati dii, qui revera nihil sunt, quam ligna et lapides. Idcirco ait: O vos qui divinæ majestatis præstantiam ignoratis, qui dignitatis meæ magnitudinem non consideratis: « Cœlum mihi solium est, et terra scabellum pedum meorum. Qualem domum ædificabitis mihi? Aut quis locus requietis meæ? » Implet enim omnia divinitas, et plena ejus sunt terra et cœlum [83]. Humano more dictum sit, solium eum habere cœlum, et scabellum velut quoddam sibi terram supponere. Quis enim locus eum capiet? aut quæ domus satis erit ampla ad comprehendendum? « Omnia enim hæc, inquit, fecit manus mea, et mea sunt hæc omnia. » Quæ autem hæc? Videlicet quæ cernuntur, et quæ C cerni nequeunt. Ejus enim est omnis creatura; ejus nutu creata et orta sunt quæ aliquando non erant. Quid igitur ei offeremus, quod ejus non sit? Tale quiddam dicit etiam voce Psallentis: « Si esuriero, non dicam tibi: meæ enim sunt omnes animantes agri, jumenta in montibus et boves. Novi omnia volatilia cœli, et pulchritudo agri mecum est [84]. Quem igitur respiciam? » inquit: « omnino ad humilem et quietum, » id est, sequacem et mitem, et meæ voluntatis ingenuum ac germanum effectorem, ut ad verba mea contremiscat. Significat autem his evangelicam ac **908** salutarem prædicationem. Hos dignatur intueri, et velut humiles inspicere. Audax enim et arrogans, qui divinis ejus resistit legibus et ex magna inobedientia, superbam D velut et duram cervicem mentis suæ contra illum extollit. Legis vero cultum se non recipere, et odio habere, palam faciet cum inquit: « Qui sacrificat mihi vitulum, est perinde ac is qui occidit canem; qui offert similam, quasi qui sanguinem offert suillum; qui dat thus, ad memoriam sui, est quasi blasphemus. » Considera igitur eum non solum non admittere quæ in umbris ac typis posita sunt, sed, ut dixi, odisse. Vituli enim cædem, canis mortem existimat, et rem impuram, similam oleo conspersam. Significat enim hoc, ut opinor, dum eam san-

[83] Psal. LXI, 19. [84] Psal. XLIX, 10-12.

(1) Hunfr. σκιᾶς

guini suis comparat. Impura est autem sus, ex legis præscripto. Et thuris fumos pari loco habet, quo vocem blasphemam. Transfert igitur his verbis eos, ut velint non juxta umbram legis, sed evangelice vivere.

A συνον, ὡς βλάσφημον. » Ἄθρει δὴ οὖν ὅπως τὰ ὡς ἐν σκιαῖς καὶ τύποις, οὐκ ἀπόβλητα πεποίηται μόνον, ἀλλὰ γὰρ καὶ μεμίσηκεν, ὡς ἔφην· τὴν γάρτοι μόσχου σφαγὴν, κυνὸς ἡγεῖται θάνατον, ἀκάθαρτον δὲ καὶ σεμίδαλιν ἐλεόδευ[σ]τον. Δηλοῖ γάρ, οἶμαι, τουτὶ τῷ συὸς αἵματι παρεικάζειν αὐτήν· ἀκάθαρτον δὲ κατὰ τὸν νόμον ὁ ὗς· τοὺς δέ γε ἐκ λιβάνου καπνοὺς, ἐν ἴσῳ τίθεται παλιμφήμου φωνῆς. Μεθίστησι τοίνυν διὰ τούτων αὐτοὺς εἴς γε τὸ βούλεσθαι διαζῆν εὐαγγελικῶς, καὶ οὕτως [Ἴσ. οὗτοι] που μᾶλλον κατά γε τὴν οὖσαν ἐν τῷ νόμῳ σκιάν.

VERS. 4. *Et ipsi elegerunt vias suas, et abominationes suas, quas anima eorum voluit. Et ego eligam ludibria eorum, et peccata eorum retribuam eis. Quia vocavi eos, et non obedierunt, et egerunt malum in conspectu meo. Et, quæ nolebam, elegerunt.*

Καὶ οὗτοι ἐξελέξαντο τὰς ὁδοὺς αὐτῶν, καὶ τὰ βδελύγματα αὐτῶν, ἃ ἡ ψυχὴ αὐτῶν ἠθέλησε. Κἀγὼ ἐκλέξομαι τὰ ἐμπαίγματα αὐτῶν, καὶ τὰς ἁμαρτίας αὐτῶν ἀνταποδώσω αὐτοῖς, ὅτι ἐκάλεσα αὐτοὺς, καὶ οὐχ ὑπήκουσαν, καὶ ἐποίησαν τὸ πονηρὸν ἐναντίον μου. Καὶ ἃ οὐχ ἠβουλόμην,
B *ἐξελέξαντ*

Rursus adornat apologiam, causamque aperte reddit, cur repudiatus fuerit Israel, quantumvis primogenitus dictus, et sors Dei nuncupatus. « Elegerunt enim, inquit, vias suas, et abominationes suas, quas anima ipsorum voluit. » Cum dicit, « Elegerunt, » declarat eos judices esse non rectos in rebus necessariis, sed potius « Dicere bonum malum, et vertere tenebras in lucem, et lucem in tenebras, amarum in dulce, et dulce in amarum [85]. » Cum enim licuisset ipsis per oracula evangelica ad omnes virtutes præclarissimas adduci, cumque penes ipsos esset vitia relinquere, amplecti quod est utile: illi, inquit, voluerunt vias suas, a lege alienas, quæ in rete mortis et in profundum inferni eos adducunt. Revocat autem illis in memoriam pristina eorum peccata. Fuerunt enim olim idololatræ et abominationum cultores. « Quia igitur vocati sunt, inquit, et non audiverunt, » **909** neque attenderunt verbis illis quæ ad ipsos feci; dixi enim: « Ego sum lux mundi, et qui credit in me, etiamsi moriatur, vivet [86]; » ac iterum: « Venite ad me, omnes qui laboratis et onerati estis, et ego reficiam vos [87]: » hinc feram in illos hanc sanctam sententiam, et ego eligam ludibria eorum, id est, qui ludificent, ac in ipsos debacchentur. Designat autem eos qui vastarunt Judæam et concremarunt sanctam quondam et celebrem civitatem, nempe Romanorum duces. « Retribuam enim, inquit, illis peccata sua [88]. » Nam quæ ego odi et nolui, ipsi elegerunt.

Ἀπολογεῖται πάλιν, καὶ ἐμφανῆ καθίστησι τὴν αἰτίαν, ἐφ' ᾗ καὶ ἀπόπεμπτος γέγονεν ὁ Ἰσραὴλ, καίτοι πρωτότοκος ὠνομασμένος, καὶ κλῆρος Θεοῦ χρηματίσας. « Ἐπελέξαντο γάρ, φησιν, αὐτοὶ τὰς ὁδοὺς αὐτῶν, καὶ τὰ βδελύγματα αὐτῶν, ἃ ἡ ψυχὴ αὐτῶν ἠθέλησε· » τὸ δὲ, « Ἐπελέξαντο, » λέγων, οὐκ ὀρθῶς ἀπέφηνε δικαστὰς ἐν ἀναγκαίοις πράγμασιν, « Εἰπόντας δὲ μᾶλλον καὶ τὸ καλὸν πονηρὸν, καὶ θεμένους τὸ σκότος εἰς φῶς, καὶ τὸ φῶς σκότος, καὶ τὸ πικρὸν γλυκὺ, καὶ τὸ γλυκὺ πικρόν. » Ἐξὸν γὰρ αὐτοῖς διὰ τῶν εὐαγγελικῶν θεσπισμάτων πρὸς πᾶν ὁτιοῦν ἀποφέρεσθαι τῶν ἀρίστων ἀνδραγαθημάτων, καὶ προκειμένης αὐτοῖς ἐξουσίας ἀποστῆναι μὲν τῶν
C τῆς φαυλότητος τρόπων, ἀνθελέσθαι δὲ τὸ πεφυκὸς ὠφελεῖν· αὐτοὶ, φησὶν, ἠθέλησαν τὰς ὁδοὺς αὐτῶν τὰς ἔξω νόμων τῶν ἱερῶν, τὰς παγίδας θανάτου, καὶ εἰς πέταυρον ᾅδου καταχομιζούσας αὐτούς· ἀναβαίνει δὲ καὶ εἰς ἀνάμνησιν ἀρχαιοτέρας αὐτοῖς ἁμαρτίας· γεγόνασι γὰρ κατὰ καιροὺς, καὶ εἰδωλολάτραι, καὶ βδελυγμάτων προσκυνηταί. « Ἐπειδὴ τοίνυν κέκληνται, φησὶ, καὶ οὐχ ὑπήκουσαν, » οὔτε μὴν προσεσχήκασιν, οἷς πρὸς αὐτοὺς πεποίημαι λόγους. Ἔφην γὰρ, ὅτι « Ἐγώ εἰμι τὸ φῶς τοῦ κόσμου, καὶ ὁ πιστεύων εἰς ἐμὲ, κἂν ἀποθάνῃ ζήσεται· » καὶ πάλιν· « Δεῦτε πρός με, πάντες οἱ κοπιῶντες καὶ πεφορτισμένοι, κἀγὼ ἀναπαύσω ὑμᾶς. » Ταύτῃ τῇ ψήφῳ λοιπὸν κεχρήσομαι τῇ κατ' αὐτῶν ὁσίᾳ, κἀγὼ ἐκλέξομαι τὰ ἐμπαίγματα αὐτῶν, τουτέστι,
D τοὺς ἐμπαίζοντας, ἤγουν ἐμπαροινοῦντας αὐτοῖς. Δηλοῖ δὲ πάντως τοὺς πεπορθηκότας τὴν Ἰουδαίαν, καὶ κατεμπρήσαντας τὴν ἁγίαν ποτὲ καὶ διαβόητον πόλιν· δῆλον δὲ ὅτι τοὺς Ῥωμαίων στρατηγούς. « Ἀνταποδώσω γὰρ αὐτοῖς, φησὶ, τὰς ἁμαρτίας αὐτῶν. » Ἃ γὰρ μεμίσηκα, καὶ οὐκ ἠβουλόμην, ἐξελέξαντο.

VERS. 5. *Audite verbum Domini qui tremitis sermonem ejus; dicite, fratres nostri iis qui oderunt vos, et abominantur, ut nomen Domini glorificetur, et appareat in lætitia eorum, et illi confundentur.*

Ἀκούσατε τὸ ῥῆμα Κυρίου, οἱ τρέμοντες τὸν λόγον αὐτοῦ· εἴπατε, ἀδελφοὶ ἡμῶν, τοῖς μισοῦσιν ὑμᾶς καὶ βδελυσσομένοις, ἵνα τὸ ὄνομα Κυρίου δοξασθῇ καὶ ὀφθῇ ἐν τῇ εὐφροσύνῃ ὑμῶν, κἀκεῖνοι αἰσχυνθήσονται.

Transfert orationem ad omnem humilem, et quietum, ac trementem sermones ejus: quorum quidem primitiæ et primi fuerunt, et secretione quadam selecti, divini discipuli. Protrahitur autem vis præcepti ad omnes qui deinceps præficiuntur populo, qui

Μεθίστησι τοὺς λόγους ἐπὶ πάντα ταπεινὸν καὶ ἡσύχιον, καὶ τρέμοντα τοὺς λόγους αὐτοῦ, ὧν δὴ καὶ γεγόνασιν ἀπαρχὴ, καὶ πρῶτοι, καὶ ἀπολέγδην ἐξειλεγμένοι οἱ θεσπέσιοι μαθηταί. Τρέχει δὲ τῆς ἐντολῆς ἡ δύναμις καὶ ἐπὶ πάντας ἐφεξῆς τοὺς λαῶν

[85] Isa. v, 20. [86] Joan. xi, 26. [87] Matth. xi, 28. [88] Prov. xii, 14.

ἡγουμένους, οἱ ψήφῳ θείᾳ κεχειροτόνηνται τῶν A ἁγίων Ἐκκλησιῶν, καὶ τῶν ἱερῶν κηρυγμάτων ἱερουργοί. Τούτοις ἐπιτάττει λέγων· « Εἴπατε τοῖς μισοῦσιν ὑμᾶς καὶ βδελυσσομένοις· Ἀδελφοὶ ἡμῶν. » Ἢ γὰρ πράους αὐτοὺς βούλεται καὶ ἀνεξικάκους εἶναι, κατά γε τὰς εὐαγγελικὰς παραδόσεις, καὶ διὰ τῆς εἰς λῆξιν μακροθυμίας σαγηνεύειν εἰς οἰκειότητα πνευματικὴν, τοὺς ἀνανεύοντας, καὶ παραιτουμένους τὴν πρὸς αὐτοὺς κοινωνίαν· ἤγουν ἐκεῖνό που τάχα διακελεύεται, τὸ κηρύξαι, φημὶ, τοῖς ἔθνεσι, καὶ καλέσαι πρὸς θεογνωσίαν τὴν ἀληθῆ, τοὺς πεπλανημένους, καὶ τῶν ἀκαθάρτων πνευμάτων προσκυνητὰς Ἰουδαίους, ὅτι μὴ κατ' αὐτοὺς ἐδέχοντο τὴν πολυθεΐαν, ἕνα δὲ καὶ φύσει καὶ μόνον ὡμολόγουν Θεόν· ἀλλ' εἰ καὶ «Μεμισήκασι, φησὶν, ὑμᾶς, βδελυροὺς εἶναι καταλογιζόμενοι, προτεινέσθω καὶ οὕ- B τως αὐτοῖς ὁ παρ' ὑμῶν λόγος, καὶ ἐν τάξει καταλογιζέσθωσαν ἀδελφῶν, ἵνα τὸ ὄνομα Κυρίου δοξασθῇ. » Σεσαγήνευται γὰρ τῶν ἐθνῶν ἡ πληθὺς εἰς δόξαν Χριστοῦ, καὶ γέγονεν ἐμφανὴς ἐν τῇ εὐφροσύνῃ αὐτῶν· εὐφραινομένων γὰρ τῶν ἐθνῶν ἐπὶ τῇ παρ' αὐτοῦ χάριτι καὶ σωτηρίᾳ, κατῃσχύνθησαν οἱ ἐξ Ἰσραὴλ ὡς ἀπόβλητοι, καὶ μεμισημένοι, καὶ ἀμέτοχοι παντελῶς τῆς τῶν ἁγίων ἐλπίδος, καὶ τῶν παρ' αὐτοῦ δεδωρημένων τοῖς πιστεύουσιν εἰς αὐτόν· εἰδέναι δὲ ἀναγκαῖον, ὅτι νομικὴν λέλυκεν ἐντολὴν, ἀδελφοὺς ὀνομάζειν κελεύσας τοὺς ἐξ ἐθνῶν. Ἀπείρητο γὰρ τοῖς ἐξ Ἰσραὴλ τὸ συναναπλέκεσθαι φιλεῖν τοῖς πεπλανημένοις. « Οὐ γὰρ λαλήσεις αὐτοῖς εἰρηνικὰ, » φησὶν ὁ διὰ Μωσέως νόμος, « οὐδὲ μὴ ἐπι- C γαμβρεύσεις αὐτοῖς· τὴν θυγατέρα σου οὐ δώσεις τῷ υἱῷ αὐτοῦ, οὐδὲ τὴν θυγατέρα αὐτοῦ λήψῃ τῷ υἱῷ σου· ἵνα μὴ ἀποστήσῃ τὸν υἱόν σου ἀπ' ἐμοῦ, καὶ πορευθεὶς λατρεύσῃ θεοῖς ἑτέροις. » Ἀλλ' ἐν Χριστῷ γέγονε τὰ ἀμφότερα ἓν, καὶ λέλυται τὸ μεσότοιχον τοῦ φραγμοῦ, κατήργηται δὲ καὶ ὁ νόμος, τῶν ἐντολῶν ἐν δόγμασι· « Καὶ γάρ ἐστιν αὐτὸς ἡ εἰρήνη ἡμῶν. »

Φωνὴ κραυγῆς ἐκ πόλεως, φωνὴ ἐκ ναοῦ, φωνὴ Κυρίου ἀνταποδιδόντος ἀνταπόδοσιν τοῖς ἀντικειμένοις.

Εἰπὼν, ὅτι « Κἀγὼ ἐκλέξομαι τὰ ἐμπαίγματα αὐτῶν, καὶ τὰς ἁμαρτίας αὐτῶν ἀνταποδώσω αὐτοῖς, » διαδείκνυσιν εὐθὺς τῶν ἀπειληθέντων τὴν ἔκβασιν, καὶ ὡς ἤδη τῶν πολεμίων τήν τε πόλιν αὐτῶν, καὶ τὸν ναὸν ᾐρηκότων, φωνὴν ἐκ πόλεως, καὶ φωνὴν ἐκ D ναοῦ γενέσθαι φησὶν, ὡς ἀναμὶξ κλαιόντων ἱερουργῶν, καὶ συνθρηνούντων ἀλλήλοις τῶν λαῶν· καὶ γὰρ ἦν εἰκὸς, τῆς τοῦ πολέμου συμφορᾶς κατακρατούσης αὐτῶν, θρηνεῖν τε καὶ ὀλοφύρεσθαι· οὐ γὰρ ἦν ἀπόνευσις τοῦ κακοῦ, Κυρίου δὲ φωνὴν γενέσθαι φησὶν « ἀνταποδιδόντος ἀνταπόδοσιν τοῖς ἀντικειμένοις, » οἷον ἐπιτάττοντος καὶ διακελευομένου τοῖς ὀλοθρευταῖς, φείδεσθαι τῶν ἁλόντων οὐδενὸς, ἐπιπηδᾷν δὲ μᾶλλον ἀγρίως τοῖς ἀντικειμένοις, καὶ οὔτι που πάντως ταῖς τῶν πολεμούντων ὁρμαῖς, ἀλλὰ γὰρ θελήμασι τοῖς δεσποτικοῖς· τοῦτο γὰρ αὐτοῖς γέγονε πρόξενον τοῦ καὶ ἁλῶναι, καὶ παθεῖν.

Πρὶν ἢ τὴν ὠδίνουσαν τεκεῖν, πρὶν ἐλθεῖν τὸν

A divino calculo deliguntur sanctarum Ecclesiarum et divinorum præmiorum administri: his in mandatis dat, inquiens: « Dicite iis qui oderunt vos, et abominantur, fratres nostri. » Aut enim vult eos mites esse et malorum tolerantes, secundum traditiones evangelicas, et summa patientia, ad spiritualem conjunctionem inescare eos qui renuunt et refugiunt ipsorum sodalitium; aut illud fortassis mandat ut prædicent, inquit, gentibus, et vocent ad veram Dei cognitionem eos qui erraverunt, Judæosque immundorum spirituum cultores; quia non hi, ut illi multorum deorum cultum receperunt, sed unum et natura ac solum Deum confessi sunt. Sed etiamsi, inquit, « odio prosequantur vos, et credant vos esse abominabiles, proferatur tamen sic apud B eos oratio, et fratrum loco ducantur, ut nomen Domini gloriose prædicetur. » Irretita enim est gentium multitudo ad gloriam Christi, et in earum lætitia apparuit. Lætantibus enim gentibus de gratia ejus et salute, confusi sunt Israelitæ, ut rejecti **910** et odio habiti, ac omnino expertes spei sanctorum, et eorum quæ data sunt ab ipso credentibus. Sciendum autem est necessario solvisse eum legis præceptum, cum jubeat nominare fratres eos qui sunt ex gentibus. Interdixit enim Israelitis, ne commercium haberent cum his qui in errore versati sunt. « Non enim loqueris pacem illis, inquit lex Mosaica, nec elocabis illis filiam tuam, nec dabis filio ejus, nec filiam ejus accipies filio tuo, ne avertat filium C tuum a me, et abeat serviatque diis alienis [89]. » Verum in Christo facta sunt ambo unum, et solutum interstitium maceriæ, et abolita est lex præceptorum in dogmatis. « Est enim ipse pax nostra [90]. »

VERS. 6. *Vox clamoris de civitate, vox de templo, vox Domini retribuentis retributionem adversariis.*

Cum dixerit: « Et ego eligam ludibria eorum, et peccata eorum retribuam illis, » statim ostendit eorum quæ comminatus est exitum, et jam quasi hostium civitatem ipsam et templum devastantium, D vocem de civitate, et vocem de templo editam esse dicit, et ministrorum simul cum populo flentium, et inter se complorantium. Nam cum belli calamitatibus ferendis pares non essent, flere eos par fuit et plorare. Nulla enim erat mali evitatio. « Domini autem vocem fuisse dicit, retribuentis retributionem adversariis, » et præcipientis ac imperantis vastatoribus ut nullius captivi misericordiam capiant, sed ut crudeliter insiliant in adversarios; nec tantummodo bellantium impetu, sed et domini voluntate. Hoc enim illis in causa fuit, cur caperentur et affligerentur.

VERS. 7-9. *Antequam parturiens pariat, antequam*

[89] Deut. VII, 2-4. [90] Ephes. II, 14.

veniat labor parturiginum, effugit, et peperit masculum. Quis audivit tales? et quis vidit sic? Num parturivit terra uno die, aut etiam condita est gens tota simul, quia parturivit, et peperit Sion liberos suos? Ego autem dedi exspectationem hanc, et non recordata est mei, dixit Dominus. Nonne ego parientem et sterilem feci, dixit Dominus?

Iterum docet non funditus perditum iri Israelem. Postquam enim in universum prædixit Jerusalem captivitatem; rursus **911** facit mentionem reliquiarum ex electione. Servata est enim non exigua multitudo, per fidem videlicet in Christo. Hoc autem significare vult: Debacchati enim sunt in ipsum Judæi, et principem vitæ interfecerunt. Postquam autem revixit, calcata morte, rediitque ad cœlestem Patrem ac Deum, prædicarunt eum divini discipuli, alloquentes omnes, etiam qui debacchati sunt, et vocantes ad resipiscentiam ac salutem per fidem, et remissionem peccatorum per sanctum lavacrum. Dixit enim Petrus: « Et nunc, fratres, novi vos ex ignorantia fecisse, sicut et principes vestri [91]. Pœnitentiam igitur agite, et baptizetur unusquisque vestrum in nomine Jesu Christi, et accipietis donum Spiritus sancti. Vestrum enim sunt promissiones, et filiorum vestrorum [92]. » Hæc loquente divino Petro, multi crediderunt. Scriptum est siquidem in Actis sanctorum apostolorum adjectas esse die illo animas plus minus ter mille [93]. Semper itaque divini discipuli instabant, monentes Israelitas, et ad fidem convertentes. Tempore deinde interjecto, inflicta est demum Judæorum regioni ipsisque Hierosolymis divina ira, ingressis jam his qui ad moderatiorem vivendi rationem vocati sunt. Hi vero fuerunt reliquiæ: quod docet, cum inquit: « Antequam parturiens pariat, antequam veniat labor dolorum partus effugit, et peperit masculum. » Nam priusquam instarent dura tempora, et veluti acres bellicæ calamitatis dolores incumberent Hierosolymis, effugit, id est, ante periculum peperit masculum: qui partus præclarus est et optatissimus. Nam quæ pariunt, fetum masculum alteri præferunt; vel forte masculus est editus: non enim effeminatur mollitia Christianus populus. Sensu enim virili præditus est et juvenili. Cujus testis est beatus Paulus, scribens: « Qui Christi carnem crucifixerunt cum affectibus et cupiditatibus [94]. » Dein quasi divina potentia hanc rem insignem operante, miraculum extollit, dicens: « Quis vidit sic? Num parturivit terra uno die, aut etiam condita est gens tota simul, quia parturivit et peperit Sion liberos suos? » Quis enim audivit, inquit, vel quis vidit terram, vel regionem totam, uno die germinantem eos qui eam implere valeant? Num enim semel, id est, **912** uno momento gens tota unquam nata est? At sic, inquit, « Sion peperit liberos suos. » Etenim uno die tria millia animarum adjecta esse, et spiritualem regenerationem per fidem et sacrosanctum baptisma suscepisse: quidni

A *πόνον τῶν ὠδίνων ἐξέφυγε, καὶ ἔτεκεν ἄρσεν. Τίς ἤκουσε τοιοῦτον; καὶ τίς ἑώρακεν οὕτως; Εἰ ὤδινε γῆ ἐν μιᾷ ἡμέρᾳ, ἢ καὶ ἐτέθ[χ]η ἔθνος εἰσάπαξ, ὅτι ὤδινε καὶ ἔτεκε Σιὼν τὰ παιδία αὐτῆς; Ἐγὼ δὲ ἔδωκα τὴν προσδοκίαν ταύτην, καὶ οὐκ ἐμνήσθη μου, εἶπε Κύριος. Οὐκ ἰδοὺ ἐγὼ γεννῶσαν καὶ στεῖραν ἐποίησα, εἶπε Κύριος;*

Ὅτι μὴ ὁλόῤῥιζος ὁ Ἰσραὴλ ἀπολεῖται, διδάσκει πάλιν. Ἐπειδὴ γὰρ ὅλως προαναπεφώνηκε τῇ Ἱερουσαλὴμ τὴν ἅλωσιν, διαμέμνηται πάλιν τοῦ κατ' ἐκλογὴν καταλείμματος· σέσωσται γὰρ οὐκ ὀλίγη πληθὺς, διὰ πίστεως δὲ δηλονότι τῆς ἐν Χριστῷ· βούλεται δέ τι τοιοῦτον ὑποδηλοῦν· πεπαρῳνήκασι γὰρ εἰς αὐτὸν Ἰουδαῖοι, καὶ ἀπεκτόνασι τὸν ἀρχηγὸν τῆς ζωῆς. Ἐπειδὴ δὲ ἀνεβίω, πατήσας τὸν θάνατον, B ἀναπεφοίτηκέ τε πρὸς τὸν ἐν τοῖς οὐρανοῖς Πατέρα καὶ Θεὸν, διεκήρυττον αὐτὸν οἱ θεσπέσιοι μαθηταὶ προσλαλοῦντες ἅπασι, καὶ τοῖς πεπαρῳνηκόσι, καὶ καλοῦντες εἰς μετάγνωσιν, καὶ εἰς σωτηρίαν τὴν διὰ πίστεως, καὶ εἰς ἄφεσιν ἁμαρτιῶν τὴν διὰ τοῦ ἁγίου βαπτίσματος. Ἔφη γὰρ ὁ Πέτρος· « Καὶ νῦν, ἀδελφοὶ, οἶδα, ὅτι κατὰ ἄγνοιαν ἐπράξατε, ὥσπερ καὶ οἱ ἄρχοντες ὑμῶν. — Μετανοήσατε οὖν, καὶ βαπτισθήτω ἕκαστος ὑμῶν ἐπὶ τῷ ὀνόματι Ἰησοῦ Χριστοῦ, καὶ λήψεσθε τὴν δωρεὰν τοῦ ἁγίου Πνεύματος. Ὑμῶν γάρ εἰσιν αἱ ἐπαγγελίαι, καὶ τοῖς τέκνοις ὑμῶν. » Ταῦτα λέγοντος τοῦ θεσπεσίου Πέτρου πεπιστεύκασι πολλοί. Γέγραπται γοῦν ἐν ταῖς Πράξεσι τῶν ἁγίων ἀποστόλων, ὅτι προσετέθησαν ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ ψυχαὶ ὡσεὶ τρισχίλιαι. Διατετελέκασι C τοίνυν οἱ θεσπέσιοι μαθηταὶ νουθετοῦντες τοὺς ἐξ Ἰσραὴλ σαγηνεύοντες εἰς πίστιν· εἶτα χρόνου διαγεγονότος, ἐπηνέχθη λοιπὸν τῇ τε τῶν Ἰουδαίων χώρᾳ, καὶ αὐτοῖς δὲ τοῖς Ἱεροσολύμοις τὰ ἐκ θείας ὀργῆς, ὡς εἰσβεβηκότων ἤδη, καὶ κεκλημένων τῶν ἐπιεικεστέρων, ἦσαν δὲ οὗτοι τὸ κατάλειμμα· τοῦτο διδάσκει λέγων· « Πρὶν ἢ τὴν ὠδίνουσαν τεκεῖν, πρὶν ἐλθεῖν τὸν πόνον τῶν ὠδίνων ἐξέφυγε, καὶ ἔτεκεν ἄρσεν. » Πρὶν γὰρ ἐπιστῆναι τὰ δεινὰ, καὶ οἷόν τινας πικρὰς ὠδῖνας τὰς ἐκ τοῦ πολέμου συμφορὰς κατασκῆψαι τῆς Ἱερουσαλὴμ, ἐξέφυγε, τουτέστι, πρὸ τοῦ κινδύνου ἔτεκεν ἄρσεν, ὅ ἐστι κύημα καλὸν καὶ τριπόθητον· ταῖς γὰρ τικτούσαις ἀῤῥενοτοκία μᾶλλον θατέρου προτέτακται· ἢ τάχα που καὶ D ἄρσεν τὸ τεχθέν· οὐ γὰρ θηλύνεται πρὸς μαλακισμοὺς ὁ ἐν Χριστῷ λαός. Φρόνημα γὰρ ἀνδροπρεπές ἐστιν ἐν αὐτῷ καὶ νεανικὸν, καὶ τούτου μάρτυς ὁ μακάριος Παῦλος γράφων· « Οἱ δὲ τοῦ Ἰησοῦ Χριστοῦ τὴν σάρκα ἐσταύρωσαν, σὺν τοῖς παθήμασι καὶ ταῖς ἐπιθυμίαις. » Εἶτα τῆς θείας δυνάμεως τὴν ὑπερβολὴν, ὡς ἐνεργησάσης καὶ τοῦτο, πολὺ θαῦμα ποιεῖται λέγων· « Τίς ἑώρακεν οὕτως; εἰ ὤδινε γῆ ἐν μιᾷ ἡμέρᾳ, ἢ καὶ ἐτέχθη ἔθνος εἰσάπαξ, ὅτι ὤδινε καὶ ἔτεκε Σιὼν τὰ παιδία αὐτῆς; » Τίς γὰρ ὁ ἀκούσας, φησὶν, ἢ τίς ἑώρακε γῆν, ἤτοι χώραν ὁλόκληρον, ἀναβλαστήσασαν ἐν ἡμέρᾳ μιᾷ τοὺς πληρῶσαι δυναμένους αὐτήν; Ἆρα γὰρ εἰσάπαξ, τουτέστιν, ὑφ' ἓν

[91] Act. III, 17. [92] Act. II, 38. [93] ibid. 41. [94] Galat. V, 24.

ἔθνος ὅλον ἐτέχθη πώποτε; ἀλλ' οὕτω, φησὶν, « Ἡ Σιὼν ἔτεκε τὰ παιδία αὐτῆς. » Τὸ γὰρ ἐν ἡμέρᾳ μιᾷ τρεῖς χιλιάδας προστεθεῖναι ψυχὰς, καὶ πνευματικὴν ἀναγέννησιν ὑπομεῖναι διὰ τῆς πίστεως καὶ τοῦ ἁγίου βαπτίσματος, πῶς οὐκ ἐναργῶς εἴη ἂν ἔθνους ὁλοκλήρου κύησις καὶ ἀπότεξις; Ἀλλ', « Ἐγὼ, φησὶ, δέδωκα τὴν προσδοκίαν ταύτην. » Προείρηται γὰρ καὶ τοῦτο διὰ φωνῆς ἁγίων προφητῶν, καὶ προεπήγγελται Θεὸς αὐτῇ τὴν πολυπαιδίαν· « Πλὴν οὐκ ἐμνήσθη μου, φησὶ Κύριος, καίτοι στεῖραν καὶ γεννῶσαν ἐγὼ πεποίηκα. » Ὁ δὲ τούτων ἔχων τὴν ἐξουσίαν, πῶς ἂν ἄπαιδα γενέσθαι συνεχώρησεν αὐτὴν, εἴπερ ἠθέλησε, τὴν εἰς αὐτὸν πίστιν προσηκαμένη, πολύπαις τε καὶ εὔπαις ὀφθῆναι τοῖς ἀνὰ πᾶσαν τὴν γῆν; ἐπειδὴ δὲ γέγονεν ἀπειθὴς, σκληρὰ, καὶ δυσάγωγος, ἐστειρώθη μὲν αὐτὴ, γεγέννηκε δὲ ἡ τῶν ἐθνῶν χώρα τὸν ἀριθμοῦ κρείττονα καὶ ἐπέκεινα λαόν· καὶ αὐτὸ δὴ τουτὶ διδάσκει λέγων ὁ θεσπέσιος προφήτης Ἡσαΐας, ὡς πρός γε τὴν ἐξ ἐθνῶν Ἐκκλησίαν· « Εὐφράνθητι, στεῖρα ἡ οὐ τίκτουσα, ῥῆξον καὶ βόησον ἡ οὐκ ὠδίνουσα, ὅτι πολλὰ τὰ τέκνα τῆς ἐρήμου μᾶλλον, ἢ τῆς ἐχούσης τὸν ἄνδρα. »

A manifeste sit integræ gentis fetus et partus? Sed « Ego, inquit, dedi exspectationem hanc. » Prædictum est enim hoc voce sanctorum prophetarum, et promisit ei Deus fecunditatem. « Verum non recordata est mei, inquit Dominus, etsi sterilem et generantem fecerim. » Qui hæc potest, quomodo permisit eam orbam fieri? Si voluisset fidem in ipsum admittere, et copiosa et pulchra prole dotata apparuisset omnibus terræ incolis; sed quia immorigera fuit, dura et refractaria, facta est sterilis ipsa; gentium autem regio multo maximum et innumerabilem populum generavit. Hoc ipsum docet quoque divinus propheta Isaias, velut alloquens gentium Ecclesiam: « Lætare, sterilis, quæ non paris, B erumpe et clama, quæ non parturis, quia plures liberi desertæ sunt, quam ejus quæ habet virum[95]. »

Εὐφράνθητι, Ἱερουσαλὴμ, καὶ πανηγυρίσατε ἐν αὐτῇ, πάντες οἱ ἀγαπῶντες αὐτήν. Χάρητε χαρᾷ πάντες ὅσοι πενθεῖτε ἐπ' αὐτῆς, ἵνα θηλάσητε καὶ ἐμπλησθῆτε ἀπὸ μαστοῦ παρακλήσεως αὐτῆς, ἵνα ἐκθηλάσαντες τρυφήσητε ἀπὸ εἰσόδου δόξης αὐτῆς. Ὅτι τάδε λέγει Κύριος· Ἰδοὺ ἐγὼ ἐκκλίνω ἐπ' αὐτοὺς ὡς ποταμὸς εἰρήνης, καὶ ὡς χειμάῤῥους ἐπικλύζων δόξαν ἐθνῶν.

VERS. 10-12. *Lætare, Jerusalem, et conventum facite in ea omnes, qui diligitis eam; gaudete gaudio, omnes, quicunque lugetis super eam, ut sugatis, et impleamini ubere consolationis ejus, ut postquam suxeritis, delectemini introitu gloriæ ejus. Quia hæc dicit Dominus: Ecce ego declino ad eos tanquam flumen pacis, et quasi torrens inundans gloriam gentium.*

Χαίρειν ἐπιτάττει τῇ νέᾳ καὶ νοητῇ Σιὼν, ἤγουν Ἱερουσαλὴμ, ἥτις ἐστὶν Ἐκκλησία Θεοῦ ζῶντος, ἣν αὐτὸς ἑαυτῷ παρέστησεν ὁ Χριστὸς ἄσπιλον καὶ ἄμωμον, ἔκ τε τῶν Ἰουδαϊκῶν ταγμάτων, καὶ ἐκ τῆς τῶν ἐθνῶν ἀγέλης. Συνῆψε γὰρ τοὺς δύο λαοὺς εἰς ἕνα καινὸν ἄνθρωπον, ποιῶν εἰρήνην, καὶ ἀποκαταλλάξας τοὺς ἀμφοτέρους ἐν ἑνὶ σώματι πρὸς τὸν Πατέρα. Πρέποι δ' ἂν τὸ χαίρειν αὐτῇ· μεμέστωται γὰρ ἐλπίδων τῶν ὑπὲρ νοῦν καὶ λόγον. « Οὐ γὰρ εἶδεν ὀφθαλμὸς, φησὶ, καὶ οὖς οὐκ ἤκουσε καὶ ἐπὶ καρδίαν ἀνθρώπου οὐκ ἀνέβη, ἃ ἡτοίμασεν ὁ Θεὸς τοῖς ἀγαπῶσιν αὐτόν· » ἡσθῆναί γε μὴν προστέταχε τούς τε ὄντας ἐν αὐτῇ καὶ ἀγαπῶντας αὐτήν· εἶεν δ' ἂν οὗτοι πάλιν οἱ ἀνέχοντες ὥσπερ αὐτὴν, καὶ ταῖς ἀμωμήτοις διδασκαλίαις πολυτρόπως στηρίζοντες, καὶ ὅσοι πενθοῦσιν ἐπ' αὐτῆς, κατά γε τὴν αὐτοῦ τοῦ Σωτῆρος φωνήν· « Μακάριοι, φησὶν, οἱ πενθοῦντες, ὅτι αὐτοὶ παρακληθήσονται. » Τὸ δέ γε πένθος ἐν τούτοις τὴν τῶν εὐαγῶν ἀνδραγαθημάτων ὑποφαίνει κατόρθωσιν· ἱδρῶτα γὰρ ἔχουσι τὸν ὀνησιφόρον, καὶ τληπαθοῦσι νεανικῶς, οὐχ ἵνα τι τῶν ἐπιγείων κερδάνωσιν, ἀλλ' ἵνα τῶν παρὰ Θεοῦ χαρισμάτων ἀναπιμπλάμενοι, θυμηδίας ἁπάσης γένωνται μεστοί· τοῦτο γὰρ αὐτοῖς ὑπισχνεῖται λέγων· « Ἵνα θηλάσητε καὶ ἐμπλησθῆτε ἀπὸ μαστοῦ παρακλήσεως αὐτῆς. » Πρόσωπον δὲ ἅπαξ γυναικὸς περιθεὶς τῇ νέᾳ Σιὼν, ἐπιμένει τῇ τοῦ λόγου τροπῇ, καὶ τὴν ἐν αὐτῇ παράκλησιν τὴν διά γε, φημὶ, τοῦ ἁγίου Πνεύματος, μαστοῖς παρεικάζει καὶ γάλακτι. Εἴρηται γάρ που

C Gaudere jubet hanc novam et intelligibilem Sionem, seu Jerusalem, quæ est Ecclesia Dei viventis, quam ipse Christus sibi repræsentavit, immaculatam et inculpatam, ex tribubus Judaicis et ex congregatione gentium. Conjunxit enim duos populos in unum novum hominem, constituens pacem, et reconcilians utrumque in uno corpore apud Patrem[96]. Et merito gaudere potest, cum spe plena sit, quam nec complecti mens queat, nec oratio. « Non enim oculus vidit, inquit, nec auris audivit, et in cor hominis non ascenderunt, quæ paravit Deus diligentibus se[97]. » Lætari jubet qui in ea sunt, et eam diligunt. Hi demum sunt ejusmodi, qui eam tanquam sustentant, qui inculpata doctrina multifariam confirmant, quicunque etiam eam **913** deplorant, secundum Servatoris vocem: « Beati enim, inquit, qui lugent, D quia ipsi consolabuntur[98]. » Luctus hic subindicat sanctarum actionum emendationem. Sudorem enim patiuntur utilem, et labores tolerant strenue ac juveniliter, non ut aliquid terrenum lucrentur: sed ut divinis donis referti, omni voluptate compleantur. Hoc enim illis promittit, dicens: « Ut sugatis, et impleamini ubere consolationis ejus. » Cum autem personam mulieris semel novæ Sioni attribuerit, in sermonis tropo permanet, et consolationem in ea, sancti Spiritus, inquam, uberibus et lacti comparat. Dictum est enim ei in Cantico canticorum: « Meliora sunt ubera tua vino[99]. » Primus enim cibus infantibus conveniens, admittentibus fidem in Deum

[95] Isa. LIV, 1. [96] Ephes. II, 15, 16. [97] I Cor. II, 9. [98] Matth. V, 5. [99] Cant. I, 1.

nostrum Jesum Christum porrigitur, id est, tener et simplex sermo catecheseos. Sic enim Paulus quosdam alloquens, ait: « Lac vobis ad potandum dedi, non cibum. Nondum enim poteratis, sed nec adhuc quidem potestis[1]. » Quod autem non semper infantes et esse et videri conveniat eos, qui semel catecheseos sermonem imbibunt, sed in virum perfectum et in mensuram ætatis plenitudinis Christi evadere oporteat[2], ut exactam et exquisitam ejus cognitionem deinceps consequantur, docuit, cum adjecit: « Ut, postquam suxeritis, delectemini introitu gloriæ ejus. » Ubi suxeritis, dicit, pro, cum ab uberibus et mamma abstracti estis, vel cum ablactati estis, id est: non infantes manetis, sed velut in ephebis jam et viris numeramini, et solidum cibum expetentes, delectabimini introitu gloriæ ejus. Gloriam vocat Christum; sic enim et Psaltes de eo: « Ut habitet gloria in terra nostra[3]. » Introitum vero, dispensationis in carne mysterium. Deus enim natura, factus est homo, et velut ingressus est hunc mundum propter incarnationem. Delectantur igitur qui hunc sermonem de illo ad unguem tenent, et quemadmodum in orbem intrarit gloria, id est, Christus, cognoscunt. Propterea et divinus propheta statim et e vestigio apparitionem ejus cum carne manifestam ac perspicuam facit. Personam enim ejus loquentem facit: « Ecce declino in eos tanquam flumen pacis, **914** et tanquam torrens qui inundat gloriam gentium. » Flumen igitur pacis et torrens deliciarum est, Christus. Sic enim illum divinus David vocat, cum inquit: « Quam multiplicata est misericordia tua, o Deus! Filii hominum in umbraculo alarum tuarum sperabunt. Inebriabuntur ab ubertate domus tuæ, et torrente voluptatis tuæ potabis eos[4]. » Et iterum: « Fluminis impetus lætificat civitatem Dei[5]. » Declinavit vero et uberrimis rivulis inundavit gloriam gentium, id est, quod est inter gentes pretiosum et omnino gloriosum. Non enim omnes crediderunt, neque gloria evecti sunt, sed ut Paulus dicit de Deo et Patre: « Quos præscivit, et prædestinavit conformes fieri imaginis Filii sui, hos et vocavit. Quos vocavit, eos et glorificavit[6]. » Cum dicit, « Declino, » illud subindicat: Recta via et iter ei fuit ex proposito et voluntate Patris, ad Israelitas. Itaque ait: « Non missus sum nisi ad perditas oves domus Israel[7]. » Cum vero illi fidem respuerint, declinavit ab illis, sicuti scriptum est, et gentium congregationem ex sacris rivulis consolatione perfudit, id est, evangelica et salutari prædicatione, per quam pacem apud eum lucrifecerunt, et per quem spirituali societate conjuncti sunt cum Deo et Patre.

A πρὸς αὐτὴν καὶ ἐν τῇ τῶν Ἀσμάτων, ὅτι « Ἀγαθοὶ μαστοί σου ὑπὲρ οἶνον. » Πρώτη δὲ πάντως τοῖς τὴν πίστιν προσιεμένοις τὴν εἰς τὸν Θεὸν ἡμῶν Ἰησοῦν τὸν Χριστὸν νηπιοπρεπὴς προσάγεται τροφὴ, τουτέστιν, ὁ τρυφερὸς καὶ ἁπλοῦς τῆς κατηχήσεως λόγος· οὕτω γάρ που καὶ ὁ Παῦλος προσπεφώνηκέ τισιν, εἰπών· « Γάλα ὑμᾶς ἐπότισα, οὐ βρῶμα· οὔπω γὰρ ἠδύνασθε, ἀλλ' οὐδὲ ἔτι νῦν δύνασθε. » Ὅτι δὲ οὐκ ἀεὶ νηπίους τε εἶναι καὶ ὁρᾶσθαι πρέπει, τοὺς οἵπερ ἂν ὅλως τὸν τῆς κατηχήσεως ἐκπίνουσι λόγον, χρῆναι δὲ μᾶλλον ἀναφοιτᾷν, καὶ εἰς ἄνδρα τέλειον, καὶ εἰς μέτρον ἡλικίας τοῦ πληρώματος τοῦ Χριστοῦ, ἵνα τὸν ἀκριβῆ καὶ ἐξητασμένον ἐπ' αὐτῷ λόγον συνιέναι δύνωνται λοιπὸν, ἐδίδαξε προστιθείς· « Ἵνα ἐκθηλάσαντες τρυφήσητε, ἀπὸ εἰσόδου δόξης αὐτῆς. » B Τὸ ἐκθηλάσαντες δέ φησιν, ἀντὶ τοῦ, μαστῶν ἔξω καὶ θηλῆς γεγονότες, ἤγουν ἀπογεγαλακτισμένοι, τουτέστιν, οὐκ ἔτι μένοντες νήπιοι, τελοῦντες δὲ ὥσπερ ἐν ἐφήβοις ἤδη καὶ ἀνδράσι, καὶ τῆς στερεᾶς ἐφιέμενοι τροφῆς, ἐντρυφύσητε ἀπὸ εἰσόδου δόξης αὐτῆς· καὶ δόξαν μὲν ὀνομάζει Χριστὸν (οὕτω γάρ που καὶ ὁ Ψάλλων φησὶ περὶ αὐτοῦ, « Τοῦ κατασκηνῶσαι δόξαν ἐν τῇ γῇ ἡμῶν »)· εἴσοδον δὲ, τῆς μετὰ σαρκὸς οἰκονομίας τὸ μυστήριον· Θεὸς ὢν φύσει γέγονεν ἄνθρωπος, καὶ οἷον εἰσβέβηκεν εἰς τόνδε τὸν κόσμον διὰ τὴν σάρκωσιν. Ἐντρυφῶσι τοίνυν οἱ τὸν ἀκριβῆ τῆς περὶ αὐτοῦ πίστεως εἰδότες [al. δόντες] λόγον, καὶ τίνα τρόπον εἰσβέβηκεν εἰς τὴν οἰκουμένην ἡ δόξα, τουτέστι Χριστὸς, μανθάνοντες· C διὰ τοῦτο καὶ ὁ θεσπέσιος προφήτης εὐθὺς, καὶ παρεζευγμένως, τὴν ἐμφάνειαν αὐτοῦ τὴν μετὰ σαρκὸς καθίστησιν ἐναργῆ· ἵστησι γὰρ τὸ αὐτοῦ πρόσωπον λέγοντος, ὅτι « Ἰδοὺ ἐκκλίνω ἐπ' αὐτοὺς, ὡς ποταμὸς εἰρήνης, καὶ ὡς χειμάῤῥους ἐπικλύζων δόξαν ἐθνῶν. » Ποταμὸς μὲν οὖν εἰρήνης, καὶ χειμάῤῥους τρυφῆς, ὁ Χριστὸς (οὕτω γὰρ αὐτὸν καὶ ὁ θεσπέσιος Δαβὶδ ὀνομάζει λέγων· « Ὡς ἐπλήθυνας τὸ ἔλεός σου ὁ Θεός! οἱ δὲ υἱοὶ τῶν ἀνθρώπων, ἐν σκέπῃ τῶν πτερύγων σου ἐλπιοῦσι· μεθυσθήσονται ἀπὸ τῆς πιότητος τοῦ οἴκου σου, καὶ τὸν χειμάῤῥουν τῆς τρυφῆς σου ποτιεῖς αὐτούς. » Καὶ πάλιν· « Τοῦ ποταμοῦ τὰ ὁρμήματα εὐφραίνουσι τὴν πόλιν τοῦ Θεοῦ »)· ἐκκέκλικε δὲ, καὶ οἷον ἀμφιλαφεστάτοις νάμασιν ἐπέκλυσε τῶν ἐθνῶν τὴν δόξαν, τουτέστι, τὸ τίμιον τῶν ἐθνῶν, D ἤτοι τὸ δεδοξασμένον ἅπαν. Οὐ γὰρ πάντες πεπιστεύκασιν, οὔτε μὴν ἐδοξάσθησαν, ἀλλ' ὡς ὁ Παῦλός φησι περὶ τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς, « Οὓς προέγνω καὶ προώρισε συμμόρφους τῆς εἰκόνος τοῦ Υἱοῦ αὐτοῦ, τούτους καὶ ἐκάλεσεν· οὓς δὲ ἐκάλεσε, τούτους καὶ ἐδόξασε. » Τό γε μὴν, « Ἐκκλίνω[ν], » λέγων, δίδωσι τοιοῦτον ἐννοεῖν· Ἡ μὲν γὰρ ὁδὸς αὐτῷ καὶ πορεία, κατὰ πρόθεσιν καὶ εὐδοκίαν τοῦ Πατρὸς πρὸς τοὺς ἐξ αἵματος Ἰσραήλ· ἔφη γοῦν ὅτι « Οὐκ ἀπεστάλην, εἰ μὴ εἰς τὰ ἀπολωλότα πρόβατα οἴκου Ἰσραήλ. » Ἐπειδὴ δὲ ἀπεώσαντο τὴν πίστιν, ἐξέκλινεν ἀπ' αὐτῶν καθὰ γέγραπται, καὶ ταῖς τῶν ἐθνῶν ἀγέλαις τὴν ἐκ τῶν ἱερῶν ναμάτων παράκλησιν ἐχαρίσατο, τουτέστι, τὸ εὐαγγελικὸν καὶ σωτήριον κήρυγμα, δι' οὗ τὴν πρὸς αὐτὸν εἰρήνην κεκερδήκασι, καὶ δι' αὐτοῦ συνήφθησαν κατ' οἰκειότητα τὴν πνευματικὴν τῷ Θεῷ καὶ Πατρί.

[1] I Cor. III, 2. [2] Ephes. IV, 13. [3] Psal. LXXXIV 10. [4] Psal. XXXV, 8, 9. [5] Psal. XLV, 5. [6] Rom. VIII, 29, 30. [7] Matth. XV, 24.

Τὰ παιδία αὐτῶν ἐπ' ὤμων ἀρθήσονται, καὶ ἐπὶ γόνατα παρακληθήσονται. Ὡς εἴ τινα μήτηρ παρακαλέσει, οὕτως κἀγὼ παρακαλέσω ὑμᾶς. Καὶ ἐν Ἱερουσαλὴμ παρακληθήσεσθε, καὶ ὄψεσθε, καὶ χαρήσεται ὑμῶν ἡ καρδία, καὶ τὰ ὀστᾶ ὑμῶν ὡς βοτάνη ἀνατελεῖ. Καὶ γνωσθήσεται ἡ γῇ Κυρίου τοῖς σεβομένοις αὐτόν.

Ἀμφιλαφεστάτην ἡμῖν τὴν παράκλησιν ἐπαγγέλλεται, καὶ φειδοῦς ἀπάσης ἐπίδοσιν, ὥστε καὶ πόνου δίχα παντὸς κατορθοῦν δύνασθαι τὸ ἀρέσκον αὐτῷ. Οἱ γὰρ ἔτι νηπιάζοντες ἐν αὐτοῖς, φησὶ, καὶ τὰς φρένας οὔπω τετελειωμένοι, βρέφεσιν ἐν ἴσῳ μικροῖς ἐπ' ὤμων ἀρθήσονται, καὶ ἐπὶ γονάτων παρακληθήσονται· ἔθος γὰρ οὕτω μητράσιν ἐπιμελεῖσθαι νηπίων. Ὀλίγα τοίνυν, φησὶ, παραχωρήσω μητρὶ, παρακαλέσω δὲ οὕτω τοὺς ἀδρανῆ τέως ἔχοντας νοῦν, ὡς ἐλλεῖψαι μηδὲν τῶν τελούντων εἰς ἀνάπαυσιν αὐτοῖς· τιθηνούμενοι δὲ οὕτω, φησὶ, καὶ διὰ πάσης ἰόντες φειδοῦς καὶ ἀγάπης, ὄψεσθέ τε διὰ καιροῦ καὶ τὴν ἄνω πόλιν τὴν ἐπουράνιον Ἱερουσαλήμ· πλησθήσεσθε θυμηδίας, καὶ ὡς ἐν τάξει πόας ἀναθαλήσει τὰ πάντων ὑμῶν ὀστᾶ. Ἐγερθήσονται γὰρ οἱ νεκροὶ, καὶ ἀναστήσονται οἱ ἐν τοῖς μνημείοις, τὴν παρὰ Χριστοῦ πλουτήσαντες δρόσον, τουτέστι, τὸ πνεῦμα τὸ ζωοποιόν· οὕτω γάρ πού φησιν ὁ Ψάλλων πρὸς τὸν Θεὸν περὶ τῶν ἐν γῇ κειμένων· « Ἐξαποστελεῖς τὸ πνεῦμά σου, καὶ κτισθήσονται, καὶ ἀνακαινιεῖς τὸ πρόσωπον τῆς γῆς. » Ὥσπερ οὖν τὰ ἐν ἀγροῖς ἀνθήσαντα μετὰ βραχὺ πίπτει, καὶ μαραίνεται ἐαρινοῦ γε μὴν ἐνστάντος καιροῦ, πάλιν ἀνίσχει· καὶ φαίνεται· οὕτω τὰ ἐν τῇ γῇ τῶν τεθνεώτων λείψανα, κατὰ τὸν τῆς παλιγγενεσίας καιρὸν ἀῤῥήτῳ δυνάμει Θεοῦ πάλιν ἀνατελοῦσιν. Ἐγερθήσονται γὰρ, ὡς ἔφην. « Τότε δὴ, τότε γνωσθήσεται ἡ χεὶρ Κυρίου τοῖς σεβομένοις αὐτόν. » Χεῖρά γε μὴν ἐν τούτοις, ἢ τὴν δύναμιν αὐτοῦ φησιν, ἤγουν τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν τὸν Χριστὸν, δι' οὗ τὰ πάντα, καὶ ἐν ᾧ τὰ πάντα. Δι' αὐτοῦ γὰρ πάλιν καὶ ἡ τῶν νεκρῶν ἀναβίωσις. Ἀποτέλεσμα γὰρ τῆς αὐτοῦ δυνάμεως εἴη ἄν, καὶ τὸ ἰσχῦσαι παρενεγκεῖν εἰς ὕπαρξιν τὰ οὐκ ὄντα ποτὲ, καὶ πεπονθότα τὴν φθορὰν, ἀνακαινίσαι πάλιν εἰς τὸ ἐν ἀρχαῖς.

Καὶ ἀπειλήσει τοῖς ἀπειθοῦσιν· Ἰδοὺ γὰρ Κύριος ὡς πῦρ ἥξει, καὶ ὡς καταιγὶς τὰ ἅρματα αὐτοῦ, τοῦ ἀποδοῦναι ἐν θυμῷ ἐκδίκησιν, καὶ ἀποσκορακισμὸν ἐν φλογὶ πυρός. Ἐν γὰρ τῷ πυρὶ Κυρίου κριθήσεται πᾶσα ἡ γῆ, καὶ ἐν τῇ ῥομφαίᾳ αὐτοῦ πᾶσα σάρξ· πολλοὶ τραυματίαι ἔσονται ὑπὸ Κυρίου, οἱ ἁγνιζόμενοι καὶ καθαριζόμενοι εἰς τοὺς κήπους, καὶ ἐν τοῖς προθύροις ἔσθοντες κρέα ὑῶν καὶ τὰ βδελύγματα καὶ τὸν μῦν, ἐπὶ τὸ αὐτὸ ἀναλωθήσονται, εἶπε Κύριος. Κἀγὼ τὰ ἔργα αὐτῶν καὶ τὸν λογισμὸν αὐτῶν ἐπίσταμαι.

Ἀποχρώντως παρακαλέσας τοὺς ἐν τῇ νέᾳ Σιὼν, τουτέστι, τῇ Ἐκκλησίᾳ, καὶ διαρκεστάτην αὐτοῖς ἐπαγγειλάμενος τὴν παράκλησιν, καὶ πνευματικῶν

A VERS. 13, 14. *Parvuli eorum in humeris tollentur, et super genua consolationem habebunt. Quemadmodum si quempiam mater consoletur, sic et ego vos consolabor. Et in Jerusalem consolationem habebitis, et videbitis; et gaudebit cor vestrum, et ossa vestra sicut herba germinabunt. Et innotescet terræ Domini colentibus eum.*

Largissimam consolationem et omnis misericordiæ cumulum nobis adpromittit, idque circa omnem laborem, ut quod ipsi placet, possis exsequi. Qui enim adhuc, inquit, infantes sunt, et animo nondum perfecti, velut parvuli infantes in humeris tollentur, et super genua consolationem habebunt. Solent enim matres curam gerere parvulorum. Non multum ergo, inquit, matri cessero, sed consolabor B sic eos qui infirmo sunt et dejecto animo, ut nihil illis desit ad requietem. Sic nutriti, sic omni misericordia et charitate tractati, videbitis **915** tempore, supremam etiam civitatem cœlestem Jerusalem, et complebimini voluptate, et quasi herba, omnia vestra ossa reflorescent. Excitabuntur enim mortui, et resurgent qui in monumentis sunt, locupletati per Christum rore, id est, spiritu vivifico. Sic enim dicit qui ad Deum psallit, de his qui in terra jacent: « Emittes spiritum tuum, et creabuntur, et renovabis faciem terræ [8]. » Perinde igitur, ut quæ in agris floruerunt, paulo post occidunt et marcescunt, verno autem tempore instante, rursus oriuntur et apparent: sic reliquiæ mortuorum in terra, tempore regenerationis ac instaurationis, ineffabili potentia C Dei rursus exorientur. Excitabuntur enim, uti dixi. « Tunc, tunc innotescet manus Domini colentibus eum. » Manum hic vocat, vel potentiam suam, vel Dominum nostrum Jesum Christum, per quem omnia, et in quo omnia [9]. Per illum enim rursus est resuscitatio mortuorum. Hoc est enim potentiæ ejus non leve indicium, posse et in lucem proferre quæ aliquando non erant, et quæ passa sunt corruptionem restaurare, ita ut ab initio fuerunt.

VERS. 15-17. *Et minabitur contumacibus: Ecce enim Dominus quasi ignis veniet, et quasi tempestas currus ejus, ut reddat in furore ultionem, et increpationem in flamma ignis. Nam in igne Domini judicabitur omnis terra, et in gladio ipsius omnis caro. Multi vulnerati erunt a Domino. Qui purificantur, et mundantur in hortis, et in liminibus, comedentes carnem suillam, et abominationes, et murem, simul consumentur, dixit Dominus. Ego vero opera eorum et cogitationem eorum scio.* D

Abunde consolatus eos qui in nova Sion, id est, Ecclesia, et affluentissimam consolationem ac spiritualium bonorum subsidium pollicitus, et præter-

[8] Psal. CIII, 30. [9] I Cor. VIII, 6.

ea resuscitationem e mortuis, et supremas sedes, ac quæ ibi est, gloriam non impune fore dicit inobedientibus hoc audax contra illos institutum. Veniet enim, inquit, quasi ignis. Descendet namque cœlitus in gloria Patris sui cum sanctis angelis. Hic enim est currus ejus, sicuti et in Psalmis celebratum est: « Currus Dei decem millibus multiplex, millia lætantium [10]. » Veniet autem redditurus ultionem in furore, et increpationem in flamma ignis. **916** Increpatio denotat abjectionem. Dicet enim his qui in peccatis mortui sunt: « Discedite a me, maledicti, in ignem æternum, qui præparatus est diabolo et angelis ejus [11]. » Judicabitur enim, inquit, omnis terra, et tanquam gladio divinæ iræ percussi, multi vulnerabuntur. Hi demum sunt qui pœnas pendunt inevitabiles, et in flammam currunt inexstinctam, catenisque suorum peccatorum constricti, maxime vero aliorum subjicientur supplicio, inquit, expiati et purgati in hortis, id est, rejicientes redemptionem per Christum, et contemnentes gratiam per sacrosanctum baptisma, quæ justificat impium, omnique errato absolvit peccatis conspurcatos, amantes denique in errore potius et ignorantia versari, et non deos adorare, qui etiam usi sunt lustrationibus impuris et immundis. Expiantur enim ut existimant, cum erga seipsos falluntur; vel enim aspergebantur aquis, vel faces igneas tanquam in orbem circumferentes, animas suas vitiorum inquinamentis fœdatas abstergere se putabant. Quod autem munditiem omnem ac probitatem prorsus neglexerint, et ne humana quidem mente præditi fuerint, sed jumentis insipientibus assimiles, ostendit, cum dicit: Expiantur in hortis, id est, in nemoribus vel silvis, sub quercu et populo et arbore umbrosa. Exstruebantur namque illic ab ipsis aræ et delubra dæmonibus, in vestibulis autem delubrorum carnibus suillis vescebantur. Quod quidem argumentum est luxuriæ. Adorabant abominationes et murem. Eo enim stultitiæ lapsi erant superstitiosi aliquot, ut etiam murium statuas ac figuras haberent. Sed hi omnes, inquit, simul consumentur, id est, pariter cum Israelitis qui inobedientes fuerunt. Etenim « Ego novi opera eorum, et cogitationem eorum. » Cogitationem dicit ratiocinia, quæ secuti, fœda hæc facinora invenerunt: unde istæ etiam abominationes irrepserunt, cum unum natura et vere Deum colere oportuisset.

A ἀγαθῶν χορηγίαν, ἔτι τε πρὸς τούτοις τὴν ἐκ νεκρῶν ἀναβίωσιν, καὶ τὰς ἄνω μονὰς, καὶ τὴν αὐτόθι δόξαν οὐκ ἀζήμιον ἔσεσθαί φησι τοῖς ἀπειθεῖν ἑλομένοις αὐτῷ τὸ ἐπὶ τούτοις ἐγχείρημα. Ἥξει γὰρ ὡς πῦρ, φησί· καταβήσεται γὰρ ἐξ οὐρανῶν, ἐν τῇ δόξῃ τοῦ Πατρὸς αὐτοῦ μετὰ τῶν ἁγίων ἀγγέλων. Τοῦτο γὰρ τὸ ἅρμα αὐτοῦ, κατὰ τὸ ἐν Ψαλμοῖς ὑμνούμενον, « Τὸ ἅρμα τοῦ Θεοῦ μυριοπλάσιον, χιλιάδες εὐθηνούντων. » Ἥξει δὲ ἀποδῶσων ἐκδίκησιν ἐν θυμῷ, καὶ ἀποσκορακισμὸν ἐν φλογὶ πυρός. Ὁ δὲ ἀποσκορακισμὸς δηλοῖ τὴν ἀποβολήν· ἐρεῖ γὰρ τοῖς τεθνεῶσιν ἐν ἁμαρτίαις· « Πορεύεσθε ἀπ' ἐμοῦ, κατηραμένοι, εἰς τὸ πῦρ τὸ αἰώνιον, τὸ ἡτοιμασμένον τῷ διαβόλῳ καὶ τοῖς ἀγγέλοις αὐτοῦ· » κριθήσεται γὰρ οὕτω, φησὶν, ἡ σύμπασα γῆ, καὶ ὥσπερ ἀπὸ ῥομ-B φαίας τῆς θείας ὀργῆς πληγέντες πολλοὶ τραυματίαι γενήσονται. Οὗτοι δ' ἂν εἶεν οἱ τὴν ἄφυκτον δεχόμενοι δίκην, καὶ εἰς ἄσβεστον τρέχοντες φλόγα, καὶ σειραῖς τῶν ἰδίων πλημμελημάτων κατεσφιγμένοι· μάλιστα δὲ τῶν ἄλλων ὑπενεχθήσονται τῇ δίκῃ, φησὶν, οἱ ἁγνιζόμενοι καὶ καθαριζόμενοι εἰς τοὺς κήπους, τουτέστιν, οἱ παρωσάμενοι μὲν τὴν διὰ Χριστοῦ λύτρωσιν, καὶ τὴν διὰ τοῦ ἁγίου βαπτίσματος ἀτιμάσαντες χάριν, δικαιοῦσαν τὸν ἀσεβῆ, καὶ παντὸς αἰτιάματος ἀπαλλάττουσαν τοὺς ταῖς ἁμαρτίαις μεμολυσμένους: ἀγαπήσαντες δὲ μᾶλλον τὸ ἐν πλάνῃ καὶ ἀγνοίᾳ περιπατεῖν, καὶ θεοῖς τοῖς οὐκ οὖσι προσκυνεῖν, οἳ καὶ κέχρηνται περιῤῥαντηρίοις ἀκαθάρτοις καὶ ῥυπαροῖς. Περιαγνίζονται γὰρ, ὡς γοῦν οἴονται, κατὰ σφᾶς αὐτοὺς πλανῶντες καὶ πλα-C νώμενοι. Ἢ γὰρ ὕδασι κατεῤῥαίνοντο, ἤγουν δᾷδας πῦρ περιενεγκόντες κύκλῳ, διασμήχειν τὰς ἑαυτῶν ψυχὰς τῶν ἐκ φαυλότητος λογισμῶν [al. μολυσμῶν] ᾤοντο. Ὅτι δὲ κοσμιότητος καὶ ἐπιεικείας οὐδεὶς ἐστι παντελῶς παρά γε τοῖς τοιούτοις ὁ λόγος, ἀλλ' οὐδὲ νοῦς ἀνθρωποπρεπὴς, παρασυνεβλήθησαν δὲ μᾶλλον τοῖς κτήνεσι τοῖς ἀνοήτοις, διαδείκνυσιν εἰπὼν, ὅτι ἁγνίζονται μὲν ἐν κήποις, τουτέστιν, ἐν τοῖς ἄλσεσιν, ἤγουν δρυμοῖς, ὑποκάτω δρυὸς καὶ λεύκης, καὶ δένδρου συσκιάζοντος. Ἐξῳκοδόμηνται γὰρ παρ' αὐτῶν αὐτόσε βωμοὶ καὶ τεμένη τοῖς δαίμοσιν, ἐν δὲ τοῖς προθύροις τῶν τεμενῶν ἤσθιον κρέας ὕειον. Ἀπόδειξις δὲ καὶ τοῦτο τρυφῆς. Προσεκύνουν δὲ καὶ τὰ βδελύγματα καὶ τὸν μῦν. Καθίκοντο γὰρ ἴσως εἰς τοῦτο φρενοβλαβείας τῶν δεισι-D δαιμόνων τινὲς, ὡς καὶ μυῶν ἔχειν ἐν σηκοῖς ἱδρύματά τε καὶ τύπους. Ἀλλ' οὗτοι πάντες, φησὶν, ἐπὶ τὸ αὐτὸ ἀναλωθήσονται, τουτέστιν, ὁμοῦ τοῖς ἀπειθήσασιν ἐξ Ἰσραήλ· « Ἐγὼ γὰρ ἔγνων τὰ ἔργα αὐτῶν καὶ τὸν λογισμὸν αὐτῶν. » Λογισμὸν δέ φησι τὰς ἐνθυμήσεις, αἷς ἀκολουθήσαντες αἰσχρῶν ἐπιχειρημάτων γεγόνασιν εὑρεταὶ, δι' ὧν αὐτοῖς καὶ ἡ τῶν βδελυγμάτων γέγονεν εἰσφορὰ, καίτοι δέον ἑνὶ τῷ φύσει καὶ ἀληθῶς λατρεύειν Θεῷ.

Vers. 18, 19. *Venio ut congregem omnes gentes et linguas. Et venient, ac videbunt gloriam meam: et dimittam super eos signum:* **917** *et emittam ex illis qui salvati fuerint ad gentes, et ad Tharsis, et in Phud, Lud, Mosoch, et Thobel, et in Græciam, et insulas remotas, qui non audierunt nomen meum,*

Ἔρχομαι συναγαγεῖν πάντα τὰ ἔθνη, καὶ τὰς γλώσσας. Καὶ ἥξουσι, καὶ ὄψονται τὴν δόξαν μου, καὶ καταλείψω ἐπ' αὐτοὺς σημεῖα, καὶ ἐξαποστελῶ ἐξ αὐτῶν σεσωσμένους εἰς τὰ ἔθνη, καὶ εἰς Θαρσεῖς, καὶ Φοὺδ, καὶ Λοὺδ, καὶ Μοσὸχ, καὶ Θοβὲλ, καὶ εἰς τὴν Ἑλλάδα, καὶ εἰς τὰς νή-

[10] Psal. LXVII, 18. [11] Matth. XXV, 41.

σους τὰς πόῤῥω, οἳ οὐκ ἀκηκόασί μου τὸ ὄνομα, οὐδὲ ἑωράκασι τὴν δόξαν μου, καὶ ἀναγγελοῦσί μοι τὴν δόξαν ἐν τοῖς ἔθνεσιν.

Ἀνακεφαλαίωσιν ὥσπερ τινὰ τοῦ παντὸς λόγου, καὶ ἁπάσης προφητείας διὰ τουτωνὶ ποιεῖται Χριστὸς, καὶ ὡς ἐν βραχέσι καὶ συνεσταλμένοις ἀπαγγέλλει τὰ ἀπ' ἀρχῆς μέχρι τέλους, καὶ τῆς μετὰ σαρκὸς οἰκονομίας τὴν δύναμιν. Διαμέμνηται γὰρ καὶ τῆς κλήσεως τῶν ἐθνῶν, καὶ τῆς τῶν ἁγίων ἀποστόλων ἀναδείξεως, καὶ ὅτι προσκυνηθήσεται παρὰ πάσης τῆς ὑπ' οὐρανόν. Ὁ μὲν γὰρ πάλαι νόμος, ἓν καὶ μόνον συνήγαγεν ἔθνος, δῆλον δὲ ὅτι τὸ ἐξ Ἰσραὴλ, καὶ μίαν ἐκάλεσε γλῶσσαν. Ὁ δὲ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς οὐχὶ μόνοις τοῖς ἐξ αἵματος Ἰσραὴλ, τῆς μετὰ σαρκὸς οἰκονομίας τὴν δύναμιν ἐχαρίζετο, ἀλλὰ γὰρ ἔθνει παντὶ καὶ ἁπάσαις γλώσσαις. Ἔφη γοῦν διὰ τῆς τοῦ Ψάλλοντος λύρας· « Ἀκούσατε ταῦτα, πάντα τὰ ἔθνη· ἐνωτίσασθε, πάντες οἱ κατοικοῦντες τὴν οἰκουμένην· » οὐκοῦν ἅπαντας μὲν συνάξω, φησίν· « Ἥξουσι, καὶ ὄψονται τὴν δόξαν μου. » Κέκληνται γὰρ διὰ πίστεως, καὶ οἱ ποτὲ μακρὰν ὄντες γεγόνασιν ἐγγὺς, καὶ τεθέανται τὴν δόξαν αὐτοῦ· πῶς, ἢ τίνα τρόπον; Ἀκηκόασι γὰρ διὰ τῶν εὐαγγελικῶν κηρυγμάτων, ὅτι καὶ ἰσουργὸς καὶ ἰσοσθενής ἐστι τῷ Θεῷ καὶ Πατρὶ, καὶ τῶν ὑπὲρ λόγον γέγονεν ἀποτελεστὴς, ὥστε καὶ νεκροὺς ἐκ μνημάτων ἐγεῖραι, καὶ τυφλοῖς ἐνεῖναι τὸ φῶς, ἕτερά τε πρὸς τούτοις ἐργάσασθαι τὰ παντὸς ἄξια καὶ λόγου, καὶ θαύματος. Ἤγουν καθ' ἕτερον τρόπον· τεθέανται τὴν δόξαν αὐτοῦ, μυσταγωγηθέντες ὅτι Θεὸς ἦν ὁ Λόγος, καὶ γέγονεν ἄνθρωπος· οὐ γὰρ κατὰ τοὺς Ἰουδαίους οἱ ἐξ ἐθνῶν εἰρήκασι· « Διατί σὺ ἄνθρωπος ὢν ποιεῖς σεαυτὸν Θεόν; » Ἐπεγνωκότες δὲ μᾶλλον τὸ ἐπ' αὐτῷ μυστήριον, τὰς ἱερὰς ἐκείνας ἀναβοῶσι φωνάς· « Σὺ εἶ ὁ Χριστὸς ὁ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ τοῦ ζῶντος, » καὶ μὴν κἀκεῖνο πρὸς τούτῳ τὸ διὰ τῶν ἁγίων ἀποστόλων, « Ἀληθῶς Θεοῦ Υἱὸς εἶ. » Τέθειται δὲ καὶ ἐπ' αὐτοῖς σημεῖον· ὡς γὰρ ὁ Παῦλός φησιν, « Ἐσφραγίσθημεν τῷ πνεύματι τῆς ἀπολυτρώσεως, καὶ ταῖς ἁπάντων ἡμῶν καρδίαις ἐνεμορφώθη Χριστὸς διὰ μετοχῆς τοῦ ἁγίου Πνεύματος. » Ἀπὸ δέ γε τῶν ἀνασεσωσμένων, φησὶν, ἀποστελῶ εἰς τὰ ἔθνη, εἰς τούσδε καὶ τούσδε. Ἔθνη δὲ ταῦτα τὰ μὲν εἰς ἑσπέραν, τὰ δὲ εἰς ἠῶ, τα δὲ καὶ ἐν τοῖς βορειοτέροις, ἤγουν κατὰ τὴν Ἑλλήνων χώραν, καὶ εἰς τὰς ἐπέκεινα νήσους. « Ἐκεῖ, φησὶν, ἀναγγελοῦσι τὴν ἐμὴν δόξαν. » Οὐ γὰρ σεσιγήκασιν οἱ μαθηταὶ, διεκήρυξαν δὲ πανταχοῦ τὸ Εὐαγγέλιον τῆς βασιλείας, καὶ τῶν ἱερῶν κηρυγμάτων τὴν δύναμιν.

Καὶ ἄξουσι τοὺς ἀδελφοὺς ὑμῶν ἐκ πάντων τῶν ἐθνῶν δῶρον Κυρίῳ μεθ' ἵππων καὶ ἁρμάτων, ἐν λαμπήναις ἡμιόνων μετὰ σκιαδίων, εἰς τὴν ἁγίαν πόλιν Ἱερουσαλὴμ, εἶπε Κύριος, ὡς ἂν ἐνέγκαισαν οἱ υἱοὶ Ἰσραὴλ ἐμοὶ τὰς θυσίας αὐτῶν μετὰ ψαλμῶν εἰς τὸν οἶκον Κυρίου, καὶ ἀπ' αὐτῶν λήψομαι ἱερεῖς καὶ Λευΐτας, εἶπε Κύριος.

A *neque viderunt gloriam meam, annuntiabuntque gloriam meam inter gentes.*

Anacephalæosin quamdam hisce verbis facit totius orationis et totius prophetiæ Christus : et breviter quasique succincte quæ ab initio ad finem usque facta sunt, virtutemque dispensationis in carne expedit. Commemorat enim et vocationem gentium et sanctorum apostolorum patefactionem, et quod ab universo terrarum orbe adorabitur. Vetus enim lex unam solam gentem, nimirum Israeliticam congregavit, et unam linguam vocavit. Dominus autem noster Jesus Christus non solis Israelitico sanguine ortis virtutem dispensationis in carne impertiit, sed omni et genti et linguæ. Siquidem
B dixit per lyram Psallentis : « Audite hæc, omnes gentes; auscultate omnes qui habitatis orbem[12]. » Proinde omnes, inquit, congregabo. « Venient, et videbunt gloriam meam. » Nam per fidem vocati sunt, et qui quondam aberant procul, facti sunt propinqui, et contemplati sunt gloriam ejus. Qui et quomodo? Audiverunt enim ex Evangelii prædicatione, eum æqualem tum operibus tum potentia Deo et Patri esse, et ea gessisse quæ explicari verbis non possunt, adeo ut mortuos excitarit e monumentis, et cæcis lumen immiserit, aliaque ad hæc operatus fuerit, quæ nec enarrare nec admirari satis possumus. Vel alio modo : viderunt gloriam ejus, instituti et edocti, Deum esse Verbum et hominem esse factum. Non enim, ut Judæi, sic
C gentes dixerunt : « Quare tu cum sis homo, facis te ipsum Deum[13] ? » Imo cum agnovissent ejus mysterium, sacras illas resonant voces : « Tu es Christus Filius Dei viventis[14]. » Et illud porro, quod a sanctis apostolis dictum est : « Vere Dei Filius es[15]. » Editum est quoque signum apud eos. Nam, ut Paulus ait : « Obsignati sumus spiritu promissionis, et omnium cordibus impressus et informatus est Christus participatione sancti Spiritus[16]. » Ex iis qui salvati fuerint, inquit, emittam ad gentes alias atque alias. Sunt enim gentes hæ, partim ad occidentem, partim ad orientem, **918** quædam in plagis ad aquilonem vergentibus, et in regione Græcorum ac insulis ulterioribus. « Illic, inquit,
D annuntiabunt gloriam meam. » Non enim siluerunt discipuli, sed ubique Evangelium regni et sacræ prædicationis virtutem prædicarunt.

VERS. 20, 21. *Et adducent fratres vestros ex omnibus gentibus donum Domino cum equis, curribus et lecticis mulorum, cum umbraculis in sanctam civitatem Jerusalem, dixit Dominus : quasi afferunt filii Israel mihi hostias suas cum psalmis in domum Domini, et ex eis sumam sacerdotes et levitas, dixit Dominus.*

[12] Psal. XLVIII, 2. [13] Joan. X, 33. [14] Matth. XVI, 16. [15] Matth. XIV, 33. [16] Ephes. I, 13, 14.

Quod efficax omnino futura sit et fructuosa sanctorum apostolorum prædicatio, apud gentes quas diximus, et in earum regionibus, his verbis demonstrat: « Vestros enim, fratres, inquit (ut oratio ad Israelitas credentes habeatur), ex gentibus adducent dona Domino. » Nam velut anathema et munus ad gloriam Dei consecratum erat, gentium multitudo, per fidem ab omnibus vitiis absoluta, et per sacrum lavacrum omnibus abjectis sordibus, et quasi xenium ac donarium apostolicæ industriæ, Deo oblatum. De hoc itaque gloriantur, gaudium eos suum et coronam suam nominantes. Facillimam autem fore ac levem, sine omni sudore, industria et labore, gentium ad Deum reversionem, declarat aperte, velut exemplo a nobis sumpto, cum dicit adducendas esse cum equis, curribus, lecticis, et umbraculis. Nam ut qui his rebus iter suum conficiunt, nullo labore expediunt, sic qui e græcanico errore ad Deum redeunt, via plana et trita veniunt, ac tantum non vecti, et Deo omni eos requietis genere dignante. Venient autem quonam? in sanctam civitatem, nempe Jerusalem, quæ est Dei viventis Ecclesia. Eruntque adeo jucundi et accepti, qui accedunt ad Deum, perinde quasi hostia, inquit, adduceretur cum odis et rerum divinarum celebratione. Imo et « Ex illis sumam sacerdotes et levitas. » Ex quibus? Nec enim satis constat utrum ex iis qui missi sunt ad vocandum gentes, an ex illis qui vocati sunt. Verumtamen inveniemus et hoc et **919** illud esse. Nam sacerdotes oraculorum Christi exstiterunt quoque divini discipuli: vocati autem sunt ex Græcanico grege multi, et adhuc vocantur ad sacerdotium, Deo illos ad novitatem vitæ et mentis transferente. Nam fides velut refingit ad id quod ei placet, electos.

A Ὅτι πάντη τε καὶ πάντως ἐνεργὸν ἔσται καὶ ἔγκαρπον τὸ διὰ τῶν ἁγίων ἀποστόλων κήρυγμα παρὰ τοῖς ὠνομασμένοις ἔθνεσι καὶ ταῖς αὐτῶν χώραις, διαδείκνυσιν ἐν τούτοις· « Τοὺς γὰρ ἀδελφοὺς ὑμῶν, » φησὶν, ἵν' ὁ λόγος ᾖ πρὸς τοὺς ἐξ αἵματος Ἰσραὴλ πιστεύσαντας, « ἀπὸ τῶν ἐθνῶν ἄξουσι δῶρον τῷ Κυρίῳ. » Ἀνάθημα γὰρ ὥσπερ εἰς δόξαν Θεοῦ τῶν ἐθνῶν γέγονεν ἡ πληθὺς, ἀπηλλαγμένη μὲν παντὸς αἰτιάματος διὰ τῆς πίστεως, καὶ πάντα ῥύπον ἀποβαλοῦσα διὰ τοῦ ἁγίου βαπτίσματος, ξένιον δὲ ὥσπερ ἀποστολικῶν σπουδασμάτων προσκομισθὲν τῷ Θεῷ. Καυχῶνται γοῦν ἐπ' αὐτῷ δὴ τούτῳ, χαρὰν αὐτοὺς καὶ στέφανον ἑαυτῶν ὀνομάζοντες. Ὅτι δὲ ἀπονωτάτη λίαν, καὶ ἱδρῶτος δίχα παντὸς, καὶ ἀγῶνος, καὶ πόνων ἡ πρὸς Θεὸν ἐπιστροφὴ τῶν ἐθνῶν, καθ-B ίστησιν ἐναργῶς, ὡς ἐκ παραδείγματος τοῦ καθ' ἡμᾶς λέγων, ὅτι ἀχθήσονται μεθ' ἵππων καὶ ἁρμάτων ἐν λαμπήναις καὶ σκιαδίοις· ὥσπερ γὰρ οἱ διὰ τούτων ὁδοιπορεῖν εἰωθότες, ἀπονωτάτην τὴν προκειμένην αὐτοῖς κατορθοῦσι τρίβον· οὕτως οἱ ἐκ πλάνης Ἑλληνικῆς πρὸς Θεὸν ἐπιστρέφοντες διὰ λείας ὥσπερ καὶ ἐστρωμένης ἥξουσιν ὁδοῦ, καὶ μονονουχὶ καὶ δορυφορούμενοι, καὶ ἁπάσης αὐτοὺς ἀναπαύλης ἀξιοῦντος Θεοῦ· ἥξουσι δὲ, ποῦ; Εἰς τὴν ἁγίαν πόλιν, ἤγουν Ἱερουσαλὴμ, ἥτις ἐστὶν Ἐκκλησία Θεοῦ ζῶντος· ἔσονται δὲ οὕτως ἡδεῖς καὶ εὐπρόσδεκτοι προσιόντες Θεῷ, ὡσανεὶ καὶ θυσία προσαγομένη, φησὶ, μετ' ᾠδῆς καὶ δοξολογίας. Ἀλλὰ καὶ » Ἀπ' αὐτῶν λήψομαι, φησὶ, καὶ ἱερεῖς, καὶ Λευΐτας. Ἀπ' αὐτῶν δὲ, τίνων; Οὔπω μάλα σαφὲς, πότερον ἐκ τῶν ἀποσταλέν-C των εἰς τὸ καλέσαι τοὺς ἐξ ἐθνῶν, ἤγουν ἐξ αὐτῶν τῶν κεκλημένων· πλὴν ἀληθὲς ὂν εὑρήσομεν τοῦτό τε κἀκεῖνο. Ἱερουργοὶ γὰρ γεγόνασι τῶν διὰ Χριστοῦ θεσπισμάτων καὶ οἱ θεσπέσιοι μαθηταί· κέκληνται δὲ πρὸς ἱερωσύνην, καὶ εἰς δεῦρο καλοῦνται πολλοὶ τῶν ἐξ ἀγέλης ὄντες Ἑλληνικῆς, Θεοῦ μεθιστάντος εἰς καινότητα ζωῆς καὶ γνώμης αὐτούς. Ἀναχαλκεύει γὰρ ὥσπερ ἡ πίστις εἰς τὸ αὐτῷ δοκοῦν τοὺς ἐξειλεγμένους.

Vers. 22, 23. *Quemadmodum enim cœlum novum et terra nova, quæ ego facio, in conspectu meo manent, dicit Dominus: ita stabit semen vestrum et nomen vestrum, erit que mensis ex mense, et Sabbatum ex Sabbato. Veniet omnis caro, ut in conspectu meo adoret in Jerusalem, dixit Dominus Deus.*

Ὃν τρόπον γὰρ ὁ οὐρανὸς καινὸς, καὶ ἡ γῆ καινὴ, ἃ ἐγὼ ποιῶ μένει ἐνώπιόν μου, λέγει Κύριος· οὕτως στήσεται τὸ σπέρμα ὑμῶν, καὶ τὸ ὄνομα ὑμῶν, καὶ ἔσται μὴν ἐκ μηνὸς, καὶ Σάββατον ἐκ Σαββάτου. Ἥξει πᾶσα σὰρξ ἐνώπιόν μου προσκυνῆσαι ἐν Ἱερουσαλὴμ, εἶπε Κύριος ὁ Θεός.

Firmitatem spei in omnibus bonis pollicetur diligentibus se, et apparitionem suam agnoscentibus. Ut enim inquit, cum novos cœlos et novam terram fabricaverim, ita sinam manere, nec ea ullum tempus delebit: ita semen et nomen vestrum stabit in conspectu meo. Novos enim cœlos et novam terram ac promissiones ejus exspectamus, secundum id quod scriptum est [17]. Sanctorum autem spem staturam semper et permansuram, sapientissimus Paulus confirmabit, scribens [18], dona et vocationem Dei esse sine pœnitentia. Semen itaque benedictum, illud a sanctis apostolis Deo oblatum, servabitur perpetuo, nulloque modo interibit, ac velut cum cœ-

D Τὸ ἀκράδαντον τῆς ἐλπίδος τοῖς ἐφ' ἅπασιν ἀγαθοῖς ὑπισχνεῖται Χριστὸς τοῖς ἀγαπῶσιν αὐτὸν, καὶ τοῖς ἐπεγνωκόσι τὴν ἐπιφάνειαν αὐτοῦ. Ὥσπερ γὰρ, φησὶ, καινουργήσας τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν, οὕτω μένειν ἐάσω, καὶ οὐδεὶς αὐτὰ καταλύσει χρόνος· οὕτω τὸ σπέρμα ὑμῶν, καὶ τὸ ὄνομα στήσεται ἐνώπιόν μου. Καινοὺς γὰρ οὐρανοὺς, καὶ καινὴν γῆν, καὶ τὰ ἐπαγγέλματα αὐτοῦ προσδοκῶμεν, κατὰ τὸ γεγραμμένον. Ὅτι δὲ καὶ ἡ τῶν ἁγίων ἐλπὶς στήσεται ἀεὶ καὶ διαμενεῖ, πιστώσεται γράφων ὁ πάνσοφος Παῦλος, ὅτι ἀμεταμέλητα τὰ χαρίσματα, καὶ ἡ κλῆσις τοῦ Θεοῦ. Οὐκοῦν τὸ σπέρμα τὸ εὐλογημένον τὸ διὰ τῶν ἁγίων ἀποστόλων προσκομισθὲν τῷ Θεῷ,

[17] II Petr. III, 13. [18] Rom. XI, 29.

σωθήσεται διὰ παντὸς, καταφθαρήσεται γὰρ κατ' οὐδένα τρόπον, ἀλλ' οἷον οὐρανῷ τε καὶ γῇ συνδιαμενεῖ, συνέχοντος εἰς τοῦτο τοῦ πάντων ἡμῶν Σωτῆρος Χριστοῦ. Ὅτι δὲ καὶ εἰς ἐπίδοσιν ἀεὶ μείζονα ἡ τῶν πιστευσάντων ἀεὶ προβήσεται πληθὺς, διδάσκει λέγων, ὅτι « Μὴν ἐκ μηνὸς, καὶ Σάββατον ἐκ Σαββάτου, ἥξει πᾶσα σὰρξ ἐνώπιόν μου προσκυνῆσαι ἐν Ἱερουσαλήμ. » Οὐ γὰρ διαλελοίπασιν οἱ πιστεύσαντες εἰς Χριστὸν, ἀλλ' ἐξ ἐκείνου τοῦ καιροῦ, καθ' ὃν διεκήρυξαν οἱ θεσπέσιοι μαθηταὶ, καὶ εἰς δεῦρο βαδίζουσιν, οἱ μὲν ἐκ τῆς πολυθέου πλάνης τὸ τῆς ἀληθοῦς θεογνωσίας διψῶντες φῶς, οἱ δὲ καὶ ἐκ ταγμάτων Ἰουδαϊκῶν, εἰ καὶ καθ' ἕνα, καὶ οὐ πολλοί. Πλὴν ἥξουσι καὶ αὐτοὶ, κεκλήσονται γὰρ ἐν ἐσχάτοις τοῦ αἰῶνος καιροῖς, ὅταν τὸ πλήρωμα τῶν ἐθνῶν εἰσέλθῃ, καθά φησιν ὁ πάνσοφος Παῦλος.

Καὶ ἐξελεύσονται οἱ ἅγιοι, καὶ ὄψονται τὰ κῶλα τῶν ἀνθρώπων τῶν παραβεβηκότων ἐν ἐμοί. Ὁ γὰρ σκώληξ αὐτῶν οὐ τελευτήσει, καὶ τὸ πῦρ αὐτῶν οὐ σβεσθήσεται, καὶ ἔσονται εἰς ὅρασιν πάσῃ σαρκί.

Ἔοικε διὰ τούτων τὰς ἐπενεχθείσας τοῖς Ἰουδαίοις συμφορὰς βούλεσθαι δηλοῦν, ἃς ὑπομεῖναί φαμεν αὐτοὺς διὰ τῆς Ῥωμαίων χειρὸς, καταδηωθέντος δηλονότι τοῦ ναοῦ, καὶ ὠμοτάτην σφαγὴν ὑπομεινάντων ἁπάντων. Γεγόνασι γοῦν ταῦτα παθόντες, καὶ εἰς ὅρασιν πάσῃ σαρκὶ, καὶ μονονουχὶ τὴν δίκην ἀτελεύτητον ἔχουσιν. Τοῦτο γὰρ ἴσως ὑποδηλοῖ μήτε τεθνήξεσθαι λέγειν τὸν σκώληκα αὐτῶν, μήτε μὴν κατευνασθῆναι τὸ πῦρ. Βούλονται δέ τινες, καὶ εἰς τὸν καιρὸν τῆς συντελείας τοῦ αἰῶνος τοὺς περὶ τούτων ἀνακομίζειν λόγους, ὅτε τῶν παραβεβηκότων οἱονεὶ τὰ κῶλα ῥιφήσεται πεμπόμενα εἰς κόλασιν, καὶ εἰς φλόγα τὴν ἀτελεύτητον. Ἐκεῖ γὰρ ὁ σκώληξ τῶν κεκολασμένων ζήσει διηνεκῶς, καὶ οὐκ ἂν σβεσθείη τὸ πῦρ. Ἡμᾶς δὲ τούτων ἁπάντων ἀπαλλάξει Χριστὸς, δι' οὗ, καὶ μεθ' οὗ ἡ δόξα τῷ Θεῷ καὶ Πατρὶ σὺν ἁγίῳ Πνεύματι, εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

lo et terra permanebit, omnium nostrum Servatore Christo illud continente et conservante. Quod autem credentium multitudo semper in majorem accessionem provehetur et amplificabitur, docet, inquiens: « Mensem ex mense, Sabbatum ex Sabbato, veniet omnis caro, ut in conspectu meo adoret in Jerusalem. » Nunquam enim venire cessarunt credentes in Christum, ab eo tempore, quo divini discipuli prædicarunt et ad hunc usque diem veniunt: alii ex multiplicium deorum errore, veræ Dei cognitionis lucem sitientes, alii ex tribubus Judaicis, licet viritim, non turmatim. Venient tamen et illi, extremis enim mundi temporibus vocabuntur, cum plenitudo gentium intraverit, ut ait sapientissimus Paulus [19].

VERS. 24. *Et egredientur sancti, et videbunt membra hominum qui prævaricati sunt in me. Vermis enim eorum non morietur,* **920** *et ignis eorum non exstinguetur, eruntque in visionem omni carni.*

Videtur hic inferendas Judæis calamitates velle significare, quas passos eos dicimus a Romanorum manu, devastato scilicet templo, omnibusque crudeli occisione sublatis. Hæc passi sunt, eruntque spectaculum omni carni, et supplicio tantum non æterno afficientur. Hoc enim fortassis innuit, cum dicit, vermem eorum non moriturum, et ignem non exstinctum iri aut consopitum. Sunt qui volunt verba hæc ad tempus consummationis sæculi referre: quando prævaricantium veluti membra projicientur qui relegati sunt ad supplicium et flammam sempiternam. Illic enim vermis supplicio afflictorum vivet perpetuo, et ignis non exstinguetur. Nos autem omnibus his liberabit Christus, per quem et cum quo sit gloria Deo et Patri cum sancto Spiritu, in omnem sæculorum perpetuitatem. Amen.

[19] Rom. XI, 25.

AD TOMUM II SUPPLEMENTUM.

FRAGMENTA EX CATENIS

IN JEREMIAM, BARUCH, EZECHIELEM ET DANIELEM PROPHETAS.

IN JEREMIAM.

(Ex catena Michaelis Ghislerii in Jeremiam. Lugduni 1623, 3 tom. fol.)

III, 23. *Vere in mendacium erant colles et fortitudo montium*; etc.

Montium et collium meminit, quoniam in eis per prisca illa tempora fana delubraque exstruentes et aras erigentes, dæmonibus quam gratissimas victimas offerebant.

III, 24. *Confusio autem consumpsit labores patrum nostrorum ab adolescentia eorum.*

Confusionem vocant vere turpissimum et inglorium idolorum cultum et versantem in eo errorem, qui et patrum suorum labores comedit: insumpserunt enim oves suas et vitulos, dæmonibus sacra peragentes, prudentiæque damnum una cum bonis subierunt.

V, 1. *Heu mihi! quia deficit anima mea super interfectis. Circumcurrite in viis Jerusalem.*

Viden' occisorum causa nimis dolentem lubentissimeque Jerusalem misereri appetentem, sed quodammodo a seipso impeditum, et tantum non revocantem divinam benignitatem ob iniquitatis excessum, quærentem tamen iniquitatibus commiserationem volentemque per unum avertere iram? Unum enim hominem ab his qui percurrebant commonstrari sibi jubebat.

V, 4. *Et ego dixi: Fortasse inopes sunt, quia*, etc.

Qui majores erant et ampliori sacerdotio fungentes apud Judæos merito pro miserioribus habentur; quibus etiam ira abundantior effusa est. Quod planum facit Christus, inquiens, *Væ vobis, Scribæ et Pharisæi hypocritæ, quia circuitis mare et aridam ut faciatis unum proselytum*, etc.

VI, 10. *Ad quem loquar et contestabor?*

Opprobriis enim verbum Christi impetebant cum de illo dicerent auditoribus, *Dæmonium habet et insanit. Quid ipsum auditis?*

VII, 17. *Nunquid non vides quid ipsi faciunt in civitatibus Juda?*

A *Ὄντως εἰς ψεῦδος ἦσαν οἱ βουνοὶ καὶ δύναμις τῶν ὀρέων*, κ. τ. λ.

Διαμέμνηται ὀρῶν καὶ βουνῶν, ἐπείπερ ἐν αὐτοῖς κατὰ τοὺς ἀρχαίους ἐκείνους καιροὺς ἱερά τε καὶ τεμένη δειμάμενοι καὶ βωμοὺς ἀναστήσαντες, τοῖς δαιμονίοις χαριεστάτας προσεκόμιζον θυσίας.

Ἡ δὲ αἰσχύνη κατανάλωσε τοὺς μόχθους τῶν πατέρων ἡμῶν ἀπὸ νεότητος αὐτῶν.

Αἰσχύνην λέγουσι τὴν ἀληθῶς ἀκλεᾶ καὶ ἀδοξοτάτην εἰδωλολατρείαν, καὶ τὴν ἐπὶ τούτῳ πλάνησιν, ἣ καὶ τοὺς μόχθους τῶν πατέρων αὐτῶν κατανάλωσε· δεδαπανήκασι γὰρ ἱερουργοῦντες τοῖς δαίμοσι τὰ πρόβατα αὐτῶν, καὶ τοὺς μόσχους αὐτῶν, καὶ φρονήσεως ζημίαν ὁμοῦ τοῖς οὖσιν ὑπέμειναν.

Οἴ μοι! ὅτι ἐκλείπει ἡ ψυχή μου ἐπὶ τοῖς ἀνηρημένοις. B *Περιδράμετε ἐν ταῖς ὁδοῖς Ἱερουσαλήμ.*

Ὁρᾷς ἐν τούτοις ὠδίνοντα μὲν ἐπὶ τοῖς ἀνηρημένοις, καὶ προχείρως μὲν ἐλεεῖν ἐθέλοντα τὴν Ἱερουσαλὴμ, εἰργόμενον δέ πως ὑφ' ἑαυτοῦ, μονονουχὶ δὲ καὶ ἀνασειράζοντα τὴν θεοπρεπῆ γαληνότητα διὰ τὸ τῆς ἁμαρτίας ὑπέρογκον· ζητοῦντα δ' οὖν ὅμως τὸ κατοικτείρειν τὰς ἁμαρτίας, καὶ ἐφ' ἑνὶ θέλοντα καταλύειν τὰ ἐξ ὀργῆς; Ἕνα γὰρ ἄνδρα τοὺς περιθέοντας ἐπιδεικνύναι πιστὸν ἐν αὐτῇ διετάττετο.

Καὶ ἐγὼ εἶπα· Ἴσως πτωχοί εἰσι, διότι οὐκ ἐδυνήθησαν, κ. τ. λ.

Τὸ προὖχον καὶ ἱερώτερον ἐν τοῖς Ἰουδαίοις ταλανίζεται μὲν εἰκότως, ῥαγδαιοτέραν δὲ τὴν ὀργὴν ἐπῄντλησεν αὐτῷ. Καὶ τοῦτο σαφηνιεῖ λέγων αὐτὸς ὁ C Χριστὸς, *Οὐαὶ ὑμῖν, Γραμματεῖς καὶ Φαρισαῖοι ὑποκριταὶ, ὅτι περιάγετε τὴν θάλασσαν καὶ τὴν ξηρὰν, ποιῆσαι ἕνα προσήλυτον*, κ. τ. ἑ.

Πρὸς τίνα λαλήσω καὶ διαμαρτύρομαι;

Κατωνείδιζον γὰρ τὸ ῥῆμα Χριστοῦ, τοῖς ἀκροωμένοις περὶ αὐτοῦ λέγοντες· *Δαιμόνιον ἔχει καὶ μαίνεται· τί αὐτοῦ ἀκούετε;*

Οὐχὶ ὁρᾷς τί αὐτοὶ ποιοῦσι ἐν ταῖς πόλεσιν Ἰούδα;

Ὁσίᾳ δὴ οὖν τετιμώρηνται ψήφῳ. Ἀναθέντες γὰρ κτίσει τὸ σέβας, καὶ τοῖς ἔργοις τῶν ἰδίων χειρῶν λατρεύσαντες, αὐτοὶ ταῖς ἰδίαις ἐπήντλησαν κεφαλαῖς τὰ ἐκ θείας ὀργῆς. Οὐ γὰρ ἀδίκως ἐκτείνεται δίκτυα πτερωτοῖς, κατὰ τὸ γεγραμμένον.

Ἠσχύνθησαν σοφοί.

Σοφοὺς ἔοικεν ἐν τούτοις ὑποδηλοῦν τοὺς τῶν Ἑλλήνων λογάδας, ποιητάς τε καὶ συγγραφέας· οἳ γλῶτταν μὲν ἔχουσιν εὐφυᾶ καὶ περιειργασμένην, καὶ ταῖς τῶν λόγων κομψείαις ἐξησκημένην εἰς τὸ ἐπίχαρι, φρονήσεως δὲ τῆς ἀληθοῦς ἀμέτοχοι τὴν καρδίαν. Ὡς γὰρ ὁ πάνσοφος γράφει Παῦλος, « Ἐματαιώθησαν ἐν τοῖς διαλογισμοῖς αὐτῶν, καὶ ἐσκοτίσθη ἡ ἀσύνετος αὐτῶν καρδία. Φάσκοντες εἶναι σοφοὶ, ἐμωράνθησαν, » καὶ ἑξῆς. Οὐκοῦν σοφοὶ μὲν, τό γε ἧκον εἰς φωνὴν καὶ γλῶτταν, ἄσοφοι δὲ εἰς τὴν καρδίαν. *Ἡ δὲ σοφία τοῦ κόσμου τούτου μωρία παρὰ τῷ Θεῷ ἐστι*, κατὰ τὸ γεγραμμένον.

Ἐλαίαν ὡραίαν εὔσκιον τῷ εἴδει.

Ἀχρειοῖ γὰρ ὁλοτρόπως τὴν τοῦ ἀνθρώπου ψυχὴν τὸ ἀποφοιτῆσαι Θεοῦ καὶ ἀμοιρῆσαι παντελῶς τῆς παρ' αὐτοῦ χάριτος καὶ ἐπικουρίας. *Φοβερὸν* γὰρ *τὸ ἐμπεσεῖν εἰς χεῖρας Θεοῦ ζῶντος.*

Πρὸς σὲ ἔθνη.

Εἰ γὰρ καὶ γεγόνασιν ὑβρισταὶ καὶ ἀπειθεῖς, καὶ ἀσυνεσίας ἔμπλεω τὴν διάνοιαν ἔχοντες, ἀλλ' οὖν σώζονται καὶ δοξάζονται παρὰ Χριστοῦ. Ἀπαρχὴ δὲ τούτων γεγόνασιν οἱ ἀθλοφόροι μάρτυρες, ὧν τῆς εὐκλείας ἡ φαιδρότης ὅλην ἀστράπτει τὴν ὑπ' οὐρανόν.

Καὶ ἔσται ὡς τὸ ξύλον.

Οὐ γὰρ ἐπὶ πλούτῳ μέγα φρονεῖ, οὔτε μὴν διακένων δοξαρίων ἐκτὸς γεγονὼς τὴν ὀσφὺν ὑψηλὴν (sic)· εἰκαιότητος γὰρ ταῦτα, καὶ ἕτερον οὐδέν. Καὶ γάρ ἐστιν ἀσφαλὲς ἐνέχυρον εἰς σωτηρίαν, τὸ ἐπὶ Θεῷ πεποιθέναι τῷ πάντα ἰσχύοντι· τὸ δὲ ἐφ' ἑτέροις τισὶ ποιεῖσθαι τὴν ἐλπίδα, μάταιον καὶ ἀνωφελές.

Ἰδοὺ ὡς ὁ πηλός.

Μεταπλάττει γὰρ εὐκόλως ἐφ' ᾧπερ ἂν ἕλοιτο τὸ παρ' αὐτοῦ γεγονός.

Οὐκ ἰδοὺ οἱ λόγοι; κ. τ. λ.

Πῦρ ὀνομάζει τὸ εὐαγγελικὸν καὶ σωτήριον κήρυγμα, ἢ καὶ αὐτὴν τὴν τοῦ ἁγίου Πνεύματος μέθεξιν, ὃ καὶ πυρὶ παρεικάζεται. Καὶ γοῦν ὁ πάνσοφος Ἰωάννης ὁ Βαπτιστὴς περὶ αὐτοῦ τε καὶ τοῦ πάντων ἡμῶν Σωτῆρος Ἰησοῦ Χριστοῦ οὕτω φησίν· *Ἐγὼ ὑμᾶς ὕδατι βαπτίζω εἰς μετάνοιαν*, κ. τ. λ. Ὀρθῶς οὖν ἔφη ὁ Χριστός· *Πῦρ ἦλθον βαλεῖν ἐπὶ τὴν γῆν, καὶ τί θέλω εἰ ἤδη ἀνήφθη;*

Καὶ ὑπεστρέψατε.

Ὁρᾷς ὅπως οὐκ ἀνέχεται τῶν τύπων ἀθετουμένων, μᾶλλον δὲ αὐτῆς τῆς ἀληθείας ἐξυβρισμένης ὡς ἐν σκιαῖς ἔτι; *Ἀμεταμέλητα γὰρ τὰ χαρίσματα καὶ ἡ κλῆσις τοῦ Θεοῦ*, κατὰ τὸ γεγραμμένον. Τοὺς δὲ ἀνεθέντας ἅπαξ ἀνόπιν ἕλκοντες Ἰουδαῖοι, καὶ τοῖς τῆς δουλείας αὖθις ὑποφέροντες ζυγοῖς, τὸ

Justa pœna mulctati sunt. Cum enim rebus creatis cultum exhibuissent, suarumque manuum opera ut Deum adorassent, in sua capita divinam concitarunt iram. Non enim injuste retia volatilibus extenduntur, juxta id quod scriptum est [1].

VIII, 9. *Confusi sunt sapientes.*

Sapientes videtur significare in his præstantissimos Græcorum poetas et scriptores, linguæ quidem aptitudine et ad proferendum versatilis et ad lepidam sermonis elegantiam accommodatæ pollentes, sed cor habentes vere prudentiæ expers. Sicut enim omni scientia præditus Paulus ait [2], *Evanuerunt in cogitationibus suis, et insipiens eorum cor obtenebratum est; asserentes se esse sapientes, stulti effecti sunt*, et reliqua. Sapientes igitur quod attinet ad linguam et vocem, corde vero insipientes. *Sapientia enim hujus mundi stultitia*, ut ex Scripturis habemus [3], *apud Deum est.*

XI, 16. *Olivam pulchram, bene opacam.*

Omnino enim hominis animum inutilem reddit a Deo recedere ejusque penitus gratia suffragioque privari. *Horrendum* enim *incidere in manus Dei viventis* [4].

XVII, 19. *Ad te gentes.*

Quanquam enim injuriosæ factæ sint et inobedientes plenamque insipientiæ mentem habentes, salvantur tamen et glorificantur a Christo. Primitiæ autem earum fuerunt victoriæ præmia assecuti martyres, quorum gloriæ claritas universum illustrat orbem.

XVII, 8. *Et erit tanquam lignum.*

Non enim superbit in divitiis, neque inanium quarumdam gloriarum compos factus attollit supercilium; plena sunt enim hæc futilitatis, et nihil aliud. Etenim tutum pignus ad salutem est, in Deo, qui omnia potest, confidere; et in aliis quibusdam spem ponere, futile et inutile.

XVIII, 6. *Ecce sicut lutum figuli.*

Transformat enim absque ulla difficultate in quodcunque sibi collubitum fuerit rem a se factam.

XXIII, 29. *Nonne ecce verba?* etc.

Ignem appellat evangelicam salutaremque prædicationem, vel et ipsam Spiritus sancti participationem qui et igni assimilatur. Quare et sapientissimus Joannes Baptista de se ipso et omnium nostrum Salvatore Jesu Christo sic ait: *Ego vos baptizo in aqua ad pœnitentiam* [5], etc. Recte igitur dixit Christus: *Ignem veni mittere super terram, et quid volo nisi ut accendatur* [6]?

XXXIV, 16. *Et reversi estis.*

Vides ut ægre patiatur figuras contemni, imo veritatem ipsam adhuc sub umbra contumeliis affici. *Sine pœnitentia enim sunt dona et vocatio Dei*, secundum quod scriptum est [7]. Semel vero dimissos retrahentes Judæi subque servitutis jugo mittentes, τὸ *Sine pœnitentia* non observarunt;

[1] Prov. I, 17. [2] Rom. I, 21. [3] I Cor. III, 19. [4] Hebr. X, 31. [5] Marc. I, 7. [6] Luc. XII, 49. [7] Rom. XI, 29.

quapropter offenderunt, mysterii vim inhonorantes, et si adhuc in figuris erat. Justificamur autem quia gratis per gratiam nihil offerentes pro vita quæ in Christo est, nec empta libertatis gloria, humanitate Domini et benevolentia in homines rem hanc lucramur.

XLII, 15. *Si vos dederitis*, etc.

Nam quia Ægyptiorum copiis auxiliisque freti se opponebant Babyloniis, idcirco dolentes post Hierosolymam et Samariam expugnatas, bellum illis intulerunt, et facile victoriam reportarunt.

XLIV, 14. *Ut revertantur*, etc.

Cum Deus insequitur, nullus periclitanti salutem ferre potest; sed ubicunque quis fuerit, ibi iræ obvius erit.

XLVI, 25. *Ecce ulciscar Ammon.*

Cyrilli simul et Apolinarii. Per Ammon autem sunt qui Alexandriam intelligant, ita olim vocatam, ut et in Nahum habetur: *Num melior es tu Ammone quæ habitat in fluminibus? Aquæ circa ipsam, cujus abundantia mare, et aqua muri ejus; Æthiopia fortitudo ejus, et Ægyptus, et non constitutus est fugæ terminus; et Libes venerunt in auxilium ejus, et ipsa in transmigrationem proficiscetur* [8]. Verum hæc tempora priora sunt ædificatione Alexandri. Fortasse ergo ante Alexandrum urbs ibi erat, et destructam restauravit. Quidam vero aiunt Jovem ab Ægyptiis Ammonam vocari, unde et Ammoniaca regio nuncupatur, quem filium illius vocat, tanquam ab ipsa diis ascriptum; statua enim est manu artificis confecta, quam, ait, Babylonii capient cæterosque illorum quos memorat deos. Illud vero *super Pharaonem et Ægyptum* commune verbum habet *ulciscar.*

XLIX, 10. *Et angelos ad gentes misit.*

Munitionem autem dixit quos Jeremias *angelos*, et Symmachus *nuntium* exposuit; intelligi autem potest *obsidio*. Convocat vero adversus Idumæam Dei nutus gentes multas, et motos a se angelos vocat. Moti quippe a Deo ad bellum, mutuo se sollicitabant, ut Abdias ait; aggressæ enim sunt cum Israele Idumæam et circumpositæ gentes. Ad Idumæam porro conversus ait: *Ecce parvulum dedi te in gentibus, et tamen factus contemptibilis, in ipsis calamitatibus insolescebas, ignorans quod capieris, licet exaltes tanquam aquila habitationem.* Illi vero, *Et erit Idumæa deserta* et quæ sequuntur, similia dixit Abdias [9-10]: *Et erit domus Esau in stipulam, et accendetur in eos, et non erit ignifer in domo Esau.* Quod etiam profanis scriptoribus adagii loco est, *Ne ignifero quidem parcitum*, de his qui ad internecionem cæsi sunt. Præibat enim quidam ferens ignem et lustrans ante pugnam acies; lexque erat neminem illi hostilem injicere manum.

ἀμεταμέλητον οὐ τετηρήκασι· προσκεκρούκασί τε διὰ τοῦτο, τοῦ μυστηρίου τὴν δύναμιν ἀτιμάζοντες, εἰ καὶ ἦν ἐν τύποις ἔτι. Δικαιούμεθα δὲ ὅτι δωρεὰν διὰ χάριτος τῆς ἐν Χριστῷ ζωῆς ἀντάλλαγμα προσενεγκόντες οὐδὲν, ἀλλ' οὐδὲ τὴν τῆς ἐλευθερίας ἐκπριάμενοι δόξαν, ἡμερότητι δὲ καὶ φιλανθρωπίᾳ Δεσποτικῇ τὸ χρῆμα κερδαίνοντες.

Ἐὰν ὑμεῖς δῶτε, κ. τ. λ.

Ἐπειδὴ γὰρ ταῖς Αἰγυπτίων ἐπικουρίαις ἐπιθαρσήσαντες ἀντεφέροντο τοῖς Βαβυλωνίοις, ταύτῃ τοι λελυπημένοι μετὰ τὴν τῶν Ἱεροσολύμων καὶ τῆς Σαμαρείας ἅλωσιν, ἐτράποντο κατ' αὐτῶν, καὶ ἀμογητὶ νενικήκασιν.

Τοῦ ἐπιστρέψαι, κ. τ. λ.

Ὅταν διώκῃ Θεὸς, οὐδεὶς ἀνασώσει τὸν κινδυνεύοντα· ἀλλ' ἔνθάπερ ἂν εἴη τις, ἐκεῖ περιτεύξεται τῷ θυμῷ.

Ἰδοὺ ἐγὼ ἐκδικῶ τὸν Ἀμμών.

Κυρίλλου τὸ αὐτὸ καὶ Ἀπολιναρίου. Ἀμμὼν δὲ οἱ μὲν τὴν Ἀλεξάνδρειαν λέγουσιν, οὕτω πάλαι καλουμένην, ὡς καὶ ἐν τῷ Ναοὺμ φησι· *Μὴ κρείττων εἶ σὺ τῆς Ἀμμὼν, τῆς κατοικούσης ἐν ποταμοῖς; Ὕδωρ κύκλῳ αὐτῆς ἧς ἡ εὐπορία θάλασσα, καὶ ὕδωρ τὰ τείχη αὐτῆς· Αἰθιοπία ἰσχὺς αὐτῆς καὶ Αἴγυπτος, καὶ οὐκ ἔστη πέρας τῆς φυγῆς· καὶ Λίβυες ἐγένοντο βοηθοὶ αὐτῆς, καὶ αὐτὴ εἰς μετοικίαν πορεύσεται.* Ἀλλ' οἱ παρόντες καιροὶ τῆς Ἀλεξάνδρου πρεσβύτεροι κτίσεως. Ἴσως οὖν πρὸ Ἀλεξάνδρου πόλις ὑπῆρχεν ἐκεῖ, καὶ παυσαμένην ἀνέκτισε. Τινὲς δέ φασιν ὡς Ἀμμωνᾶν τὸν Δία καλοῦσιν Αἰγύπτιοι, ἀφ' οὗ καὶ Ἀμμωνιακὴ προσαγορεύεται χώρα· ὃν αὐτῆς υἱὸν καλεῖ ὡς παρ' αὐτῆς θεοποιηθέντα· χειροποίητον γὰρ τὸ ἄγαλμα, ὃ δὴ, φησὶν, οἱ Βαβυλώνιοι παραλήψονται, καὶ τοὺς ἄλλους αὐτῶν οὓς ἐπάγει θεούς. Τὸ δὲ *ἐπὶ Φαραὼ καὶ Αἴγυπτον*, κατὰ κοινοῦ ἔχει τὸ ἐκδικῶ.

Καὶ ἀγγέλους εἰς ἔθνη ἀπέστειλε.

Περιοχὴν δὲ εἶπεν οὓς Ἱερεμίας *ἀγγέλους*, καὶ Σύμμαχος *ἀγγελίαν* ἐξέδωκεν· νοοῖτο δ' ἂν καὶ *πολιορκία*. Καλεῖ δὲ κατὰ τῆς Ἰδουμαίας ἔθνη πολλὰ τὸ θεῖον νεῦμα, καὶ τὴν ἐξ αὐτοῦ κίνησιν ἀγγέλους εἶπε. Κινηθέντες γὰρ ἐκ Θεοῦ πρὸς πόλεμον, ἀλλήλους ἠρέθιζον, ὥς φησιν Ἀβδιού· συνεισέβαλον γὰρ τοῖς ἐξ Ἰσραὴλ εἰς Ἰδουμαίαν καὶ τὰ περίοικα τῶν ἐθνῶν. Πρὸς Ἰδουμαίαν δὲ μεταστρέψας, φησίν· *Ἰδοὺ μικρὸν ἔδωκά σε ἐν ἔθνεσιν, ἀλλ' ὅμως εὐκαταφρόνητος γενόμενος ἐφρόνεις εἰς μέγα ἐπὶ ταῖς δυσχερείαις, ἀγνοῶν ὡς ἁλώσῃ κἂν ὑψώσῃς ὡς ἀετὸς τὴν κατοίκησιν.* Τῷ δὲ, *καὶ ἔσται Ἰδουμαία εἰς ἄβατον*, καὶ τοῖς ἐφεξῆς, συνῳδὰ πάλιν ἔφησεν Ἀβδιού· *Καὶ ἔσται ὁ οἶκος Ἠσαῦ εἰς καλάμην, καὶ ἐκκαυθήσεται εἰς αὐτοὺς, καὶ οὐκ ἔσται πυρφόρος ἐν τῷ οἴκῳ Ἠσαῦ.* Ἡ δὲ παροιμία καὶ παρὰ τοῖς ἔξω κρατεῖ· *Οὐδὲ πυρφόρος ἐλείφθη*, ἐπὶ τῶν ἄρδην ἀπολλυμένων. Προηγεῖτο γάρ τις πῦρ ἔχων, καὶ περικαθαίρων πρὸ τῆς συμβολῆς τὰ στρατεύματα, καὶ νόμος ἦν μηδένα κατὰ τούτου χεῖρα φέρειν πολέμιον.

[8] Nahum III, 8. [9-10] Abdiæ, 18.

Ἰατρεύσαμεν τὴν Βαβυλῶνα.

Βαβυλῶνα τὴν Ἱερουσαλὴμ ἐν τούτοις κατονομάζουσιν, ὡς τὰ ἐκείνης μιμεῖσθαι σπουδάζουσαν, καὶ οὐδὲν ἀποδέουσαν τῆς τῶν ἐθνῶν χώρας, τά γε ἧκον εἰς ἕξιν τελείαν, καὶ τὸ μὴ ἀνέχεσθαι τιμᾷν τὸν νόμον, ἤτοι τῆς προφητικῆς παιδαγωγίας τὸ ἐπωφελές

A LI, 9. *Curavimus Babylonem.*

Babylon hic vocatur Jerusalem, quippe quæ illam imitata est, nihilque differebat a locis gentilium, quod attinet ad perfectum animi statum et voluntatem non honorandi legem vel instructionis propheticæ utilitatem

---

IN LIBRUM BARUCH.

(Ex eadem Ghislerii catena in Jeremiam, tom. III, p. 255.)

... σὺ καθήμενος εἰς τὸν αἰῶνα.

Ἀεὶ γὰρ καὶ ἐν παντὶ χρόνῳ φθαρτή ἐστιν ἡ πεποιημένη φύσις, καὶ τῶν γεννητῶν ἐν τούτοις τὸ μέτρον. Κάθηται δὲ ἡ πάντων τεχνῖτις καὶ δημιουργὸς σοφία, τουτέστιν ἀκλόνητον ἔχει τὴν ἐν ταυτότητι διαμονήν. *Καὶ πάλιν*· Ἡμῶν γὰρ κάθισις ἐν τούτοις τὸ ἀκράδαντόν τε καὶ ἱδρυμένον τῆς ὑπάρξεως, καὶ διαμονῆς τῆς ἀνωτάτω πασῶν οὐσίας ὑποδηλοῖ· τὸ δὲ, *ἡμᾶς ἀπόλλυσθαι τὸν αἰῶνα*, τὸ εἶναι φθαρτοὺς κατὰ πάντα καιρὸν, τό γε ἧκον εἰς τὸν τοῦ πεποιῆσθαι λόγον· εἴπερ ἐστὶν ἀληθὲς ὅτι πᾶν τὸ ἐν γενέσει, καὶ παρενεχθὲν ἐκ τοῦ μὴ ὄντος εἰς τὸ εἶναι, πάντῃ τε καὶ πάντως ὑπόκειται τῇ φθορᾷ.

B III, 3. *Quia tu sedes in sempiternum.*

Semper enim et quovis tempore natura creata corruptioni obnoxia est, et ea quæ facta sunt has habent mensuras. Sedet autem omnium artifex et effectrix sapientia, hoc est inconcussam habet in eodem statu permanentiam. *Et rursus:* Sessio enim in his immotam firmamque rationem exsistendi et perennitatis substantiæ omni præstantissimæ significat; illud vero, *nos perire in ævum*, omni tempore corruptibiles esse eo quod conditi sumus: siquidem verum est omne quod generatur, et ex non ente ad esse transiit, necessario corruptioni subjacere.

IN EZECHIELEM *.

(Ang. Mai, *Bibliotheca nova Patrum*, II, 467, Romæ 1844, in-4.)

Καὶ τέσσαρες πτέρυγες τῷ ἑνί.

(Cat. Ezech. f. 192. b.) Ἑστήκασι γὰρ ἀεί πως αἱ νοεραὶ καὶ ἄνω δυνάμεις, οὐκ ὀκλάζουσαι πρὸς τὰ αἰσχίω, ἀλλὰ τὴν ὀρθὴν καὶ ἀμώμητον τῆς αὐταῖς πρεπούσης ζωῆς διάττουσιν τρίβον.

Καὶ ἔσονται ἐπὶ τῶν ὀρέων ὡς περιστεραί.

(Cat. f. 198. b.) Οἱ μακάριοι μαθηταί· περιῆλθον γὰρ πᾶσαν ὑπ' οὐρανὸν, τὸ Χριστοῦ λαλοῦντες μυστήριον, καὶ ᾠδὴν καὶ λύραν ἔχοντες αὐτό.

Καὶ ἐὰν ὦσιν οἱ τρεῖς ἄνδρες οὗτοι ἐν μέσῳ αὐτῆς, Νῶε, καὶ Δανιὴλ, καὶ Ἰώβ.

(Cat. f. 205. b.) Ἐπειδὴ οἶμαι δεῖν οὐκ ἀβασανίστους ἐᾷν τὰς τοῦ προφήτου φωνὰς, φέρε λέγωμεν τί δήποτε, Νῶε καὶ Ἰὼβ καὶ Δανιὴλ τεθνεώτων ἤδη,

C I, 6. *Et quatuor alæ uni.*

Stant semper intellectuales supernæque virtutes, haud equidem ad turpia labantes, sed quia potius rectam et inculpabilem convenientis sibi vitæ viam decurrunt.

VII, 16. *Et erunt super montes ut columbæ.*

Beati nimirum discipuli; hi enim universum mundum circumierunt, Christi prædicantes mysterium, idque instar cantici et lyræ habentes.

XIV, 14. *Et si fuerint in medio ejus tres viri, Noe, Daniel et Job.*

Quia arbitror non esse sine examine prætereundas prophetæ voces, age dicamus curnam, mortuis

D jamdiu Noacho ac Jobo, et ipso fortasse Daniele

* Cyrilli in minores prophetas commentarii exstant editi; item in Isaiam. In Jeremiam vero multi sunt loci Cyrilli in Ghislerii edita Græce et Latine catena. In Danielem locos Cyrilli edidimus nos cum catena Vaticana, *Script. vet.* t. I (*Bibl. Nov.* II, 467). Denique ad Ezechielem magnam legimus Patrum catenam in codice quodam Vaticano, ubi tamen nonnisi pauca, quæ hic exhibemus, Cyrilli fragmenta comperimus, quamvis aliunde constat Cyrillum more suo in Ezechielem late scripsisse. Mai.

nihilominus salvandos eos fore dicit ob suam justitiam, quanquam reliqua omnis terra, adversus quam mortis decretum infligeretur, corrupta esset. Videtur Noacho comparare eos qui ob suam fidem bene de Deo meriti erant : Danieli autem sapientes et contemplantes : denique Jobo eos, qui ob patientiam in omni re bona apud eum gratiosi fuerunt.

XVII, 22. *Et sumam ego de electa parte cedri, ex vertice.*

Cedris comparat sublimibus et pulcherrimis Israelitas quorum pars electa, et quodammodo cor, beatus David fuit, ex quo sumens Deus Pater, Emmanuelem plantavit, qui in proceram cedrum evasit, omnesque sub umbram suam excepit : moxque agnovit universa terra omnipotentis Dei virtutem et potestatem. Humiliavit enim lignum viride, oriri vero et germinare lignum aridum jussit (id est ethnicorum Ecclesiam) quod antea diaboli violentia defloratum fuerat.

XX, 25. *Et ego dedi illis præcepta non bona.*

Quod quidem attinet ad spiritalem divinarum rerum doctrinam, lex sancta est, mandatum item sanctum et bonum. Quod tamen pertinet ad actionum levitatem, et umbratilem tantummodo cultum, haud bona erant præcepta, neque æternam vitam datura. *Nemo enim*, uti scriptum est [1], *justificatur in lege.*

XXXIV, 3. *Ecce lac manducastis.*

Cum enim (levitæ) exigerent legales decimas, primitias, oblata pro gratiarum actione, aliisque populorum donis luxuriose fruerentur, nullam tamen salutis illorum curam gerebant.

XXXIV, 18. *Non satis vobis fuit, quod bona pascua depasti estis?*

Legis periti cum essent levitæ, et optimum veluti pascuum sortiti, puramque et limpidam aquam habentes Moysis doctrinam, unde facile veritatem possent haurire, conculcabant quodammodo id pascuum, sordidabant etiam aquam, crassam quamdam et cœnosam immunditiaque plenam apponentes doctrinam his, qui ovium instar sequebantur eos tanquam arietes.

XXXIV, 23. *Et suscitabo illis pastorem unum servum meum Davidem.*

Quod hæc de Christo dicat propheta, haud arduum est cognoscere : nam jamdiu mortuo et in tumulis jacente beato Davide, vaticinabatur beatus Ezechiel. Promittebat autem Deus Pater rem futuram per tempora, non rem jam peractam; de futuris enim fiunt promissa, non de præteritis.

[1] Gal. III, 11.

A τάχα δέ που καὶ αὐτοῦ τοῦ Δανιὴλ, σωθήσεσθαί φησιν αὐτοὺς ἐν τῇ ἰδίᾳ δικαιοσύνῃ, καί τοι τῆς ἄλλης ἁπάσης γῆς, καθ' ἧς ἂν ἡ τοῦ θανάτου ψῆφος ἐκφέροιτο, καταφθειρομένης. Ἔοικε τοίνυν τῷ μὲν Νῶε παρεικάζειν τοὺς διὰ πίστεως τῆς εἰς Θεὸν εὐεργετοῦντας αὐτῷ· τῷ γε μὴν Δανιὴλ τοὺς σοφούς τε καὶ διορατικούς· Ἰὼβ δὲ πάλιν τοὺς διά γε τῆς ὑπομονῆς, δῆλον δὲ ὅτι τῆς εἰς πᾶν ὁτιοῦν τῶν ἐπαινουμένων, εὐαρεστοῦντας αὐτῷ.

Καὶ λήψομαι ἐγὼ ἐκ τῶν ἐπιλέκτων τῆς κέδρου ἐκ κορυφῆς.

(Cat. f. 208.) Κέδροις μὲν ἀπεικάζει ταῖς ὑψηλαῖς καὶ εὐχοσμοτάταις τοὺς ἐξ Ἰσραὴλ, ἐν οἷς τὸ ἐπίλεκτον, καὶ οἱονεί τις καρδία γέγονεν ὁ μακάριος Δαβὶδ, ἐξ οὗ λαβὼν ὁ Θεὸς καὶ Πατὴρ κατεφύτευσε B τὸν Ἐμμανουὴλ, ὃς καὶ εἰς κέδρον ἀνέστη μεγάλην, καὶ εἰσεδέξατο πάντας εἰς ἰδίαν σκιάν· ἔγνω τε λοιπὸν ἡ ὑφήλιος σύμπασα τὴν τοῦ πάντα ἰσχύοντος Θεοῦ δύναμίν τε καὶ ἐξουσίαν. Τεταπείνωκε γὰρ τὸ ξύλον τὸ ὑγρὸν, φῦναι δὲ καὶ ἀναβλαστῆναι παρεσκεύασε τὸ ξύλον τὸ ξηρὸν, τουτέστιν ἐξ ἐθνῶν Ἐκκλησίαν, ταῖς τοῦ διαβόλου πλεονεξίαις κατευανθέν (*ita cod.*).

Καὶ ἐγὼ ἔδωκα αὐτοῖς προστάγματα οὐ καλά.

(Cat. 210. b.) Ὅσον μὲν γὰρ ἧκεν εἰς θεωρίαν πνευματικὴν, ὁ νόμος ἅγιος καὶ ἡ ἐντολὴ ἁγία καὶ δικαία καὶ ἀγαθή. Ὅσον γε μὲν εἰς τὴν τοῦ πράγματος εἰκαιότητα, καὶ μόνην τὴν ἐν σκιαῖς λατρείαν, οὐ καλὰ τὰ προστάγματα, ἀλλ' οὐδὲ ζωῆς C τῆς αἰωνίου πρόξενα. *Δικαιοῦται* γὰρ *οὐδεὶς ἐν νόμῳ*, κατὰ τὸ γεγραμμένον.

Ἰδοὺ τὸ γάλα κατεσθίετε.

(Cat. f. 224.) Ἐξαιτοῦντες γὰρ κατὰ τὸν νόμον δεκάτας, ἀπαρχὰς, εὐχαριστήρια, καὶ ταῖς ἐκ λαῶν δωροφορίαις ἐντρυφῶντες ἀσώτως, οὐδένα τῆς σωτηρίας αὐτῶν ἐποιοῦντο λόγον.

Καὶ οὐχ ἱκανὸν ὑμῖν ὅτι τὴν καλὴν νομὴν ἐνέμεσθε;

(Cat. f. 224. b.) Νομομαθεῖς γὰρ ὄντες οἱ ἐξ αἵματος Λευὶ, καὶ καλλίστην ὥσπερ νομὴν, λεπτὸν δὲ καὶ διειδὲς ἔχοντες ὕδωρ τὴν διὰ Μωϋσέως παίδευσιν οὐκ ἀνικάνως ἔχουσαν ποδηγεῖν εἰς ἀλήθειαν, κατεπάτουν τρόπον τινὰ τὴν νομήν· συνετάραττον δὲ καὶ τὸ ὕδωρ, παχεῖάν τινα καὶ ὑλώδη καὶ γαιώ- D δους ἀκαθαρσίας ἀνάπλεων παρατιθέντες διδασκαλίαν τοῖς ἐν τάξει προβάτων ἀκολουθοῦσιν αὐτοῖς ὡς κριοῖς.

Καὶ ἀναστήσω ἐπ' αὐτοὺς ποιμένα ἕνα... τὸν δοῦλόν μου Δαβίδ.

(Cat. f. 225.) Ὅτι δὲ περὶ Χριστοῦ τὰ τοιαῦτά φησιν, ἀταλαίπωρον ἰδεῖν· προτετελευτηκότος γὰρ ἤδη τοῦ μακαρίου Δαβὶδ καὶ ἐν τάφοις ἤδη κειμένου, προεφήτευσε μὲν ὁ μακάριος Ἰεζεκιήλ. Ἐποιεῖτο δὲ τὴν ὑπόσχεσιν ὁ Θεὸς καὶ Πατὴρ ὡς ἐσομένην κατὰ καιροὺς, καὶ οὐχ ὡς ἤδη τετελεσμένην· ἐπὶ γὰρ τοῖς ἐσομένοις αἱ ὑποσχέσεις, οὐκέτι τοῖς ἤδη πεπραγμένοις.

Catena Latina in Ezechielem a Villalpando edita (Romæ 1596, 3 vol. fol.) nonnisi paucissima Cyrilli fragmenta exhibet; ea etiam ita proprio scopo accommodavit catenæ editor ut non jam Cyrillus loquatur, sed ipse Villalpandus. Edit. Patr.

IN DANIELEM PROPHETAM.

(Ang. Mai, *Biblioth. nov. Patr.* II, 467.)

Τοῦτο δ' ἦν ἕτερον οὐδὲν πλὴν ὅτι μεγαλαυχεῖν A κατὰ τῆς δόξης τοῦ Θεοῦ, κατεπαίρεσθαί τε τοῦ προεστηκότος τῶν ἐξ Ἰσραὴλ, ὡς κατὰ μηδένα τρόπον ὀνῆσαι δεδυνημένον τὸν ἴδιον λαόν.

Βίβλοι ἠνεῴχθησαν.

Ὅτε γὰρ ἐν εἴδει γέγονε τῷ καθ' ἡμᾶς ὁ Μονογενὴς, τότε καὶ βίβλους ἀνέῳξεν ὁ Πατήρ· καὶ ἀνῆκε μὲν τοῦ κρίνεσθαι τοὺς ἐνόχους ἁμαρτίαις, ἐφῆκε δὲ τοῖς ἀνδριζομένοις τὸ ἐγγράφεσθαί τε καὶ ἐναριθμεῖσθαι λοιπὸν τοῖς ἄνω χοροῖς καὶ ἐν μνήμῃ κεῖσθαι.

Καὶ τί ἐστιν, *Ἕως τοῦ Παλαιοῦ τῶν ἡμερῶν ἔφθασεν;*

Ἆρα τοπικῶς; Εἶτα πῶς τοῦτο οὐκ ἀμαθές; ὅτι μὴ ἐν τόπῳ τὸ Θεῖον· πληροῖ γὰρ τὰ πάντα. Τί οὖν ἐστι τὸ, *Ἕως τοῦ Παλαιοῦ τῶν ἡμερῶν ἔφθασεν;* B Εἰς τὴν δόξαν τοῦ Πατρὸς δηλονότι ἔφθασεν ὁ Υἱός. Καὶ πόθεν τοῦτο ἔστιν ἰδεῖν, ἔφη πάλιν αὐτὸς ἐφεξῆς· *Αὐτῷ ἐδόθη ἡ τιμὴ καὶ βασιλεία.* Ἤκουσε γὰρ τοῦ Πατρὸς λέγοντος· *Κάθου ἐκ δεξιῶν μου ἕως ἂν θῶ τοὺς ἐχθρούς σου ὑποπόδιον τῶν ποδῶν σου.*

[1] Psal. cix, 1.

V, 2. Nihil aliud hoc erat quam contra Dei majestatem jactantia, dum adversus Israelis protectorem extollitur, quasi is populo suo nulla re prodesse potuisset.

VII, 10. *Libri aperti sunt.*

Cum in forma nostra Unigenitus apparuit, tunc libros Pater aperuit; omissaque reorum damnatione, copiam fecit frugi hominibus semet inscribendi adnumerandique cœlestibus choris atque in album referendi.

VII, 13. Quid est, *usque ad Antiquum dierum pervenit?* Num de loco sermo est? Atqui hoc nonne absurdum sit? Quoniam Deus in loco non est, sed omnia implet. Quid ergo est, *usque ad Antiquum dierum pervenit?* In gloriam scilicet Patris pervenit Filius. Quod ipsum unde innotescat idem postea propheta dicit : *Traditus est ei honor et regnum.* Audivit enim Patrem dicentem : *Sede a dextris meis, donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum* [1].

INDEX ANALYTICUS

RERUM ET VERBORUM QUÆ IN COMMENTARIO IN ISAIAM INVENIUNTUR.

—

Revocatur Lector ad numeros typis grandioribus expressos.

—

A

B

C

D

E

F

G

L

M

N

O

P

R

S

T

U

V

Z

ORDO RERUM

QUÆ IN HOC TOMO CONTINENTUR.

—

FINIS TOMI SEPTUAGESIMI.

Parisiis. — Ex Typis J.-P. MIGNE.

INDEX ANALYTICUS

RERUM ET VERBORUM QUÆ IN COMMENTARIO IN ISAIAM INVENIUNTUR.

Revocatur Lector ad numeros typis grandioribus expressos.

A

B

E

F

G

H

I

J

L

M

N

O

P

R

S

T

U

V

Z

ORDO RERUM

QUÆ IN HOC TOMO CONTINENTUR.

—

FINIS TOMI SEPTUAGESIMI.

Parisiis. — Ex Typis J.-P. MIGNE.

